

Joan. Gremaud, 1852.

autrefois Bibl. Grema.

575

il y a maintenant
autre chose à
Grem. 575

0346046

Intensio Brunniboly - 1598

FRANCISCVILLI
MANNI,

*DE
Tobias Brunniboly - 1598*

REBVS HELVE-
TIORVM,

S I V E

ANTI QVITATVM

Libri V.

*Ex varijs scriptis, tabulis, monumentis, lapidibus, optimis
plurium linguarum auctoribus.*

Per sum Nicolai Alberti Brunniboly



Cum Sac. Cæs. Maiest. gratia, & privilegio.

FRIBV RGI AVENTICORVM,
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
M. VVilhelmi Mæfs.

M. D. XCVIII.

Frib. 1598, 1

[Redacted]

FRANCIS DAVIES

[Redacted]

REPRINTED

TION

AND

ANTIQUARIAN

LIBRARY

[Redacted]

[Redacted]



[Redacted]

FRANCIS DAVIES

EX LIBRIS TYOGRAPHICA

M. Wilhelm Mehl

NO. D. XCVII



A D

CONSULES

PRAETORES, QVAES-
TORES, TRIBVNOS PLEB. SENA-

TVM. POPVLVMQVE TRE-

*decim Heluetiorum Ciu-
satum.*



ANTIQUA hæc mea visum est vo-
bis consecrare, VIRI ILLUSTRES
viri fortes; siue debui Heluetius, De
rebus Heluetiorum: aut rem gratam
facere existimaui. Ita enim humanum ingenium
est, vt cum facile cuncta cetera admiretur, nihil
avidius, aut lætius accipiat, quam de se, & suis.
Atque inde ad virtutem non raro incitamenta.
Heluetiorum sane ea gestorum gloria, vt eos
nominis, & famæ minime pigere debeat. Nam
si vetusta repetamus Romanos sapius cecidisse,
nec nisi per fraudem circumuētos in eorum po-
testatem venisse; socios vero & foederatos, ob
fortitudinem, quam subditos Heluetios habere

) (

2

maluisse

maluisse reperiemus. Sin media potentissimis regibus, & principibus pares bello, aut superiores exstitisse. Si deniq; postrema putemus, eam de se orbi opinionem præbuere, vt illorum amicitiam, & societatem summi terrarum Monarchæ ambierint, & pro beneficio acceperint. De Heluetia, his libellis, pleraq; quæ super prisco statu, republica, factis, conuersionibus; quæ, vt aliis regionibus, crebræ ipsi, & communes. Ciuitatum quoque origines, & progressus non omisi: sed procul à fabulis. Additum de municipiis, præfecturis, sociis, fœderatis. Quæ omnia oculis, tamquam in tabula, vsurpare, non delectabile solū, sed cum fructu. Historia enim dux vitæ, & sapientiæ mater. Et semper pueri, qui sui decoris, & laudis, suæ originis ignari. Sed vos hoc quidquid est operæ, æqui, boniq; consulite, simulque date crescendi copiam, & quid inde spei sit reliquum pernoscite.

Tantum est. Valet, bene rem gerite, & vincite.

Virtute vera, quod fecistis antidhac.

Franciscus Guillimannus.

SCRIPTORVM VETERVM
RECENTIVMQUE DE HELVETHIS
TESTIMONIA.

C. Iul. Cæsar.

Comment. I



Helvetij reliquos Gallos virtute precedunt; quod fere quotidianis praliis cum Germanis contendunt, cum, aut suis finibus eos prohibent: aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Paullò post vocat, Homines bellandi cupidos, quiq; pro multitudine hominum, & pro gloria belli, atq; fortitudine angustos se fines habere arbitrabantur.

M. Tullius, Cicero. de Cæfare loquens.

Non sibi solum cum iis, quos iam armatos contra P. R. videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostrâ ditionem esse redigendam. Itaq; cum acerrimis nationibus, & maximis Germanorum, & Helueticorum praliis felicissime decertavit.

Oratione
de prouincis
cess.

C. Cornelius, Tacitus.

Lib. I. hist.

Heluetij Gallica gens, olim armis, virisq; , mox memoria nominis clara.

L. Iulius Florus:

Primus Gallia motus ab Heluetijs capit, qui Rhodanum inter, & Rhenum sibi, non sufficientibus terris, venire sedes petitum, incensis mœnibus suis. Hoc sacramentum fuit ne redirêt. Sed petito tempore ad deliberandum, quum inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam, statim bellicosissimâ gentem sic in suas sedes quasi greges in stabula pastor, deduxit.

Lib. III.
cap. x.

Paullus Orosius.

Lib VI.
cap. VII.

Helueticorum animos fortissima omnium Gallorum gentis,

ea vel maximè causa quod perpetuo pane cum Germanis bello altercabantur, à quibus Rheno tantum flumine, dirimuntur, Orgetorix quidam princeps generis spe totas inuadendi Gallias in arma incenderat.

Raphael Volaterranus.

Helucij, quos nunc Suiceros vocant, circa Rhemi fontes habitant, agros etiam in Italia possident, circa montem qui S. Gothardi adpellatur. Prodigia gens anima & bellacissima, breui utuntur armatura, pectore tantum, verticeq; à parte interiorum lacertorum coniecti.

Philippus Comineus.

Cum de Ioanne Calabriae duce loquutus esset. Habebat, inquit, quingentos Helucios pedites, qui primi fuerunt qui in hoc regno Galliae, visi sunt, quiq; famam iis qui postea secuti sunt pepererunt. Nam se in omnibus locis fortissime gesserunt.

Nicolaus Gillius.

Vbi de Heluciorum primo foedere pauca interieciisset. Ab eo tempore ceperunt Helucij suis dominis iuste, & aequiter praesse, multaq; eximia & magna praelia fortiter pugnauerunt pro defensione suarum terrarum, priuilegiorum, iuris Ecclesiastici, viduarum, & pupillorum sua dittonis. Vnde magnam sunt consecuti toto orbe famam, & gloriam: Suntq; homines bellicosi, & in armis exerciti, quorum proinde opem, & auxiliu[m] exteræ nationes saepius quarunt. Belforestius Fideles, & fortes regum Galliae compatries adpellat, in Carolo IX.

Paulus Iouius.

Populus Helucius fide, virtute, & recenti victoria inclitatus, specioso, decoroq; titulo Defensor Pontificia libertatis adpellatus.

Omnium

Lib. VII.
Geog.

In Ludouico
XI. cap. XI.

In Annalib.
Francorum.

Lib. XI.
historiarum.

Natalis Comes.

Omniū prope militum maximè gloria, obseruantia, virtute rei militaris prestare putandi sunt Heluetij, quorum ordo tam facillè resarcitur, quam facillè reliqui milites prostrigati dissipantur; ac toties aciem instaurant quoties labefactata hostium virtute fuerit. Alio loco (Lib. XXIV. hist.) Est ea Gallorum natura vt summus sit illorum ardor, formidabile, q. sint præcipue initio bellorum; sed hæc acies facillè reuinditur si virtutem, & constantiam aduersariorum inueniat. Heluetij contra resurgunt, vt ita dixerim, vel prostrigati, cum facillè aciem instaurant.

Casp. Vrsinus Velius.

Cum de aliis nationibus e carmine cecinisset, de Heluetiis ita pro fine subiungit.

*Intrepido excellens animo, & fulgente securi,
Martius his colophon additur Heluetius.*



INDEX CAPITVM.

LIBRI PRIMI.



- C**AP. I. *Heluetij qui & in qua Gallia par-
te, quid, quantumq; tenuerint. Vnde dicti: Suis-
zeri quoq; nominis origo.*
- C**AP. II. *Qui fuerint quatuor Heluetia Ciuitas-
tis pagi, de quibus Caesar.*
- C**AP. III. *Quae fuerint XII. opida quae incendiſſe Heluetios
tradidit Caesar.*
- C**AP. IV. *De alijs locis, & opidis in Heluetia ab antiquitate
notis.*
- C**AP. V. *De republica Heluetiorum, Gallorumq; antiqua, utq;
libertate prope omnes exciderint.*
- C**AP. VI. *De rebus geſtis Heluetiorum ad bellum Cimbricum
confectum. De Geſtatis.*
- C**AP. VII. *Bellum Heluetium cum Iul. Caſare:*
- C**AP. VIII. *De Heluetiorum cum Romanis ſædere, ſtatug;
& conditione ſæderatorum, & ſociorum Pop. Romani.*
- C**AP. IX. *Colonia Romana in Heluetia quae, à quibus, &
quando ducta, ratiq; lingua apud Auenticos, & Antuates
mutata.*
- C**AP. X. *De Colonyjs, & republica Coloniarum in genere, de
Heluetijs in ſpecie:*
- C**AP. XI. *Quae Romanorum in Heluetia praſidia, quibus lo-
cis, & à quo tempore.*
- C**AP. XII. *De Praefectis, & Praefecturis in Heluetia Romanis,
ſive procuratoribus.*
- C**AP. XIII. *De moribus, & conſuetudinibus Gallorum, & ita
Heluetiorum antiquis, tum eorum cum Germanorum inſti-
tutis accurata comparatio.*

CAP. XIV. De Diis gentilium in Gallia, Heluetiaq, eorum cultu, & religione; Druidum disciplina, & sectis.

CAP. XV. De conuersione Heluetiorum ad fidem Christianam, & qui primi, aut sanctitate precipui in Heluetia eius religionis viri.

LIBRI SECVNDI.

CAPVT. I. De rebus gestis in Heluetia, aut circa eam, Augusti Caesaris tempore, & reliquorum eius familie, Imperatorum. Bello Rhetico, & Vindelico, alijsq, Germanicis.

CAP. II. Bellum Sequanicum Vindicis, tum Galbinianum & Heluetia prima notabilis clades & vastatio.

CAP. III. De Allemannis, eorum origine, & rebus gestis, & contra eosdem Imperatorum R. bellis. Vindonisse nisi pugna, & alijs in Heluetia factis.

CAP. IV. Constantini M. praeclara facta, & liberorum. Lenticense bellum iuxta Acronium, & Iuliani Cas. insignes virtoriae.

CAP. V. De Valentiniiani I. & Gratiani f. Impp. fortiter gestis, & quando primum Allemanni Heluetia partem occupauere.

CAP. VI. Barbarorum vndiq, irruptiones, & Galliae, & Heluetiae ruina, tum Burgundionum in ea sedes.

CAP. VII. De Burgundionibus, eorum origine, & progressu, rebusq, gestis.

CAP. VIII. De regibus Burgundionum, & quando ipsi à Francis excisi.

CAP. IX. De Francorum origine, progressu, rebus gestis.

CAP. X. Allemannorum praelio Tolbiaco clades, antiquae gloriae, & libertatis priuatio.

CAP. XI. *Heluetia status, & condicio post praelium Tolbiacum de seruitute, & manumissione, lege Salica, de nobilitate, aliis.*

CAP. XII. *Francie reges qui Heluetiam obtinuerunt.*

CAP. XIII. *Burgundia regnum à quo, quomodo, & quando restitutum, regesq; Burgundia qui precipue in Heluetia regnarunt.*

CAP. XIV. *De Heluetia statu, deficientibus vltimis Burgundiarum regibus.*

CAP. XV. *Qui primi Germanorum Burgundia Minori prae fuerint, de eorum titulo, & rebus gestis.*

CAP. XVI. *De origine & causa libertatis Heluetiorum, & primo trium ciuitatum foedere.*

LIBRI TERTII.

CAP. V. T. I. *De origine, conuersionibus, & statu XIII. Helu. Ciuitatum. De Prania.*

CAP. II. *De Suitia.*

CAP. III. *De Siluania.*

CAP. IIII. *De Lucerna.*

CAP. V. *De Tiguro.*

CAP. VI. *De Clarona.*

CAP. VII. *De Tugio.*

CAP. VIII. *De Berna.*

CAP. IX. *De Friburgo.*

CAP. X. *De Salodoro.*

CAP. XI. *De Basilia.*

CAP. XII. *De Schaffhusia.*

CAP. XIII. *De Abbacella.*

CAP. XIV. *Utrum Heluetia omnis vnius Ciuitatis nomine recte includi possit.*

CAP. XV. *De Confederatione XIII. Ciuitatum Heluet.*

CAP. XVI. De republica XIII. Ciuitatum Helu.

CAP. XVII. De Municipiis Heluet. eorum iure, & republica.

CAP. XVIII. De praefecturis Helu. & earum administra-
tione.

LIBRI QVARTI.

CAPVT. I. De sociis Heluetiorum, eorum origine, con-
uersionibus, statu, & republica. De Abbate, & opido
S. Galli.

CAP. II. De Rhatis.

CAP. III. De Valesianis.

CAP. IV. De Rottuillanis, Biennensibus, & Mulhusinis.

LIBRI QVINTI.

CAPVT. I. De federibus & federatis Heluetiorum. De
federe Austriaco, & hereditario.

CAP. II. De federe Mediolanensi.

CAP. III. De pace perpetua, & federibus Gallicis.

CAP. IV. De federe Sabaudico.

) ((2

FRAN.



Handwritten text at the top of the page, including the name "Gualtero".

LIBRO QUARTO

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

LIBRO QUINTO

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.

Handwritten text block, possibly a chapter heading or the start of a section.





FRANCISCI
GVILLIMANNIDE
REBVS HELVE-
tiorum.

LIBER I.

Helvetij qui, & in qua Gallie parte, quid, quantumq; tenuerint. Vnde dicti, Suetzeri quoq; Nominis origo.



HELVETIAM qui primi tenuerunt, vt ignota origine, ita gentem Gallicam fuisse compertum est. Sed nec quibus rebus præclare domi, belliq; à principio flourerunt, & quanto tempore, est satis pro manifesto. Græcis, deinde Latinis ea cura fuit, publica, iuxta priuata posteritati per scripturas relinquere. Cæteræ nationes barbaræ ideò habitæ. Sed animi fallor, aut illa maxima causa fuit Scythis, Gethisque literas, & quidquid veteris memoriæ fuit, ab vsque radicibus conuellēdi, cum bibliothecas, templa, parietes, hostium, hoc est, Latinorum, Græcorumq; commendatione, & gloria refertos, & ornatos cernerent; se pari, aut maiore virtute, vel penitus obliterari, aut verbis etiam atrocibus pernotari. Gallia autem omnis in partes tres diuisa erat:

A

Vna

Heluetii in-
ter Celtas.
Commenta-
riol. belli
Gallici.
Dio li. LIII.

idem in Lug-
dunensi.
Lib v Geog.
Lib. III
nat. hist. post
in Belgica
lib. III.
Cosmog.
Mox in Ger-
mania supe-
riore. & de-
mum in Se-
quanis.

Breviario VI.

Lib. XV.
hist.

Vnam Celtæ quæ intra Garumnâ, & Sequanâ, Ma-
tronâque annes est, habuere. In ijs Heluetij C. Iul. Cæ-
sare imperante. Sed Augustus illo, credo, biennio, quod
Gallicis rebus constituendis integrum sumsit, cum Galliã
in quatuor partes tribuisset, Celtas propè vniuersos Nar-
bonensi prouinciæ adsignasset, Heluetios Lugdunensi,
quam quartam partem fecerat, & ad Rhenum porrexerat,
reliquit. Ita Strabo, qui ad medium Tiberij principatum
vixit, & scripsit. Nec tenuit. Vespasiani enim tempore, in
Belgica eos collocavit Plinius. Hunc postea secutus Pro-
lemæus, cum eandem Belgicam prouinciam, quæ secun-
dum Rhenum est, in Germaniam superiorem, & inferio-
rem diuisisset, Heluetios in Germania superiore posuit,
potissima parte Sequanis attributa. In Sequanis enim A-
uenticum ponit. Sed quatum ad hanc diuisionem vtrius-
que ratio aperta. Nam & Plinius, & idem Ptolemæus cum
Heluetiam Belgicæ, aut Germaniæ superiori adscribunt,
eam tantum partem intelligunt, quæ propè Rhenum est,
quæ postquam Allemanni occuparunt Allemannia di-
cta, & Ducatus Allemanniæ partem effecit. Vt intelligas
Heluetiæ antiquam eam fuisse, licet diuersis nominibus,
discretionem, quæ Burgundorum, & Allemannorum, vt
diximus, temporibus manifestior: cum hæc pars Burgun-
dia Minor diceretur, illa Allemanniæ nomen retineret.
Constantini Magni demum Imperio, & liberorum, Se-
quanorum Maximam Sequani, Rauraci, Heluetij, nõ sine
vtriusque gentis nominis interitu, composuere. Hic Eu-
tropij verba de Cæsare loquentis intelligo. Is inquit, *Pri-
mò vici Heluetios qui nunc Sequani adpellantur.* Ammianus
tamen, eodem scilicet tempore, Heluetiam, sanè Auen-
ticensem pagum, Antuates, Pœninas Alpes, & Graias,

hoc

hoc est, totum eum tractum, qui in vtraque Lemanni, & Rhodani ripa est, in Lugdunensi secunda, quæ postea Burgundionum regnum fuit, collocavit, cum cætera Sequanis, ut Eutropius, tradidisset. Duravit quamdiu Romanorum in Gallia imperium fuit. Heluetiorum porro limites Iul. Cæsare melius nemo circumscripsit. Ita enim de Orgetorige, apud Heluetios, ea tempestate, facile principe, ad capeffendum Galliarum imperium populares incitanti edisserit. *Id hoc facilius, inquit, eis persuasit, quod vndiq; loci natura Heluetij contineantur; vna ex parte flumine Rheno latissimo, atq; altissimo, qui agrum Heluetium à Germanis dividit: altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos, & Heluetios: Tertia lacu Lemanno & flumine Rhodano qui provinciam nostrã ab Heluetijs dividit.* Rhenus ex monte Adula, qui pars orientalis summorum Alpium, siue S. Gotthardi, ortus, primùm Curiam Rhetorum per mensus, in lacum descendit, qui eo quidem loco Brigantinus, à Brigantio opido dextra eius fluminis ripa, nominatur à Plinio, Solino, Ammiano: Mela Acromum, aut Acronium vocat, qui deinceps Potamicus, vsitato nunc nomine. Eum lacum Constantiæ egressus, exiguo confecto spacio, tribus scilicet passuum millibus, alium lacum illabitur, Mela supradictus, Venetum; vulgò inferiorem, aut Cellensem vocant, vnde propè Stein opidum Germaniæ exitum trahens Schaffhusiam, mox cataractis maioribus confectis, Solium Cæsaris, Forum Tiberij, & Certiacum deuolutus, Confluentiam peruenit, vbi in eum se Arula exonerat, qui eò loci Rauracos Heluetios que separat. Nam memoratus Rheni cursus primò Vindelicos Germaniæ, Strabone teste, populos, ab Heluetiis aut potius Heluetiorum pago Tigurino, [neque enim alias

Heluetia limites.

Eod. comment. I.

Rheni limitatio, & circa Heluetiam cursus.

Lib. IX. cap. XIX. cap. XIII. Lib. XV. Lib. III. cap. I. Eodem loco.

Lib. IV. Geog.

Lib. XV.

Comment.
eodem l.

item Iuræ.

Et Rhodani.

Montiumq;
succeedentiu.

Heluetiæ partes, quam Tigurinas Rhenus alluit, disiungit, tum vindelicæ ad fines, aut partes Lintzgoïam, Ammianus Lentientem pagum vocat, Hegouïam, & Klatgouïam, cuius incolas Lacobrigos Cæsar nuncupauit. A Confluentia verò secūdam Arulam ascendendo per sex passuum millia, ad Vocetium vsq;, qui Iuræ principium, & pars, qua nempe eum fluuium perstringit, eiusdemq; montis summitates, Coloniam vsque, & Rhodani claustra infra Geneuam si perueneris, Heluetiorum limites contra Rauracos, & Sequanos habebis, totumque Septentrionem. Versus Occidentem Heluetios contra Allobroges, qui in Prouincia Romana, diuidit Rhodanus, à loco ante dicto, claustris scilicet Rhodani, Clusam nominant, Geneuam vsq;, quod vltimum Allobrogum opidum. Ab eo opido ducta ad obiectos montes. linea, per eorum dein culmina, ad eum locum quo rursus cocunt, claustrum que illud Rhodani conficiunt quod Heluetiis, Germanisque olim am Gand, siue ad saxum, mox corruptè Latinis Agaunum, antiquitùs Tarnadæ, nunc D. Mauritius nominatur, Vera grorū ditionis, primò Centrones, postea Salassos versus Meridiem populos ab Heluetiis separat, laterisq; partem meridiana. Ab his tum claustris Agauni altera Rhodani ripa, siue dextra, apices eorum montiu qui Sanetsch, Gamm, & Grimsel dicuntur, Veragrosque, Sedunos, & Viberos, siue totum Valesianum Episcopatum, & Heluetios disiungunt, ad Tauriscos vsque siue Vranienteses, qui partem pagi Tigurini constituunt, & deinceps ad montem Breitenuald Glaronensium, qui Episcopatus Curientem & Constantientem diuidit, Heluetiosque à Lepontinis, Rhætisque, segregant, Meridiemque vniuersum. Deniq; à monte Breitenuald ad lacum Riuarium, tum verò secundum

dum fl. Sictzium qui ex Riuario propè Vesenium effluit, dum se Limago miscetur, & postea secundum Limagum ad influxum vsque fl. Steinen, qui ex Castris in eum labitur, à quo fluuio Steinen, culmina rursus eorū montium qui Sarunetes attingunt, prout sese inflectunt, curuant q̄; versus Rhéguscōs, vsque ad Stat, siue Stationem primum Heluetiorum ad Rhenum supra lacum vicunt, fines, terminosq̄; Heluetiæ versus Orientem concludunt, quibus finibus quoq̄; separantur pagi Tigurini partes, Glarona, Termini, Toggenburgenses, & Abbatiscellani Constantiensis Diœcesis, à Castrensibus, Sarunetibus, verdenbergensibus, Rhéguscis, Rhætis, siue Episcopatus Curiensis. Hos antiquæ Heluetiæ limites nominare possumus. Nam quæ hodie Heluetiorum nomine continentur, latius patent, receptis in Ciuitatum Heluetiarum, aut Sociorum numerum ex Sequanis Basilea, ex Germania Schaffhusia, & Rottvillâ, Rhætis præterea omnibus, & Valesianis, promotis etiam vltra summas Alpes longè, latèq̄; Pomariis, & eadem nunc ab Heluetiis, & eorum fœderatis habentur, & incoluntur propè vniuersa. Non contentus Cæsar Heluetiam ita terminasse, mensuram addidit, & in longitudinē passuum millia CCXL. in latitudinē CLXXX. patere, memoriæ mandauit. Quantum ad longitudinem calculatio certa. Nam à Stat, siue statione, vbi Heluetia incipit, ad claustra Rhodani infra Geneuam vbi eius longitudo desinit numerantur miliaria Heluetia triginta, ex quibus vnunquodque passuum Italicorum millia octo conficit, quæ si inter se compares, rationem, numerumq̄; exactum reperies. De latitudine paullò res implicatior, tamen si à montis luræ culmine, vbi Lauer, aut la verriere dicitur, lineam ad cacumen Grimfel vnde Arulæ Scaturi-

*Heluetia
nunc, quam
olim latior.*

*Heluetia la-
titudō, lon-
gitudōq̄.*

Heluetiorum
denominatio
Notis in Cæs.

Linus lib. I.
annal.
Comment.
V I,

Comment.
VII.
quamuis cor-
ruptè ibi He-
lenter le-
gantur.
Lib. v. an-
tiqu.

Item Suit
zeri nominis
origo.

go, maximaque Heluetiæ latitudo, produces, aut fallor, vel millia à Cæsare notata offendes. Iam Heluetiorum nomen vnde fluxerit, primus, vt arbitror, Henricus Glareanus inuestigauit, & nisi mens aberrat reperit. Heluetter enim Celtica lingua dictos quasi Ditis propinquos, siue nobilitatis indè, vt à Deo, siue antiquitatis, ex eodem fonte, insignia capere voluerunt. *Datur, enim, vt ille ait, Hac venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis primordia sua, augustinora faciat.* Galli, inquit Cæsar, *se omnes ab Dite patre prognatos predicant.* Ita ab eodem Cæsare referuntur inter Celtas Helhutteri populi, quos Ditis custodes, aut Satellites interpreteris. Berosus, siue quisquis est, cuius existant antiquitates, Ditem in Galliam colonias duxisse, memoriæ commendauit, de Saturno Babilonio loquens. *Anno eius, inquit, duodecimo subalcondidit Celtiberos, & paullo post Samothes, qui & Dis, Celtas colonias fundauit, neque quisquam illa ætate isto sapientior fuit.* Suicerorum nomen hodie notius. Ciuitas secunda Suitia indidit. Cùm enim per cruentam illam pugnam quæ apud Morengart Suitiorum regionis, depugnata est, Sueuis & Germanis, aliisque nationibus Heluetij innotuissent, nec aliã vocem audissent, quod vnus erat, ad omnes transtulerunt, Suicerosque adpellarunt quidquid eius fœderis fuit, aut potestà accessit.

Qui fuerint quatuor Ciuitatis Heluetiæ pagi, de quibus Cæsar.

C A P V T I I.

Comment. I.



*Q*uis Ciuitas Heluetia, inquit Cæsar, in quatuor pagos diuisa est. Quærendum quid sit Ciuitas, quid

quid, tum Pagus. Illa compositum quoddam est: Quomodo igitur alia tota per partes, ita si quid sit Ciuis cognouerimus, Ciuitatis notionem eadem opera habebimus. Ciuitas enim ciuium quædam multitudo est. Ipsam descripsit Aristoteles *Participatione potestatis publica iudicandi, & decernendi*. quam descriptionem populari statui maximè conuenire ait. Is hac ratione ciuis, qui concilijs publicis interesse, iudicijs præesse, magistratus capere potest. Ciuitas quæ ex talibus, iure & imperio coniunctis. Nec refert eodem in loco, ijdemuè mœnibus, an nullis omnino mœnibus, & locis diuersis habitetur. Plura enim opida, plures quæ regiones loco separatas, & cultur, hæc significatio complectitur, iuris modo, & imperij societate copulentur. Et Opida quidem nihil ad Ciuitatis rationem facere ex Tacito inter cæteros clarum, qui sæpè Ciuitatum Germaniæ mentionem facit, cum, *nullas in Germania vrbes esse iam vulgatum*, tradidisset, *ne par quidem inter se iunctas sedes*. Hinc commodè idem Aristoteles Ciuitatem perfectam esse societatem, ex multis vicinijs constantem: vicinitatem verò ex multis familijs iunctam societatem, alio loco, definiuit. Eadem ratione Ciuitatis Heluetiæ quatuor pagi, in quibus pagis Opida duodecim, Vici quadringenti. Sed inde quoque manifestum, pagum non esse hoc loco *societatem ex pluribus domibus constructam utilitatis gratia*, quemadmodum ab eodè doctore dictum aliàs benè, neque receptaculum, aut perfugiū, quæ Pullius Romanorū Rex Græcè nominauit pagos, locis montanis, & firmis inprimis collibus constituta, quo se agrestes, & coloni ex cæpis & planis per hostiles irruptiones subducerent, sed regionis tractū maiore, minoremuè propter fluuium, aut potius quamcūq; cuiusuis regionis partē. A stuiuis hæc

In politicis
Ciuitatis
descriptio.

Libello de
Germania.

Dionys an-
tiq. lib. II.

Pagi deseri-
ptio.

Eodem lib.
in Numa.

Glareani de
quatuor He-
lu. pagis opi-
nio.

Eademre-
futata.

schudi opi-
nio probata.

regiones dictæ Argouia, Turgouia, Rhingouia, llergouia, alia sexcentæ. Hanc verò regionum per partes, hoc est, pagos, diuidendi rationem à Numa quoque vsurpatam testatur Dionysius. *Diuisit, inquit, totam regionem in partes, quos pagos nominauit.* Idem tradidit Plutarchus. Atque ita Heluetia omnis in quatuor partes distributa erat, quemadmodum antiqua Sueuia in centum. Ex his quatuor partibus, siue pagis, duos tantum nomine distincte Cæsar expressisse creditus est, Verbigenum & Tigurinum, sed qui per doctiorum dissensiones non difficultatis minus habent, quam reliqui duo obscuritatis. Glareanus qui nostris hominibus, exterisque primus in antiquitatis Gallicæ Germanicæque inuestigatione præluxit facem, cum pagum à Græco *παγῖον*, & Dorice *παγῖον* declinasset, secundum quatuor Heluetiæ celebriora flumina Taurū, Limagum, Vrsam, & Arulam, ita quatuor Heluetiorum constituit pagos, huius tantum incertus Urbigenus vel Verbigenus à fluuio Dur, quem Taurum nos nominauimus, an ab antiquo opido Vrba traxerit nomen. Sed eius ratio ex ipsa pagi recta finitione refutata. Vbi enim centum in Sueuia præcipuæ nobilitatis flumina, quibus totidem pagos terminet; Si omnes riuos, & torrentes pagis insigniat, numerum, puto, conficiat, sed pariter in Heluetia plures vt riuus, ita pagi. Aliter ergo tribuendi Heluetiorum pagi, qua in tributione maximè mihi Aegidij Schudi ratio probatur, qui in Tigurinum, Verbigenum, Auenticensum, & Antuatem quatuor partes totam Heluetiam diuisit, de quibus proinde singillatim, & eo seruato ordine agemus.

Pagus Tigurinus. I.

Atque Tigurinum pagum cum esse qui habetur hodie,

mihi

mihî pro certo est, attendenti ad Tauriscos , quorum caput Tauregum, vel Tigurum , vt postea declarabimus, à quo Tigurinos formauit Cæsar. Eius limites, vt fuere olim versus Orientem , ante nominatum latus , à Breitenwald Glaronensium, ad Stad Vicum, iuxta Acronium , vbiq̃ue Rhætos attingens. Versus Septentrionem à vico prædicto Rhenus, lacusq̃ue Confluentiam vsque , qui eum à Germania sciungunt. Dein contra Rauracos & Occidentem primò Arula, vsque ad influxum Limagi , deinde Limagus ad monasterium vsque Vettingam propè Badam, quæ pagi Urbigeni est. Quo ex loco relicto Limago montium illi apices pro terminis sunt , qui è regione eiusdem monasterij, ad Lortzam fl. infra Frauenthal monasterium Tuginorum, & postea inter Artam, & Cussenacum Suitiorum vicos, extenduntur , donec extremum illud cornu, quod inter Gerfauiam, & Veggisnest, magnumq̃ue lacum alluit, conficiunt, tum verò, lacu traiecto , ad eum vsq; locum qui Treib dicitur Vraniorum , rursus ea montium culmina qui Vraniam & Siluaniam , Angelbergamq̃ue Siluaniorum segregant Gestinum vsq; in recessibus Vraniorum, qui Limagus, montesq̃ue Tigurinum, & Urbigenum pagos diuidunt, contra Occidentem. Denique à Gestino illæ montium summitates, ad Breitenwald nuncupatum primò, qui Siluanios, & Glaronenses , à Rhætis separant , Tigurinum pagum contra Meridiem concludunt. Totus hic tractus Constantiensis diœcesis est, complectiturq̃ue Tigurinos, Tuginos, Vranios, Glaronenses, Abbatiscellanos, itemq; S. Gallum, Rupertiuillam , Terminos, Toggenburgenses, & eam regionem vniuersam, quæ circa Podamicum est, & Rhenum, antiquumq̃ue Turgeu retinuit nomen. Multa Tigurinorum siue totius huius pagi

*Eius limites.**Comprehensi pagus Tigurino.*

Idem in Du-
catu Alle-
mannico.

A. D. N.
10cccliii.

A. D. N.
10ccclviii.

Opida pagi
Tigurini.

Ratio quare

incolarum præclara gesta, de quibus alibi. Vltimis tem-
poribus Ducatus Sueviæ, siue Allemanniæ partem com-
posuit, Præfecturamque Imperij peculiarem, quæ à loco
præcipuo Tigurina dicta. Tigurum enim, & Tugium, Vra-
niamque, & Glaronam fuisse pagi Tigurini, & Allemanniæ
Ducatus ostendunt Instrumenta Ludouici Germaniæ Re-
gis, Caroli M. ex Ludouico Pio, nepotis, quorum vno
Turegum, & Vraniam Hildegardi filix donat, cuius hoc
initium *H. Ludouicus diuina fauente clemētia Rex. &c. Cur-
tim nostram Turegum in Ducatu Allemannico, in pago Tur-
gaugensi, & pagellum Vrania, &c. monasterium nostrum tra-
dimus, quod situm est in eodem vico Turego, &c. dilectissima
filia nostra Hildegarda, &c. Data XII. Kal. Augusti, anno,
Christo propitio, XXI. regni Domini H. Ludouici serenissimi
Regis, in Orientali Francia.* Alio quo Camum, è regione
Tugij iuxta lacum, eidem Hildegardi tribuit, his verbis,
*Curiam nostram, quæ vocatur Chama, in Ducatu Allemanni-
co, in pago Turgaugensi, &c. regni eius 26. indiēt. 6.* Exstat
etiam Instrumentum Henrici IV. quo controuersiam in-
ter Geronem abbatem Eremiti, & Suitios composuit, in
quo Suitios in Ducatu Allemanniæ constituit. *Datum Ba-
sileæ VI. Idus Martij, anno Domini 1114. regni eius 14. Imperij 3.*
Idem probat aliud factum à Cunrado Rege, *Strasburgi, 8.
Idus Iulij, Anno Domini 1144. regni 6.* Glaronam deniq; in
Ducatu eodem includi omnia Instrumenta, monasterij
Seckingæ confirmant. *Clarona in Ducatu Alamannico.* In
hoc pago opida ab antiquitate celebrata, Thuricum, siue
Tigurum, Arbor felix, Gaunodurum, siue Constantia, Vi-
todurum, Rhinouiium, Prætorium siue tribunal Cæsaris,
locaq; alia, de quibus postea singillatim, vt i Fines, Forum
Tiberij, Certiacum. Neq; mirum huic pago plura signata

Romanis

Romanis scriptoribus opida quàm aliorum nemini. Frequentiora enim iis locis contra Germanos, Allemannosque Romanorū præsidia, castraq; fuêrunt. Barbaris namq; nationibus primi Tigurini præda, & direptioni, primæ in eos irruptiones. Fines, Arbor felix, Constantia Allemannicis nata temporibus. Forum Tiberij auctorem prodidit. Solium Cæsaris non nisi à Cæsarum vno. Comitatus in eo inter cæteros longè celeberrimi Kiburgenfis, & Toggenburgensis.

Pagus Urbigenus I I.

Secundus pagus fuit, quē Cæsar, Gallos vincere, quàm nominare peritior, corruptè Verbigenum, aut, vt alia exemplaria habēt Urbigenum, ad hodiernū nomen Aergeu, propiore notatione, vocauit. Is cōtra Tigurinū limites iā dictos habet. Ab influxu verò Limagi in Arulam ad Vocetium se porrigit, sequiturq; eius montis apices, ad ortum vsq; Siggeris, quo amplexu Rauracos, ab Heluetiis diuidit. Siggeris inde fluxum secutus, eò, dum in sinistrum Arulæ se præcipitat, inter Salodorum, & opidum Vietilsbach, tum verò metam habet Arulam vsque Munsingam, deinceps obiectos montes ad Meridiē, eorumq; summitates inter Vilisouium, & Entlibuoch, ad Brunicū vsq; Siluaniorum, & postea Angelbergā, ad eos deniq; montes qui Vraniorum sunt, qui quidem tractus ab ortu Siggeris, ad eosdem Vraniorum montes Urbigenum ab Auentico separat, & Occidēte. Huius pagi, vt partes diuersæ, ita nomina. Circa Burgdoff opidū, & Salodorū, in Burgēdē, siue in mōtib, & Burgēthal vocatur, nisi potiùs à Burgis, hoc est, arcibus, & castellis, quæ iis partib. frequētissimæ, vt & nobilitas olim præcipua. Propè Eñatiā fl. Eñenthal, siue vallis eiusdē fl. A Vietelsbach Oltā vsq; Buchsgouia, ab arce

plura Romanis notata in eo opida.

Comitatus eiusdem pagi.

Eius limites. Volgo Vöizberg.

Eiusdem partes.

Vrbigenus
Burgundia.

Buchsen, & simpliciter Gouia, Geu. Circa monasteriū Muri, vagēthal, & libera Præfectura, itemq; Rusthal, siue vallis vřlæ. Apud Siluanios infra siluā Surichgouia à flumine Surina. Regio verò vniuersa Burgundiæ, non Allemanniæ attributa, quod ex varijs literarū monimētis perspectum. Priuilegium quidem ab Henrico iv. Angelbergæ datum, planum facit id monasterium in Burgundia, & Episcopatu Constantiensi esse, Comitatuque Surich, cuius principium. *Henricus diuina fauente clementia quartus Romanorum Imperator, August. &c. Quod regulare quoddam Monasterium situm est, in prouincia scilicet Burgundia, in Episcopatu Constantiensi, in pago Suricoune, in Comitatu Suric quod ad Sanctam Mariam nuncupatum est, cognomine autem Engelberg &c. Anno Domini 1126. Imp. 6. Data Argentina 5. Kal. Ianuarij, Dominica, Luna 8. Aliud priuilegium Muri ab eodem Henrico quarto, siue vt plerique numerant quinto, datum, ostendit idem monasterium in Burgundia esse, in Episcopatu Constantiensi, in Comitatu Rore. *Henricus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus &c. Quod in Regno nostro regulare quoddam Monasterium situm est, in prouincia scilicet Burgundia, in Episcopatu Constantiensi, in pago Argoue dicto, in Comitatu Rore, quod Mure nuncupatum est, &c. Data 4. nonas Martij, Indictione 7. anno Dominica Incarnationis 1114. regnante Henrico quinto Romanorum Rege, anno 8. Imperante 3. Habuit vrbigenus pagus proprium Episcopum, cuius Vindonissæ Cathedra, qua de re, vbi super ea quondam vrbe agemus plura. Eius sunt oppida Aquæ Heluctiæ, Bremgarte, Tobinium antiqua. Comitatus Lentzburgiorum, Aqueusium, Habsburgiorum. *Auenticensis pagus. III.***

Episcopatus
Vrbigeni.

Eius opida.

Comitatus.

Ira pleraque Ecclesiæ Lausanensis acta, & Instrumenta
vocat

vocant eum, quem, tertio loco, inter Helueticos constituo, à capitali vrbe Auentico sumto nomine. Contra Vrbigenum eius iam terminos posuimus. Versus meridiem separant Valesiani montes ab ea gente, secundum fluuiorum deriuamenta; his in Arulam, aut Sanam, alijs in Lemannum decidentibus. Tum verò montes illi, qui à Castro S. Dionysij, se Minnidurum inter, & Losannam Iurasum vsque inflectunt, Antuatesque ab eo secludunt. A Septentrione eiusdem Iuræ summitates, ad ortum vsque Siggeris prænominati, Auenticos, à Sequanis, Rauracorumque parte diuidunt. Huius, vt ceterorum, plures partes per varia nomina. Antiquum & ingenitum vocabulum solum circa Friburgum retinuit, vbi Auentici ruinæ, regionis, vt totius olim Helueticæ, capitis. Vnde non immeritò quidam de Friburgo cecinisse Glareanum existimare.

Gentis Auentinæ decus, & suprema potestas.

Regio Vchtland nominata, non autem Nuchtland, vt perperam, nec sine iniuria antiqui, & veri nominis quidam hactenus scripsere, Rhenano credo adulati, qui Nuithones nobis, si Dis placet, ex Sueuia in eas partes transtulit. Sanè non solum regio tota Vchtland, sed etiam lacus, quem hodie à vicino opido Moratensem vocant, in antiquis Instrumentis Vchter se, siue lacus Auenticus nominatur, sicuti postea dicemus. Sed pars huius pagi superior in plures valles tributa, vnde hæc Haslerthal, Sibenthal, Sannerthal; ab altero latere Vatteuerthal, latinè vallem transferam nominant, valendis, quæ vallis Angina etiam dicta. Quæ verò Neocomo, siue Neoburgo Salodorum vsque sunt, Salgeu antiquitus adpellabatur, siue Salengeu, quorum opidum Salodorum Salensium. Habuerunt et-

Etus terminus.

Et partes.

In sua panegyri.

Episcopatus
Auentici.

Eiusdē opi-
da.

Et comitatus

A. D. N.
lcccclxxx.

iam Auentici, aut Auenticenses suum Episcopum, qui Auenticorum Episcopus in Conciliis nuncupatur, ut iam disputabimus. Opida antiqua Auenticū, Salodorum, Paterniacum, Minnidurum, Pyrenesca, Ebrodunum, Vrba, Noidenolex, Bramagus vicus. Comitatus Neocomensis, Strasbergensis, Arbergensis, Rotundomontanus, Gruerensis. Sed Comites de Glana præcipuæ nobilitatis, utpote ab antiquis Burgundiæ Regibus. Ex iis quondam Geuelinum præfectum huic toti pago reperio à Carolo Magno, qui Paterniaci tumultu militari occisus, & sepultus est, quòd proditiōnis Vasconicæ insimularetur.

Antuatius pagus. I V.

Antuatis fi-
nes.

Cōmen. III

Eiusdem
partes.

A. D. N.
clcccxli.

Quartum pagum Antuates habuere, utroq; Lemanni latere. Complectitur is Alpes, & valles omnes à S. Mauritio Geneuam vsq; vltimum Allobrogum opidum, & Rhodanum, qui apud eā urbem lacu egreditur. Versus Orientem, & Auenticos, limites iam collocauimus. A Meridie montes eos habet, qui Salassos, & Centrones, Allobrogumq; partem ab iis diuidunt. Versus Occidētem demum Allobrogicum opidum Geneuam, & Rhodanum, vsq; dū Iuram attingit, qui Allobroges; tū ipsum Iuram, qui Sequanos ab iis separat. Huius pagi etiam meminit Cæsar, vbi in Antuatibus cohortes duas hiemandi gratia collocasse Galbam memoriæ tradidit. Eius pars quæ dextro Rhodani, qua exitum ducit, Lemanniq; latere postquam ducta eò Romana equitum colonia, Equestris dicta, incolæ Equestris, alteram quoq; ripam siue sinistram complexi quæ nunc quoq; Chablais dicitur, quòd caballus etiam equum significat, Amedeus III. Sabaudia Comes in Ducatum erexit, adiuncta Augusta Salassorum. Altera pars
siue

sive superior antiquum nomen retinet, Vaat. Eius sunt opida antiqua Lausunum, aut vt alia exemplaria habent, Lausodunum, nunc Losanna, Bibiscum, Alæ, Penne, quam Neapolin, aut nouam Ciuitatē vocant, ad caput Lemanni, Calarona, Dina, & Neuidunum, siue Ciuitas Equestrium, Comitatus Lausanensis. Hęc antiqua Heluetiæ in quatuor pagos diuisio, postea, omnis in duas partes, vt ante notauimus, Heluetia distributa, vnam Allemanni, quæ Allemānia, & in Ducatu eius gentis ad Vrsam vsque, & pagi Tigurini terminos antè positos: cetera Burgūdi tenuere, & Burgundiam minorem dixere. Sed quatuor Heluetiorum pagos de quibus hactenus egimus, ita se habuisse, vt putauimus, ex Episcopatum in Heluetia diuisione mihi credibile admodū videtur. Duæ n. in Heluetia Episcopales sedes, duo Episcopi: Alteri Auenticum, alteri Vindonissa habebatur. Vtriq; autem duo pagi attributi: Hic Tigurinum, & Vrbigenum, ille Auenticensem, & Antuates complectebatur. Sed vt quoque sedes mutauerint Iurisdictio tamen in iisdē pagis integra, & immota propè permansit. Auenticenses enim, & Antuates Lausanensi: Vrbigeni, & Tigurini Constantiensi Episcopo paruere. Quo magis miror homines doctissimos ad tā varia hisce de pagis prolapsos esse, cū nulla ferè alia ratio sit, qua Romanarum prouinciarum diuisionem antiquam adsequi possimus, quàm ex diocesisibus, & Episcopatibus. Ita namque Sequanorum Maximam cognoscimus ex Episcopatibus qui Archiepiscopo Velontino parent. Similiter Germaniā superiorē, ex iis qui Archiepiscopum Maguntinum pro supremo agnoscunt. Eadē propè ceterorū ratio. Nam id in antiquitus cōstitutis Episcopatibus obseruatū cū studio, vt Archiepiscoporum in Ecclesiasticis, quæ Præsidiū Prouinciarum in

Et opida.

Omnis Heluetia in duas partes.

Quatuor Heluetiæ pagorum ratio.

Faucis exceptis vt Bienna, & quæ circa eam, quæ ad Basiliensem Episcopatum translata Sicuti Buchsgouia, à Sigeri, Olta vsq; Salodrensis diocesis. Modus cognoscendi R. prouincias.

Eusebius in
eius vita.
Zosimus lib.
II. hist.
Omph. de
Comit. R.
Baronius to-
mo III. An-
narium.

secularibus, & politicis iurisdictione, & auctoritas esset, ostendere, opinor, & confirmare operosum non esset, si aut institutam materiam desiderare arbitrarer. Idem, ab eodem, & per idem ferè tempus præstitum. Constantinus fuit, cui meritò cognomentum Magni datum. Illi libertas, & auctoritas Christianæ pietatis, & reipublicæ accepta referenda. Ille orbem terrarum in certas veluti classes dispersavit, & ut diuina humanis, Ecclesiastica secularibus responderent, quantum potuit sapientissimè, & piissimè, constituit.

*Quæ fuerint XII. opida, quæ incendisse Helucios
tradidit Cæsar.*

C A P V T. III.

Comment. 1



Causa in-
cendii.

AGIS constitutis qui probabiliter visi sunt, etiam opida illa duodecim quæramus, quæ incendisse Helucios in Galliam abituri memoriæ commendavit Cæsar. *Vbi, inquit, iam se ad eam rem, discessum scilicet, paratos esse arbitrati sunt, opida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua priuata adificia incendunt, frumentum omne præter quod secum portaturi erant, comburunt, ut dõmum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent.* Certum igitur ex hodiernis Heluciorum opidis, quæ ultra septuaginta numerantur, Helucio bello antiquius esse nullū. Sed ut illa quæ tenebāt duodecim incenderint, probabile tamen non ita esse vasta, & in flammis, cineresque redacta, ut non aliquid multum ué superfuerit, ex quo fuisse, esseque opida, aut talium rudera, & ruinas constaret, qualia turres, mœnia, propugnacula alia, quæ

vel

vel ignis non attigerit, vel in nihilum dare nequiverit, vt eadem postea repetere iussis, & recolare, multa antiquitatis, & priscae habitationis monimenta remanserint, quae instauratis licet aedificiis, aetatem tamen, vt prius culta, habitataque fuisse declararent. Sed eadem à nobis post tot rursus, tantasque vastationum, & incendiorum acerbitates, quae barbaricis euenire temporibus, iam nec agnoscipossunt, nec indicari. Et crediderim non eadem quae prius omnia redhabitata, sed vt nemus, locus, fluuius, aut collis suasit, & persuasit noua opida condita. Multa quoque eorum quae nunc inter prisca, & antiqua putantur, à Romanis postea contra Germanos, & Barbaros excitata, aut propter amoenitatem, an commoditatem frequentari caepa, celebritatem ab antiquitate nata sunt. Ne tamen nihil dicamus, sed à capite potius principium eruamus.

Auenticum I.

Præterquam adfirmant probe fidei scriptores, traditione antiquissimum, & ex antiquis primum, aut vnum. Et feruntur Versus Gottfridi * Viterbiensis, quibus iam Brenni tempore Romanis cladibus noti celebrem eam fuisse urbem & à Germanis euersam adnotatur in hanc sententiã, nam corruptè alibi legas.

*Sede Bisuntinus fuerat tunc Rex Siguinus,
Cuius erat Sena * fluuius, Rhodanusq; marinus,
Primaq; pars Araris, Allobrogusq; sinus,
Cum loquor Allobrogos fluuium perpende * Labroiam:
Quae fuit urbs quondam grandis velut altera Troia,
Nomen Auenza fuit, quae peritura ruit
Illa superborum viguit feritate virorum:*

*

*Fuit is secretarius Fride-
rici, I. & He-
rici eius f.*

*Imp. vixitq;
anno 1150.*

*A. V. C.
ccclxv.*

*Liui. annali.
V.*

*Ita vocat Se-
quanam,
quae nunc*

Seme quoque.

*Quasi Allo-
brogos sunt*

*dicti à la
Broia, Broia,*

*quem non-
nulli Brolium*

nominant,

notus pagi
Auenticensis
fluvius, ut-
pote qui ipsi
Auenticum
antiquam
interfluxerit.
Auenticum
Auentia nunc
quoq; Gallis,
& Romana
barbara lin-
gua.

Auenticum
Heluetiorum
caput.
Lib. I. hist.

In ea Roma-
na colonia.
A. D. N.
cccclii.

A. D. N.
ccciv.
Auenticum ab
Allemanis
vastum.
A. D. N.
cccl.
Lib. xv. hist.

*Marte Sueuorum perijt primatus eorum:
Decidit armorum cultus, & omne forum.*

Postea

*Vxor erat Brenni Signini filia Regis,
Cuius ab auxiliis Dux Gallica regna subegit.
Sequana, cum Ligeri, Brennica signa vehit.*

Quæ licet parum fundamenti habeant, utpote absq; clas-
sico teste, & iurato scriptore, tamen de Auentico nemini
dubium vnquam fuit, non, ut diximus, antiquissimum
esse, & ex duodecim illis vnum. In pristinam dein dignita-
tem reuenit, & Heluetiorum caput esse meruit, auctor
Cornelius Tacitus, qui centum circiter post Cæsarem an-
nis vixit, de bello quod Cæcina Heluetiis, Galbæ, contra
Vitellium, partes tuentibus, attulit. *Cumq; direptis, inquit,
omnibus, Auenticum gentis caput, iusto agmine, peteretur,
missi qui dederent Ciuitatem, & deditio accepta.* Postea Ro-
manorum coloniam accepit, qua de re suo loco. Pleriq;
ad vltimum euersam volunt Auenticum, illa communi
Romani imperij, & Galliarum frage quæ Valentiniano,
II. & Martiano Imp. accidit. Ego multò antè vastatam,
& destructam arbitror, & Constantij potius Cæsaris tem-
pore, quo tempore Allemanni vsque in Lingones & Ae-
duos grassati sunt. Id mihi ex Ammiano fit probabile, qui
illa tempestate, hoc est sub Constantio Constantij nepo-
te iam desertam fuisse memoratum reliquit. *Secundâ, in-
quit, Lugdunensem Rhotomagi, & Turini Mediolanum osten-
dunt, & Tricastini, Alpes Grate, & Pænina. Exceptis obscu-
rioribus, habent & Auenticum, desertam quidem ciuitatem,
sed non ignobilem quondam, ut adificia semirutâ nunc quoq;
demonstrant.* Nec postea resurgere potuit, aut aliquid prisce
decoris

decoris recipere. Viuilo Comes ex ruderibus, supra eum collem ubi urbis Capitolium fuerat castrum formauit quod Viuelsburg nominauit, quod nomen nunc quoque apud Germanos retinet, nam Galli Auenzam, ab antiquo Auentico nominant. Ceteras demum ruinas in hac qua hodie videtur formam, Burcardus Lausanensis Episcopus sub Henrico IV. Imp. collegit. Ab Auentico vero incolae Auentici Plinio dicti, & ab ipsis Episcopi Auenticorum, quod nomen etiam postquam vastum Auenticum, & nouum Viuelsburg conditum usurparunt. Ita subscripsit Superius, concilio Aruernensi, sub Theodeberto Francorum Rege anno II. eius regni, VIII. Nouemb. *Superius Episcopus Auenticorum*. Ita Marius in concilio Matisconensi quod Guntramus Aureliani, & Burgundiae Rex haberi iussit XXIV. an. Regni sui. *Marius Episcopus Auenticorum*. Hunc Marium esse uolunt qui genere, & opibus florens, ut potest ex antiquo Burgundionum Regum sanguine, primus Losannae sedem collocauit, iussu, & auctoritate Bildeberti Austrasiae, & Burgundiae Regis, qui Guntramo successit, primo anno Regni eius Burgundici, quique eam urbem Cathedralem esse uoluerit, redditibus ex patrimonio, priuilegiis a regibus adauxerit, qua factum ratione sit, ut Auenticorum nomen, quod per Episcopos celebrabatur, proprie interierit, ipsi se Lausanenses Episcopos, & Comites nominauerunt. Auenticum tamen semper Episcoporum fuit, & in eo Officiales, & praefectos habuerunt, itemque Vicarios Generales & quidquid eorum toto Auenticensi pago, Iurisdictionis, & muneris fuit. Antoninus ait, Auenticum distare Minniduro pass. millia 22. & Pyrenesca 28. quod ita est, Nam Minniduro Auenticum numeratur miliaria Heluetia, siue Ger. 3. Auentico Pyrenesca 4. Liber Prouinciarum sub Theodosio, ut uoluit editus Auenti-

Circa
A. D. N.
lccv.
Viuelsburg.

A. D. N.
clxxxvi.
Auentici populi, & Episcopi Auenticorum.

A. D. N.
lxxxviii.

A. D. N.
lxxxvi.
Marius Episcopus Auentico Losannae sedem transfudit.

A. D. N.
lxxxviii

In Itinerario

Dea Auenti-
tiæ cultus,
& delubrum.

Lacus Aue-
ticus.
A. D. N.
cljccc. xx
xiii.

Auenticum
sub Berna-
tibus.
A. D. N.
cljclxxx
vi.
Eius ampli-
tudo anti-
qua.

cum vocat Heluetiorum Ciuitatem. *Ciuitas Heluetiorum, id est, Auenticum*, non propter vrbs tunc quidem amplitudinem, aut florem, quæ, vt hætenus demonstraui-
m, iã diruta, & deserta erat, sed propter Episcopos, qui Auentici, & Auenticorum vt supra vidimus se nominabant. Suprà Auenticum quatuor scilicet passuum millibus colliculus adfurgit, in quo celebris, totâ Heluetiâ, (vt inscriptiones plurimæ, hoc in loco positæ, & consecratæ ostendunt.) Deæ Auentiæ cultus fuit, & delubrum, in quem locum frequentes fierent vndiquaque peregrinationes, vt votum à Tigurinis persolutum, & in saxo literis notatum adhuc manifestum facit. Postea Viller, & Munchuiller à monachis ibidem positus nominatus, nos Villariam vocamus. Lacus qui nunc Moratensis dicitur, ab opido Murato, dextro eius latere, sex passuum millibus infra Auenticum, olim Auenticus dicebatur, vsitato etiã vltimis temporibus nomine, sicuti ex antiquo sædere constat, quod præfecti Austriaci, nomine Alberti, & Othonis Austriacorum Principum, Vrbesq; Argouiæ, Turgouiæ, Sundgouiæ, Brisgouiæ, cum Basilea, Tiguro, Constantia, S. Gallo, Berna, Friburgo, Salodoro, Comitibusque à Nidou, Kiburg, & Furstenberg fanciêre. In Bernatum deniq; potestatem, vt Losanna, ita Auenticum venit bello vltimo Sabaudico, quæ vrbs, & quanta fuerit eius amplitudo hinc puta, quòd ducenta frumenti, & leguminum onera ex decumis quæ in mœniorum antiquorum ambitu sunt, quotannis colligantur. Antiquitatis prisca, & effæta admodum facies. Præter numos omnis generis infinitæ sunt inscriptiones Romanæ, quarum nonnullas his in antiquitatibus repræsentauimus. Ostenditur etiã marmorea columna in campo latissimo, pedes triginta alta, quæ in medio vi bis fuisse dicitur,

dicitur, idoli basis, Sed de Auentico satis, ingrediamur ad cætera.

Vindonissa I I.

Vindonissæ ætatem præterquàm quòd etiam à Tacito in historia memoratur, & Antonino in Itinere, multa testantur, quæ passim eruuntur monimēta, & inscriptiones, vrnæ sepulcrales, numi aurei, argentei, ærei. Sed argentei Aureliani præcipuè Imperatoris, per totam Heluetiā plurimi. Cur ita percrebuerint causam videtur insinuasse Zosimus, his de eo Imp. verbis. *Nouam monetam publicè distribuit, cum plebem quidquid haberet adulterina moneta tradere iussisset commercijs, hoc modo, ab omni cōfusione vindicatis.* Vindonissæ est etiã statua Mercurij propè integra. Præfidiis postea Romanis legionis XXI. hac in vrbe sedes ordinaria, vt alibi dicitur, vnde quoque eius magnitudo clara. Oportet enim non paruam fuisse, in qua legio vna pro præsidio consisteret. Loco vbere, & oportuno, angulum vtriusq; confluentis Vrsæ, & Arulæ complebat, ponte vno, hinc in Sequanos, & Rauracos, (cuius quidē commoditate remansit opidum Bruck ab eo nominatū, Vindonissæ suburbium:) altero in Germaniam, recto versum Badam itinere, (in cuius loco nauicula nunc traiciendi causā vtuntur) mittebat. In eā omnis generis mercimonia ex tribus Heluetiæ præcipuis fluminibus, Arula, Vrsæ, Limago qui etiam paulò infrà Vrsam in eundem Arulam descendit, partibus que deuchi poterant Tigurino, Vrbigeno, & Auentico. Nec à Rheno magna distantia. A Confluentia nempè, aduerso Arula, passuum millia vix septem, vt mirum mihi omninò videatur, cum totius Heluetiæ cōmodissima fuerit antiquum decus recipere. ne forma,

Lib. iv.
Eius antiquitas.

Lib. i hist.
Causa cur tot Aureliani Imp. vbiq; numi.

Præsidium in ea R.

Eiusdem situs & commoditas.

aut frequentia aliqua potuisse. Hodierno enim die vix pauculae quae vicum efficiunt aedes, nomen antiquum Vindisch. Mœniorum, ruderum, ruinarum nullae omnino solo super reliquiae, quae urbem fuisse demonstrant, excepto Altenburgo, & Habsburgo. Si verò ruas adhuc mœniorum rudera & fundamenta longè, lateque reperiatis, sola concamerata, fornices; Ossium verò humanorū cōpages per cāpos, & tota vicinia passim, credo, ex illo quod Constantius Cæsar propè eam urbem contra Allemannos praelium habuit. Et fortè huius cladis memoria ita barbarorum animos efferauit, vt ad eam in urbem sæuirent, nec eius superesse monumentum vellent. Nam prima eius vastatio Allemannis etiā, vt opinio, debita, cum non solum ipsam, sed Fines, Vitodurum, Auenticum, & quidquid præterea in Heluetia, Sequanisque firmitudinis ad Lingones vsque euerterunt. Constantius Cæsar supra memoratus cum in Vindonissæ campis eam gentem felici prælio deuicisset, & ultra Rhenum pulisset, reparasse creditur, sicuti de Vitoduro certum, ex inscriptione, quæ ad illud opidum refertur. Sed ab hac vastatione non iam vrbs, licet reparata, sed castrum adpellatur in lib. Prou. *Castrum Vindonissense* cum populi vicini Vindones, & Episcopi Vindonum, aut Vindonissensium ab antiquo opido dicerentur, sicuti in libro Conciliorum videre licet, Sigismundus Burgundiæ Rex conciliū Epaoni celebrauit tempore Symmachi Papæ, & Auiti qui postea Archiepiscopus Viennensis. quo in concilio interfuit *Bubulcus Episcopus Ciuitatis, & Castri Vindonissensis*. Hildebertus verò Francorum Rex, & Regina Huldreda coniux, V. Aurelianum peregerunt XXVIII. Octobris cui *Grammatius Episcopus Vindonissensis* subscripsit. C. Hildebertus demum Auftrasiæ, & Allemanniæ Rex, cum

Vindonissa
ab Allemannis
vastata.

A. D. N.
cc. xciv.

Constantius
Cæsar repa-
auit.

Vindonissa
ex vrbe in ca-
strum.

Sunt qui cre-
dunt primum
in Hel. hunc
fuisse Episco-
patum, iam
inde à S. Be-
ato, Apostoli
Petridiscipu-
lo, què præci-
puè in hoc pa-
go Christum
nunciasse, tra-

MORTUO

mortuo patruo Guntramo, vt antè quoq; notauimus, Burgundiæ Regnum occupasset, sedem Episcopale transtulit Vindonissâ, Constantiam, eam maximè ob caussam, vt Episcopi præsentia, zelo, & virtutibus, Allemanni, qui vtroque Rheni latere Vlmam vsque adhuc infideles plerique, & idolis dediti, sicuti ex vita S. Columbani, & S. Galli alibi ostendemus, conuerterentur citius, frequentatione præterea, exemplis, mōnitis. Sed vt hæc trāslatio fuerit facta, tamē receptum Vrbigenis, ne cogerētur, iuris ergo, Constantiam proficisci, sed Episcopus teneretur potius Vindonissam venire, aut Vicarium cum potestate mittere, qui ius apud eos in Ecclesiasticis redderet. Vnde acta Murenensia. *Cum Abbas Murenensis benedicatur, notam faciat Episcopo Constitutionem huius loci.*

Populus enim iste vadit ad conditum Episcopi, quo & ceteri eius pagi conuicanei vadunt, scilicet ad Vindonissam, ibiq; ius Ecclesiasticum audiet, & iudicium sustinebit, sicuti constitutum est omni Sancta Ecclesia & c. Deniq; sensim quidquid antiquæ dignitatis & auctoritatis Vindonissæ fuit, Comites, Altenburgenses occupauere, cū castri Vindonissensis dominium ad se transtulissent; ædificataq; eo in loco, noua arce, sub antiquo Castri titulo, quod Altenburg idè nominârunt, Altenburgenses sese Comites, & Vindonissæ dominos nuncupauere. Ipsi ex antiqua Helueticorum stirpe, mox sub Burgundis, abolito Romanorum Imperio clari, tūm verò ob virtutem Francis, qui Burgundiæ reges exciderunt, in precio habiti, maximas opes sibi cōpararunt, adeo vt Guntramus Comes Altenburgensis qui sub Arnolpho Imp vixit cognomentū Diuitis repererit. Sicuti ex annalibus Monasterij Muri videre licet, quod Rapoto huius Gontrami nepos, & Ira eius vxor Caroli Lotharingiæ

ditum in eius vita, in quo vita defunctus est.
A. D. N. 15 xv.
A. D. N. 15 lii.
A. D. N. 15 xc vii.
Episcopalis cathedra Vindonissâ Constantiâ translata, & quare.
Vrbigenum, sine Vindonissensium privilegium.

Vindonisse dignitas & quidquid eius fuit ad Habsburgios Comites delata. Altenburg vbi Vindonissâ. Altenburgensium Comit origo qui postea Habsburgii ex noua arce.
A. D. N. 15 ccc xcv.

A. D. N.

1566ccxci.

A. D. N.

1566ccxci.

A. D. N.

1566ccxxx

viii.

A. D. N.

1566cccx

viii.

*Libera Præ-
fectura. origo
& vnde
Habsburgia
domus in Hel-
uetia prima
incrementa.*

*Habsburgi
Rapoto condi-
tor & vnde
nomen.*

A. D. N.

1566cccl

xxii.

*Austriacorum
principum &
Imp. & Hi-
spanie Regis
deriuamenta*

Ducis filia ædificârunt. Cùm verò post mortem Arnolphi, & eius filij Ludouici, vltimi Francorum, vt quorundam arbitratio est, originis, & regiæ stirpis Germania superior, maxime que Heluetia ob Rodolphum, qui se Regem in Burgundia minore coronandum paulò antè curauerat, bellumq; cum Arnolpho gesserat, & post eum, Rodolfum eius filium, qui cum Burcardo Sueuiæ duce in discordia erat, in maximo metu, turbisq; versaretur Vallis Vrsæ ad colæ vulgò Rustaler, qui Vrsæ sinistrâ, è conspectu Bremgarte, habitant, Cuntzelinum Guntrami filium deprecati sunt, vt tutorem se defensoremq; eorum gereret saluis nempe, sua libertate, & priuilegijs, quod cùm annuisset, tunc, & postea, ad hodiernum vsque diem, Præfecturæ liberæ ea regio nomen accepit. Acta Muri. *Rogârunt Conzelinum comitem de Altenburg, filium Guntrami diuitis vt esset defensor suarum rerum* Hæc prima incrementa apud Heluetios domus Altenburgensis siue Vindonissensis, nam Habsburgi nulla hæctenus mentio. Rapoto supra memoratus Cuncelini filius, cùm hac ratione non exiguas opû progressiones adeptus esset, primùm nouæ arcis fundamenta posuit in colliculo, paulò supra Altenburg, cui nomen inde fecit, quòd fortè, eo in loco, accipitrem, tamquam ex specula, quæ gererentur aduertentem, conspexisset, Habsburgumq; vocauit, quasi accipitris, qui Germanis Habch, aut Habich, ab eo ostento, arcem. Ab Habsburgo deinceps Comites se ab Habsburg, relicto, vel antiquato Altenburg, nominauère, hacq; ex origine locoq; orti, ductiq; per Rudolphum Habsburgi Comitem, primùm eius nominis, & familiæ Imperatorem Austriaci Duces, Imperatoresque, Hispaniæq; Reges, & orbis monarchæ. Antoninus ceterùm ait, Vindonissam distare à Finibus,

bus, passuum millia 35. à Vitoduro 23. ab * Augusta 28. Infinita his locis reperiuntur, vt principio etiã meminimus, lapidum, & saxorum frusta, in quibus tres, quatuor, plures literas Romanas legas, Inter reliquias arcis Altenburg adhuc adspicitur hæc scriptio inter duas saxi partes,

L. VEGNATIO.

POL. MAXIMO. DO.

FOR. LOR. MIL. LEG.

XI. G. P. F. GVSORIVS.

ANN. XLVIII. STIP. XX.

H. S. E.

G. ROSCIVS OMPHA.

LVS. HER. FAC. CVR.

Rusticus non multis ante annis, cum, eo in loco, domum ædificaret, plurimas eiusmodi inscriptiones rupit, & muro inclusit, sicuti adhuc partim videre licet. Nunc Kunigsfeld, siue Campus regis quòd, eo in loco, Albertus I. Imp. Rodolph. fil. à Ioanne ex fratre nepote, & coniuratis confossus interierit, monasterium, dum religio stetit, nobilissimum ab Elisabetha Alberti coniuge, & postea Agnete fil. conditum, & Austriacorum Principum, sepultura celebratum, medium vrbs antiquæ Vindonissæ obtinere creditur, ex ruinis eius fabricatum, vt ex libello foundationis apparet.

Thuricum aut Tigurum III.

De eo vbi tredecim Ciuitates Helueticas scribemus.

Tugium IV.

De eodem illo quoque in ordine.

Salodorum V.

Eius pariter eo in loco locuples tractatio.

A. D. N.
clccclxx.

In itinere.

*

Rauracorum
scilicet.

Multa Vindonissæ & Altenburgi antiqua monumenta.

Gemine. Pica.
Felsis.

Hic situs est

A. D. N.
cl. l. xxxv.

A. D. N.
cl. cccix.

Vitodurum VI.

Vitoduri quoque meminit Antoninus, & nomen hoc solidè Celticum, forma Romana. Opidum ex primis incensis, vt cetera reparatum, Allemanni, sub Diocletiano, & Maximiano Imp. funditùs euerterunt, vt Auenticum. At hoc, vt alia, per Aurelium Proculum Procuratorem in Heluetia instaurandum curârunt Romani Cæss. Constantius, & Galerius, Auenticum in ruinis reliquerunt, nō alia de causa quàm quòd Allemannis, & barbaris vicinius, & in quo primo offenderent; illud in Heluetiæ quasi medullio remotius, nec satis magno contrà eas gentes præsidio, Huius Vitoduri restitutionis testis hæc inscriptio.

IMP. CAES. G. AVRE. VAL. DIOCLETIANVS
AVG. PONT. MAX. SAR. MAX. PERS. MAX. TRIB.
POT. XI. IMP. X. COS. V. P. P. ET. IMP. CAES. M.
AVR. VAL. MAXSIMIANVS. AVG. PONT. MAX.
SAR. MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. X. IMP. IX.
COS. IIII. P. P. ET. IMPP. FL. VAL. CONSTAN-
TIVS. ET. GAL. VAL. MAXIMIANVS. FILII
CAESS. MVRVM VITVDVREN. A. SOLO. IN-
STAVRARVNT. CVRANTE. AVRELIO. PRO-
CVLO. V. C. PR. PROV. MAX. SEQ.

Qua inscriptione, quia pro parte Constantiæ legitur ex lapide, nam pars altera fracta, aut iam quidem inde asportata,* quidam eam urbem, Vitodurum esse probare conati sunt. Et fortassè aliquid obtinuissent nisi magis Vitodur, aut vinterthurn, vt hodie vocamus, ad antiquum nomen responderet, & verò ab illis diuersus omninò abiret Antoninus, qui Vitodurum inter Fines, & Vindonissam collocavit, & rursus Vindonissam medio inter Vitodurum,

Vitodurum
ab Allemani-
nis euersum
primo, max
à Constan-
tio Cæs. re-
stitutum.

A. D. N.
ccxcv.
facta

Interim in
S. Blasii ca-
pella legeba-
tur utraq;
pars uti re-
presentani-
mus ab.

1520.

Error eorum
qui Vitodu-
rum pro Co-
stantia acce-
perunt, aut
contra.

rum,

rum, & * Augustam itinere. quæ omnia in Vinterthurn conuenire, & ab utroque situ Constantiam procul abesse nemini est dubium, nisi qui horum omnium cognitionem nullam habet. Credibile postea rursus periisse, cum ceteris, Hunnorum aut Allemannorum vltima rabie. Verum sub Carolinis, aut antea, Fræcorum regibus, coli & ut opidum frequentari, aliquo honore, cœpit. Nam propè Vitodurum sub Arnolpho Imp. superatum fuisse Rodolphum Burgundiæ regem à Burcardo Sueuiæ Duce memorauit Hermannus Contractus Comes Veringensis. Ibidem Vi-guere Comites Vitodurenses, ex Kiburgiorum Stemmate, vbi ex insignibus vtriusque familiæ fides, quæ solùm coloribus differunt. Nunc vicus est satis amplus, vulgò vetus Vitodurum, in colliculo situm, vbi adhuc non pau-cæ antiquæ culturæ exempla. In eius colliculi pede ædifi-cârunt Comites palatium, aut arcem, habitauerunt quæ, ex cuius frequentia postea cum tempore natum opidum hodiernum Vitodurum nouum. Sed idem opidum, maximè habitari colique incœpit ab eo tempore, quo Kiburgio-rum, qui antè, Vitoduranos, hæreditatem Habsburgij ad-iuêrunt. Rudolphus quidem Imp. primus non solum opi-dum auxit ædificiis, sed etiam priuilegiis, permansitq; in Austriacorum potestate dum Sigismundus Archidux Ti-gurinis traderet.

Aqua Heluetia VII.

Aquas Heluetias (ita antiquo nomine voco opidum quod Badam Urbigeni pagi, nunc nominamus) ex anti-quis fuisse inde perspectum quòd Vitellij tyrannide, haud multis post Christum natum annis iam vetustate dilabe-rentur mœnia, qua de re alibi.

Rauaco-
rum.A. D. N.
ccccliii.

In chronicis

A. D. N.
l^o cccc
xix.Vitoduri no-
ui origo.A. D. N.
cl^o cclxiv.A. D. N.
cl^o cclxx
viii.A. D. N.
cl^o cccclx
vii.

lib. II I.
cogn.

Gaunoduri
etymologia.

De Gauno-
duri opinio-
nes.

Eadem re-
futate.
Gaunodu-
rum Con-
stantia à
reparatore.

Cathedra-
lis facta, &
quando.

Sed Gaunodurum inter Heluetiæ opida Ptol. retulit. Cuius ætas ex eo mihi clarior quòd vtraque nominis pars mera Heluetia siue Celtica, Gaunum, & durum: hocq; pro turre: illud præruptum saxum, aut collem significat. Sed quo loco, & quod fuerit disputatio est. Quidam Zurzachum esse voluere; alij opidum Stein Rheni, nonnulli denique Constantiam. Sed Zurzachum non esse suum proprium nomen Romanum Certiacum arguit. Neq; Stein, cum in Germania sit, altera Rheni ripa, Gaunodurum in Heluetia. Vnde, mea quoque sententia, Gaunodurum antiquum illud opidum Heluetiorum fuit, quod postea ab instauratore Constantia nomen accepit. Quis enim in dubium vocet, eo in loco, vbi nunc est, urbem præcipuam fuisse quam Ptolæus præterire noluerit, loco nempe totius Heluetiæ amoenissimo: Et frequenter, aut plerumq; vbi magnorum fluminum ex lacubus egressiones opida, illa occasione frequentiora, testantur inter Heluetia Tigurum, Luceria, Geneva. Facta Episcopi cathedralis, vt diximus, cum Allemanni tandem, & vix ad Christi cultum se comparassent Childeberti auspiciis XIII. anno regni eius Franciæ Orientalis & Allemanniæ, primo vero regni Burgundiæ, Maximo, vel vt alij scribunt, Maximo primo Constantiæ Episcopo & Vindonissensium ultimo. Ei successit Vrsinus qui Vindonissæ ædem S. Martini, vt hæc inscriptio semibarbara ostendit muro templi indita,

IN ONORE S^TI
MARTINI E^PI
VRSINVS EB

ELVPVSETDE
TIBALDVSTLIN
CVLFVS FECIT.

Primus in Heluetia fabricandam curauit, eius præcipue viri labores, quos in conuertendis aliquot Heluetiorum partibus, veluti Suintia, & Vrania, habuerat, hoc pacto, celebriores, sollemniores fore ratus, operam suam præstante Theobaldo Comite. Tum verò vt, hac quoque ratione, Vindonissa, quamuis sede Episcopali priuata, nihilominus frequentaretur, & aliquid dignitatis retineret. Vrsino suffectus Gaudentius, quo regente in Heluetiam, & Constantiam venit, S. Gallus, vt scribit Valafredus. Constantia vocatur Vrbs in diplomate Caroli Magni, hoc est, magnum opidum, & ex principibus. Cuius initium, & finis *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Langabardorum, & patritius Romanorum, &c. Omnibus, &c. Ecclesia Sancta Maria Vrbs Constantia. &c. Data VII. Idus Martias anno XII. regni nostri. Actum Vormatia Ciuitate.* Sed quamuis illo in loco Vrbs, vt vidimus, dicatur, tamen exiguus erat, eo adhuc tempore, & postea, eius circuitus, quamtum ad mœnia, testatur Instrumentum Ludouici Germaniæ Regis, Carolinepotis, datum Monachis S. Galli, quo Instrumento, templum S. Stephani, quod nunc propè media in Vrbe, extra muros ponitur. Eius quoque principium *H. Ludouicus, diuina fauente gratia, Rex &c. Ecclesia S. Stephani extra muros ciuitatis Constantia constructa, &c. Data XI. Kal. Augusti. Anno Christo propitio XXII. regni Domini H. Ludouici gloriosissimi Regis in Orientali Francia. Indiæ. II. Actum H. Luna palatio regio.*

Noidenolex IX. Neo Burgus.

Ea in libro Prouinciarum inter quinque Sequanorum

D 3

Ciuitates

Prima in Heluetia S. Martini edes & vnde.

Constantia vrbs. A. D. N. clxxix

A. D. N. lxxiv.

Ciuitates ponitur vna, sed quæ fuerit, vt aliàs plerumque, obscurum, & pariter controuersum. Alij namque Neapolim esse voluere, siue Nouam Ciuitatem ad caput Lemanni: alij Donum, aut Lausannam, in hac, aut illa Lemanni eiusdem ripa. Ego nihil horum arbitror, & Neocomum, siue Neoburgum opidum, Comitatus cognominis, constanter adfirmo. Nam illa omnia opida apud Antuates, & suis terminibus, hoc est, antiquis, nota, Siquidem Losanna Lausunum, Neapolis, Penne dicitur Antonino. Donum quoque suum nomen habet, siue Dina Plinij sit, siue Neuidunum, vt aliàs videbimus. Noidenolex verò pagi Auentici est. Additur enim, *Noidenolex Auenticus* vulgato ea tempestate loquendi more, vt *Augusta Vindelicus, Lutetia Parisius, Mediolanum Santonus*, quo etiam viri eruditione clari vsi sunt, ne quis barbarum, cum B. Rhenano arbitretur. Hinc quoque intelligas illam partem, quæ ultra eum lacum est, qui ab opido nomen Neocomensis accipit, secundum Iuram, Auenticorum fuisse, ad eum vsque locum. Nam quæ Salodorum vsque sunt Salenses, vt alibi diximus, habuere, & ipsi pagi Auenticensis, quamuis alio nomine. Postea Burgundiæ Minoris fuisse testantur Instrumenta Angelbergæ apud Siluanios, in quibus Bienna opidum Noidenolegem infra, in *Burgundia* ponitur.

Ebrodunum X.

Ebroduni vulgò Iuerdum ad caput lacu, eo loco, ab illo nominati sunt qui facere mentionem arbitrati sunt Plinium, sed quos nominis similitudine deceptos arbitror. Nō enim hoc, de quo nobis sermo, sed Galliæ Narbonensis, nunc quidem in Delphinatu, Ambrum vocant, memorauit is scriptor, sicuti & Ptolem, qui Caturgidorum opidum

Scaliger Notis in Ausonium.
Libro de Germ.

Lib. III.
hist. nat.
Errata in Ebroduno.
Lib. II.
Cosmog.

opidum facit: & auctor Itinerarij, qui Alpium Maritimarum metropolin ponit Ebrodunum, Episcopali sede celebrem. Non tamen carere annis hoc nostrum probabilissimum. Liber Noticiarum constituit in eo praefectum classis Barcariorum his verbis *In Prouincia maxima Sequanorum Praefectus classis Barcariorum Ebroduni Sabaudia*. Curabant enim, eo in loco, Romani Imp. parari abietes nauigationibus, quas per utrumque lacum Ebrodunensem, & Bienensem, in Tilam, & Arulam, tum verò in Rhenum, & deinceps in Oceanum deferendas mandabant. Iurassum enim eximia pulcritudinis abietibus abundare, etiam notauit Plinius. Et superioribus annis venere vel ex Batavia, qui ex illa silua, quae à latere Tobinij est, vulgò Bonuald, pinus, & abietes emerent, vt, & paullò antè, ex Liguria, quas eadem via scilicet, Arula, Rhenoque deportarent. Fuit & Calaronæ in hunc usum praefectus Fabrum, qui compactas in rates pinus per Lemannum, & deinceps Rhodanum, Arelatum, tum Massiliam in Mediterraneum deuehendas curabat. In eo libello vbi R. Prouinciæ recensentur Ebrodunum inter castra ponitur. Erant multa rudera mœniorum, & turrium super quibus Petrus Sabaudia Comes X. arcem constituissè dicitur, contra Zaringorum posteros. Praeterfuit opidum Tila, distat Paterniaco pass. mill.

Lausodunum XI.

Ita reperio in antiquis scriptis illam urbem notatam, quam Antoninus Lausunum vocat, vulgò Lofannam Antuatium Iuranorum caput; Vnde mihi eius antiquitatis memoria. In Ptolemæo valdè fallor, aut illud fuit opidum, quod librariorum incuria, aut scriptoris ignorantia, quod

Ebroduni
praefectus fa-
brum R. &
qua ex causa
Lib. 16.
cap. 19.

A. D. N.
cdo cclvi.

A. D. N.
15 c. lviij.

A. D. N.
15 lxxxix.

in eo frequens, Diafannium adpellatur, corruptè nempè, pro Laufannum. Eius meminit, vt diximus, Antoninus, dicitque distare ab Equestribus traiciendo lacum 20. pass. mill. & ab Vrba 18. Eò Cathedralis sedes per Marium Auentico translata vrbi celebritatem attulit; Concilio Cabillonensi in Burgundia celebrato 25. Octob. sub Clodoueo II. Francorum rege, interfuit *Anicetus Episcopus Lausanensis*. Burcardus Episcopus Lausanensis fuit Henrici IV. Imp. Signifer, siue Lanceam sacram prætulit, interceptus in Turingia in obsidione vrbs Gleiche.

Nenidunum XII. Nyjon

Eius antiquitatem satis probat colonia R. eò deducta, qua de re vbi de coloniis.

Ratio opinionis
his de duodecim
opidis.

Turne aduer.
xx. Plur. de
fluminibus
latius mi-
grat. V

Sed hæc duodecim fuisse illa antiquissima, vt nihil certi constituere possim, præter illa quæ adduximus testimonia, inde colligere est, quòd non multis post Casarem annis frequentata rursù reperiantur pleraque, quasi Heluetij subito eadem, cum domum redissent, redhabitare, & innouare cœperint. Nam non à Romanis, sed ipsis Heluetiis reparata, aut ædificata ostendunt Celtica nomina, quibus plerumque insigniuntur, & in durum, aut dunum designant, quorum alterum turrem, alterum collem, aut locum eminentem significare Celticè, doctissimi viri adnotarunt. Sunt verò præter hæc XII. alia plura antiqua opida, & loca in Heluetia, partim ab Heluetiis condita, partim à Romanis, vt discretio nominis satis ostendit, his Romanum aut à conditoribus, aut à loci qualitate, sonantibus: illis Celticum suum genuinum præ se ferentibus, de quibus paucis, hoc capite seq.

De aliis locis, & opidis in Heluetia ab antiquitate
notis.

CAPVT. IV.



A sunt Arbor Felix, Fines, Solium Cæsaris, Forum Tiberij, Certiacum, Confluentia, Tobinium, Luceria, Ruperti villa, Paterniacum, Pyrenesca, Bremgarte, Burgum ad Rhenum. Minnidurum, Rotundus mōs, Vrba, Viuiscū, Bramagus, Penne, Dina, Calarona, Alæ. Sed de Arbore felici, Burgo, Cōfluentiā, Bremgarte, Calarona, Alis, vbi de praesidiis sermo erit: Luceria alio libro tractabitur, cetera persequamur. Finium meminit Antoninus, ait que abesse à Vitoduro 12. pass. mill. ab Arbore Felice 20. Fines verò siue ad Fines idè locum dictum volunt, quòd ibi Rhætia Prouincia finiret, cuius nempè esset vltimum opidum. Nam Heluetiæ partem, siue pagi Tigurini Rhætia adiunxisse Romanos, ex Ptolemæi delineatione clarum est, & postea videbimus. Nam ab alio latere manet adhuc nomen Terminus Helueticorum vulgò die Marck, ad Riuarium, quòd eò vsque Rhæti colonias promouissent. Fines verò est dirutum opidum dextra Tauri, in colliculo situm. Liber conditionis Augiæ vulgò Rhinau ostendit Constantium Cæsarem Fines constituisse. Reperiuntur hinc inde in vinetis adhuc numi R. & rudera passim, & murorum ruinae perspiciuntur, aliàs vix nomine loci, & pauculis ædibus, aut villis notum, Pfin nominant.

Finium etymo-
ratio.

Solium Cæsaris.

Ita vocat Glareanus, quod Rhenanus, & alij Tribunal,

E

aut

Nominis.
origo.

aut Prætorium Cæsaris, nunc Kaiserstuel, opidum ad Rhenum nominant. Nomen datum creditur quòd Tiberius, in eo loco, ius, non solùm militibus, sed etiam vicinis regionibus redderet, illo tempore, quo cum Rhætis, & Vindelicis bellum grauiissimum gessit. Quamuis enim suis legibus, & magistratibus vterentur Fœderati, quales Heluetij, honori tamen Cæsaris datum crediderim, si præsentessent, vt si quæ controuersa essent, eorum arbitratu deciderentur. Accedit quòd non procul inde Sequani, & Rauraci, qui Principem absque dubio sequerentur, & apud eum causas suas agerent, præsertim si in loco aliquo vicino constitisset, moramq; poneret. Sicuti fecisse isto credibile est. Neque enim nisi lento duello collidere Rhætos, suis montibus securos poterat, quamuis aliter tradidisse visus sit Strabo vnaq; ætate bellum Rhæticum patratum. Sed de eo suo loco.

Lib. IV.

Forum Tiberij.

Lib. III.
Cosmograph.
Pesto auctore.

Eiusdem belli Rhætici occasione natum opidum quatuor infrà Tribunal Cæsaris, pass. millib. quod Ptolemæus Forum Tiberij nominauit, Heluetiisq; tribuit. Inter alias Fori significationes, pro loco negociationis ponitur, vt Forum Flaminium, Forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curârunt, quod etiã in locis priuatis, in vicis, in agris fieri antiquitatis mos obtinuit. Hæc postcà fora incolarum numero aucta, tectis frequentata, opidorum formas accepêrunt, Forique nomen, & ius pristinum, aut retinuêrunt, aut meliori permutârunt. Cùm igitur belligeraret contra Germanos, Rhætosque Tiberius, hoc in loco, forum posuit, non solùm propter militum commoditatem, sed etiam vicinorum populorum,

& eam

& eam maximè ob causam, ne asperis in regionibus, quales videbantur esse Rhætorum, aliquid decisset commeatuum, aut armorū. Huius opidi suprā Zurzachum quondam positi, præter plurimā rudera, nihil iam quidem superest. Reperiuntur frequēter numi omnis generis. Nundinæ quæ ab eo tempore, & deinceps ad nostra tempora celebres, Certiacum in proximum vicum translatae, de quo iam dicam. Si prius adiunxero, causam videri, cur tot antiqua opida, & vrbes funditus perierint, vt præter aliquot murorum ruinas nihil eorum adpareat, quod paucas domos ex saxis, & lapidibus construerent, solum mœnia, turres, & munimenta, ea ex materia, ducerent; ædes, & habitamenta ex cratibus, & limo compingerent, vt adhuc in quibusdam Augustæ Vindelicorum, & Basileæ videre licet, quæ proindè, iniecto igne facilè soluerentur, & in nihil redirent:

Certiacum. Sive Durae aquæ

Certiacum vicum infrā Forum, eiusdem ruinæ celebrare, ex quibus subcreuit, & nobilitatus est, auctore maximè Certo quodam Viennensi milite, qui fortè in opido antiquo aliquid muneris defungebatur, cuius memoriam in hac inscriptione eius hæredes consecrarunt,

M. IVNIO. M. F. VOLT. CERTO.
 DOMO. VIEN. VETERAN.
 MIL. LEG. XIII. GEMINAE.
 CERTVS. ET. AMIANTVS.
 PII. HAEREDES. FECER.

ita, superioribus annis, Certiaci legebatur, nam pars eius lapidis iam fracta, & perdita. Hæc quidem quantum ad

Causa constitutiendi fori.

Cur pauca tot opidorum veterum vestigia.

Zurzach

A. D. N. clcxxxv.

Aliud Cer-
tiaci nomen
antiquum.

Ach idem
quod aqua.

T. & D. in
z. mutatio.
crebra Ger-
manis.
Scaliger in
Comestan.
& in Festum
Turneb. adv.

A. D. N.
16cclxxx1

restauratorem nomenq; feruntur : qua super re, vt nihil noui producam , tamen aliud vocabulum huius loci, in antiquis monumentis reperi. Nam in Martyrologio R. antiquo, & probæ fidei, vbi S. Verenæ memoria est, eam apud Aquas Duras depositam legitur. Verenam Certiaci esse, siue Zurzachij sepultam nemini dubium. Vnde subit mihi lubido existimandi, *Duras Aquas* verum, & antiquum hoc in vico, locoq; nomen esse. Nam ach, vnde Zurzach, aquam Germanis significasse infinita apud eos vocabula ab aquis sumta confirmant Vtznach, Fuossach, Steinach, Schuartzach, & Ach in Germania inferiore quod à Granio quodam, Aquisgranum. Iam verò T. vel D. elementa apud eosdem in z mutari Turegum, Tugium, Tobinium, Tabernæ, opida, Tila si. testantur. Zurzach igitur Duræ aquæ. Et ad finitas literarum T. & D. nota ex manuscriptis antiq. & doctissimi in suis lucubrationibus, adnotârunt. Et fieri potest, vt quæ Duræ aquæ primò, post nomen à Certo hoc restauratore acciperent. Locus à prima origine frequentatus, & monasterium Benedictinorum inter prima ibidem conditum. Carolus Crassus Imp. Richenouio, siue Angiæ Maiori, dono dedit, cū ibi sepulturâ suam elegisset, vt ex instrumento patet, Dato *Pridie Idus Octobris Indiæ. 14. Imperij primo, ex Podama palatio.* Nundinæ, quæ ante apud Forum Tiberij, Certiaci nunc bis in anno maximo concursu ex tota Heluetia, Sueuia, Brisiacis Sequanis, & Rauracis peraguntur.

Rupertiuilla.

Ita vocandam censeo quod Rapersuil dicitur opidum inter vtrumq; lacum superiorem & inferiorem Thuricensem in prominente cornu, ad instar peninsulæ conditum,

loco,

loco, formaque eleganti, & amœno. Eius de origine nihil certi quidem habetur, sed habitum, cultumque antiquis, præter loci commoditatem, persuadet mihi lapis in aræ speciem formatus cum his paucis literis

C. OCT. PROVIN.

S.

L. D. D. D.

reperitus haud procul inde, nunc Ionæ in proximo vico ostenditur. Rupertus demùm Dux militum Ludouici regis, & Sueuiæ, cuius amplæ secundùm eum lacû possessiones erant, vt ex fundatione Collegij Lucernatis perspectû, eo in loco, arcem, aut domum amœnitate situs delectatus, constituit, quæ ab eo nomen accepit. Postea Comites habuere, qui inde nominati, celebratiq; iam sub Othone primo; vt testantur Acta Eremit. Sanè sub Othone tertio floruit magna virtutis, & doctrinæ fama apud Eremum. Virandus Comes Rapersuillensis tertius post S. Eberardû Abbas. Sed hoc de opido, & Comitibus multa essent que dici possent.

Tobinium.

Nunc Zoffing vocant, opidum propè fl. Altacum vel Viggerim, cuius antiquitatem etsi nulla probent Romana, aut vetustatis insignia, tamen inde colligas non parum dignitatis habuisse, quòd tempore iam Caroli Crassi Imp. cudendæ monetæ licentiam, auctoritatemque haberet, opidumque esset, cum Tigurum non nisi vicus esset, & exiguo in honore, nisi quantum monialium attulit monasterium. Id autem manifestum est ex Priuilegio quod idem Carolus Abbatissæ Berthæ sorori suæ dedit cudendæ Turegi monetæ, quo in Priuilegio vsus Tobiniensis

*statuit. locus.
datus, decre-
to. Decurio-
num.*

A. D. N.
15 cccclxxx
iii.

numi expressè memoratur, recipiturque. Sunt qui opidum habuisse ferant Comites à Spitzenberg, quorum adhuc insignibus utitur. Comites à Froburg Canoniorum Collegium condiderunt.

Pyrenesca.

Eius nihil omninò præter nomen, quod antiquitatem oleat Antoninus meminit. dicit enim distare ab Auentico 28. passuum mill. quod ita se habet, nunc Biren nominant opidum dextra Arulæ ripa, decem suprâ Salodorum pass. mill. ut idè Ant. tradidit. Comites Nidouij tenuere. Nunc Bernates habent.

Paterniacum.

Istud Romanum nomen est. Paterni autem, an Paterij plures, eiusdemne familiæ, & gentis obscurum. Diuersimodè scriptos reperio, in Codd. Iust. & apud Xiphilinum, & Dionem eadem varietate. Apud nos eorum memoria per duas inscriptiones, vna sumta ex Iura, vbi Pirreport, quasi porta rupis, quòd ibi mons scissus, & perruptus magno labore, sumtuque, peruiusque ex Heluetia, in Sequanos factus. Paterni III viri Colonix Auentici curâ, Marci, & Lucij Antoninorum Imp. auspiciis.

NUMINI AVGVS

TORVM.

VIA. FACTA. PER.

.....V.R.....IVM.PATERNVM

III VIRVM. COL. HELVET.

reliquorum fabulas, & nugas, carmina etiam, si Dis placet, istis ex literis compacta quid attinet dicere? Sunt namque qui hoc pacto, prodiderunt,

Numinis Augusti via facta per ardua montis,

Feliciter Petram scindens in margine fontis.

Imperium simul adierunt anno Domini 162. gesseruntque per annos 9. Intra quod tempus oportet hoc regni opus factum. vs nugæ que de Cesare Iulio dicuntur, mittimus quasi

Alij in hunc modum, paullò, scilicet acutius:

*Nimis Augusti via facta per ardua montis
Fecit iter findens petram in margine fontis.*

Quid quòd eò processit ingeniorum libido, vt Iulio Cæsari hanc quoq; viam attribuerint? quem primò satis constat numquam Augustum vocatum, nec eò peruenisse. Sed hæc mittamus Alia cernitur his consignata literis Villariæ.

GENIO.

PAGI. TIGOR.

P. GRACCIUS

PATERNVS.

CVR. COL. ET-

SCRIBONIA.

LVCANA.

V. FEC.

Vtrùm verò T̄i vir, an Curator hic, an ille, Paterniacum de se nominauerit incertum est; Opidum euersum, vt cetera in Heluetia, Marius Auenticorum Episcopus condito ibi templo reparauit, & in pristinum decus restituit, sicuti Acta Lausanensis Ecclesiæ demonstrant. 8. kal. Iulij. *Indict. 5. Episcopus an. 14. regnante Guntramo Burgundia rege.* Sed Bertha postea Rudolphi Burgundiæ regis vidua maximam claritudinem addidit, cum non solum monasteriũ, eo in loco, nobilissimum, & locupletissimum condidit, sed in eo etiam sepulturam sibi, & posteris elegit, Maiolo primo præside constituto, cui & opidum subiecit, cū consensu, & voluntate liberorum Cunradi Burgundiæ regis, & Burcardi Episcopi Lausanensis. Opidum suprâ Auenticum 8. pass. millib. ad Brolij qui vulgò Broia f. dextram.

nihil præ-
clari, nisi ab
ipso, patra-
tum fuerit.

Marius Epi-
scopus Auen-
ticorum pri-
mus Paterni-
aci restau-
rator.

A. D. N.

15 xcv.

A. D. N.

15 cccclxii.

*Rotundus mons.**Eius sum.*A. D. N.
clj. cc. lxi.A. D. N.
clj. cccc.
lxxv.

Neminem huius opidi, quòd viderim ex antiquis mentionem habuisse satis miror, cùm magnæ ætatis esse constet, & turris illa quæ in pede collis, antiquæ architecturæ, & omnia prisca confirmet. Nomen ipsum Romanæ Ciuitatis. Longè, lateque eius pomæria patuisse traditû fama, & nonnulla in subiectis campis rudera probant, nuntii etiam Romani inde lecti, situ mirabili, & admodum elegantî, colle in rotundum apicem, veluti coronam, omni ex parte adsurgente, ex quo tamquàm ex specula opido patent longè, lateq; omnia. Petrus Comes Sabaudia, illo Friderici II. interregno, occupauit, turribus q; binis rotundæ formæ, & pulcerrimæ muniuit, & decorauit. Sedes ex eadem familia Comitibus post genitis, ad bellum vsq; Burgundicû, quo bello primùm turris illa quadrata ad radicem opidi, post longam obsidionem capta, & incensa, postea quoque vrbs in potestatem venit. Friburgenses tenent locum totius Heluetiæ nobilissimum.

*Bramagus.**Paradinus
chr. Sab.*

Vulgò Bromasim parœcia opidi Ru, paullo infra situs Vicus nunc, opidum olim fuisse nonnulli voluere, quòd Ru vsque se porrexerit, parsque eius fuerit, vnà cùm arce quondam nominatissima, sed iam olim à Comitibus Sabaudia euerfa, quòd latrones occupassent, vnde toti subiectæ regioni grassabundi dominarentur. Et mihi relatum nonnulla Bramagi vetustatis monimenta notari. Sanè eius meminit in Itinere Antoninus, ait que distare, à Viuisco pass. millib. 19. & à Minniduro II. licet quantùm ad Viuiscum error potius librariorum esse possit, cùm non sint vltra pass. millia 10. distat Friburgo p. m. 20.

Minnidurum.

Nunc Milidunum Milden, & Modunum, opidum, & arx ad Brolium, qui non procul inde ex Iura oritur. Præter notionem nominis Celtici, etiam Antoninus memorauit, scripsitque abesse à Bramago II. pass. mill. ab Auentico 22. Cum barbari euertissent, vastassentque, qui ex opido remanserat, vicum primus Berchtoldus Zæringus eius nominis, & stirpis vltimus mœnibus cinxit, & in opidum restituit. Post eius mortem cum Sabaudia Comites occupassent arcem addiderunt.

Vrba.

Aut, vt alij scribunt Orba, in magna eam antiquitatis opinione fuisse, indicium facit, quod dubitatum sit, Vrbi genone pago fecerit nomen, Comitibus etiam regum celebrata. Nam ibi conuenere, & de rebus. agitarunt Carolus Crassus Ludouici quondam Germaniæ Regis filius, & Ludouicus, Carolomanusque Ludouici Balbi Francorum regis filij nothi, cum ille in Italiam ad capeffendum Rom. Imp. proficisceretur: hi, coronato contra regni Francici dignitatem Bosone Prouinciæ rege, bellum cogitarent. Iam ante Theudelindæ, Theodorici Burgundiæ regis sororis, aula, & palatio memorabilis, Aimone, & Rheginone auctoribus. Opidum situm ad Tilam qui non longè inde ex Iurasso erumpit. Multi in eo omnis generis R. numi reperiuntur, & antiquæ murorum ruinae, turris verò adhuc visitur mirandi operis. Urbem ait Antoninus distare Losanna 18. pass. mill. & ab Arica nunc Pontarino, 24. Suprà Ebrodunum 8. pass. mill.

Penne.

Quis sit hic locus, aut opidum perobscurum. Ego qui-

F dem

Berchtoldus
Zæringus
Minniduri
reparator.
A. D. N.
c13 cxc.

Aimo lib. 5.
cap. 40.
hist. Franc.
A. D. N.
13 cccclxx.
1 x.

A. D. N.
13 cxviii.
Idem lib. 4
cap. 1. lib. 2.
chron.

dem eò ducor vt credam Nouam Ciuitatem esse, vel Neapolin ad Caput Lemanni, dextra eius ripa, quòd nò aliud reperio, cui magis Antonini calculatio conueniat. Poni enim medio inter Tarnadam siue S. Mauritium, & Viuiscum itinere. Ab hocque abesse passum millib. 9. ab illa 13. quæ si perpendas non in alium locum, quàm huic quadrare reperies. Opidum exiguum, & malè sanū, ob Lemanni vligines, parumque frequentatum.

Viuiscum.

Aut vt alibi legitur Bibiscum, vulgata has literas B. & V. mutandi ratione, hoc paullò elegantius Antuatium *Riparorum ad eundem Lemannū opidum, latere dextro, de quo sæpius memoratus Antoninus. Situm 18. pass. mill. supra Lofannam, & 44. supra Geneuam. Eius quoque meminit Lambertus Schafnaburg, in itinere Henrici IV. Imp. in Italiam, aitque in eum locum obuiam ei venisse Amedeum Sabaudia Comitem cum matre eius Adelfia. quamuis corruptè ibi *Ciuis* pro *Viuis* legatur.

Dina.

Ab altero Lemanni latere, ferè ex conspectu Lofannæ, est opidum Donum, quod Dinam Plinij quidam arbitrati sunt, Bodiontiorum caput. Alij Equestris Colonia Ciuitatem rati, Neuidunum esse dixerunt, qua de re, vbi de coloniis. Ego enim in priorum sententiam pedibus eo, Donumque Dinam existimo. Bodiontij populi illi qui illo Laci latere, Fauciniam quoque vallem complectuntur, inter Equestres etiam nominati quorum vocabulum adhuc retinent. Erunt, credo plura, & opida, & loca in Heluetia

antiqua,

Scalig in Fe-
stum.

Ita vocati
videntur
quoque Roma-
nis, vt ex in-
scriptione
Nemiduni
posita, claret.
quod nomen
nunc quoque
retinent, &
inde vinum
nobilissimum
Riparum,
aut Ripense.
A. D. N.
cl. lxxv.

antiqua, sed quæ vel per Romanorum incuriam, aut superiorum temporum negligentiam, nullis literarum monumentis tradita, vel in ruinis ignota, & incomperta iacent, aut in diuersa abiêre.

De republica Heluetiorum, Gallorumq; antiqua, utq; libertate propè omnes exciderint.

C A P V T. I V.



Is igitur in medio relictis de prisca Heluetiorum, uti & Gallorum repub. tum quæ antè Iul. Cæsaris ætatem ab Heluetiis gesta, ex antiquis, & probis scriptoribus, quantum lectione, meditationeque consequi possumus, licet ut eruamus. Illud prius, hoc posterius. Qui de rerum publicarum administratione, Politica Græci dicunt, nobis præcepta, institutionesq; reliquerunt sapientissimi homines, tres earum species fermè probauerunt, totidem in vitio posuerunt. Vnam in qua Reges, alteram, in qua Optimates, tertiam quam legibus, & æquitate populus administraret. Regibus tyrannos: Optimatibus paucorum factiones: populo, plebis libidinem opposuerunt. Regum prima & antiquissima memoria est. *Principio rerum, inquit Iustinus, gentium, nationumq; imperium penes Reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio proueherat.* Gallorum, & ita Heluetiorum imperium ab antiquitate, ut aliarum gentium, sub regibus fuit. Verustissimi post diluuium reges, Samothès, tum Magus eius filius, qui vrbes condere & opida primus incepit, quæ ab eo nomine proinde desinebāt pleraq;. Hūc Drys secutus, qui ut Cecrops postea apud

Græcos, Numa apud Romanos, homines à terrestrium, & militarium studio, ad cælestium, & superiorum Philosophiæq; meditationem transtulit, Druidumque sectas instituit, tum Celtes, à quo Celtæ omnes Occidentales nominati Græcis, & in Gallia tertiam partem occupare, alijque deinceps regnum tenuere, quorum quia incertis auctoribus tradita memoria, in ijs commemorandis longior non ero. Postea liberæ respUBLICÆ, quibus omnibus, Rex siue Princeps per suffragium in annum electus, rerum, totiusque Gallia potiebatur, ea ratione, & circuitu, vt per vices ad vnâquamque earum ordine, ea dignitas, & imperium rediret. Ita Celtum totius Gallia, habenas rexisse tradidit summus auctor Iul. Cæs. *Simili, inquit, ratione ibi Vercingetorich, Celti filius, summa potentia adolescens, cuius pater principatum Gallia totius obtinuerat, & ob eam causam, quod * regnum appetebat, ab Ciuitate erat interfectus.* Principatum eundem multis antefeculis, eodem modo, & illa Ciuitatum vicinate, habuisse Ambigatum Biturigem tradidit Liuius. *Prisco, ait, Tarquinio Roma regnante, Celtarum, qua pars Gallia tertia, penes Bituriges summa imperij fuit. It regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute, fortunaq; cum suatum publica præpollens.* Sed præter hunc generalem, qui toti Gallia præerat, alij erant gubernatores, & principes, & vna quæque respUBLICA Ducem habebat suum, à populo nominatum, qui per annum aut ad certum tempus summæ rerum præficietur, nec ex sua sententia, sed ex Equitum, & Druidum decretis qui in republ. duo præcipui ordines, imperabat; quos regnum habuisse, aut principatum in sua republ. obtinuisse scriptores boni tradidere, qui tamen tantum à regia maiestate, alijs gentibus

bus

* Hoc est,
perpetuum
ipse Gallia
imperium
obtinere, tum
ad suos transfere.
Lib. V. ann.
nal.

bus vsurpata abfuêrunt, quamtùm reges ab optimatibus disparantur. Cæsar de Orgetorige Heluetio differens. *In eo, inquit, itinere persuadet Castigo Catamantaledis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & à S. P. Q. R. amicus adpellatus fuerat, ut regnum in sua Ciuitate occuparet, quod pater ante habuerat. Itemq; Dumno-rigi Aeduo, fratri Diuittaci qui eo tempore principatum in Ciuitate sua obtinebat, ac maximè plebi acceptus erat, ut idem conaretur, persuadet. Eadem, alio loco, clarius. Legati, inquit, ad eum Cæsarem, principes Aeduorum veniunt, oratum, ut maximè necessario tempore Ciuitati subueniat, summo esse in periculo rem, quòd cùm singuli magistratus antiquitus creari, atq; regiam potestatem annum obtinere consuescent, duo magistratum gerant. Alibi Adiantonium apud Aquitanos pariter summum magistratum gessisse scriptum reliquit. Similiter, inquit apud Aquitanos Adiantonius summam imperij aduersus Romanos tenebat cum deuotis, quos Soldurios vocant Aquitani. Idem apud Allobroges in more fuisse prius memorauerat. Erant apud Cæsarem ex equitum numero Allobroges duo Roscellus, & Aegus Abducili filij, qui principatum in Ciuitate multos annos obtinuerant. Ex quibus satis manifestum est quod tradidimus, Regem vnum toti Gallix præfuisse, suos verò principes, & reges, qui summum videlicet magistratum gererent Ciuitates, & respublicas habuisse: quod etiam tradidit Strabo, de Gallis differens. Pleraq; eorum, inquit, respublica ab optimatibus gubernabantur. Antiquitus vnum quot annis principem, itemq; vnum belli Ducem multitudo diligebat. Interea non deerant plerisque in ciuitatibus potentes, factiosi, diuites, qui populum tantisper ducerent, plerumq; seducerent. Quæ si omnia ad Heluetiorum hodiernam reipublicæ admini-*

Comment. I.

Comment.
VII.

Com. IIII.

Soldurios
tato quoq;
num voca-
bulo, pro
mercenario
milite.
Comment.
III.Lib. IV.
Geog.

strationem compares, si consulum nostrorum, siue Scultetorum, Prætorum, Burgimagistrorum, & Ammanorum electionem, dignitatem, officium, auctoritatem, conditionem perpendas, haud magnam opinor differentiam offendas. Soli enim Heluetij, qui, vt antiquam Celtarum dignitatem, libertate mretinent, ita pari propè eā reipubl. gubernamento, & temperatione conseruant, & tuentur. Regni porrò affectati quod supplicium apud Heluetios antiquitus fuerit, declarauit sapius memoratus Orgetorich, qui eius apud populares suspectus, ideoque in vincula coniectus, cum se causæ, ditioni, familiarium, clientum, oberatorumque ope, quos ad decem millia coegerat, eripuisset, & Ciuitas ob eam causam incitata armis ius suum exsequi conaretur, multitudinemque ex agris magistratus cogere, ne igni cremaretur, quas damnatum pœnas sequi oportebat, inquit Cæsar, mortem sibi conscuit. Atque hæc reipublicæ ratio ad Romanorum seruitutem perdurauit. Illi primò Prætores, mox præsidēs dedere, & demum qui summum post Imperatores Imperium haberet Prætorio Galliarum Præfectum.

Principium ruinæ Galliarum per Sequanorum & Aeduorum dissensiones venit. Heluetios quorundam inter eos ambitus, opumque, & regnandi libido, quorum facile princeps Orgetorich, deceptos, & in transuersum actos propè perdidit: quem proinde nollem habere hodie imitatores, qui illud nempe quod superest decoris, & gloriæ, dignitatisque, nunc quoque in extremum discrimen adducant, aut euertant funditus, quando sunt qui dum cupidini suo morigentur cœlum, terramque immiscere nō dubitant, quod de suis olim, hoc est, Romanis, conquestus est sapientissimus Romanorum M. Varro. De Gallorum

verò,

*Magna viro
opes, inde illi
nomen Cel-
ticum Hor-
reich.*

Commen. I.

*Hæc summa,
opinor, li-
bertate, ser-
uitus & plu-
rima, & atro-
cissima Pla-
co Pol. 8.*

verò, Sequanorumque, & AEduorum factionibus, & didiciis luculèrè, vt cetera, summus & Imperator, & scriptor Cæsar Iulius. In Gallia, inquit, non solum in omnibus Ciuitatibus atq; pagis, sed penè etiam in singulis domibus factiones sunt earumq; factionum sunt principes qui summam auctoritatem, eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium, iudiciumq; summa omnium rerum, conciliorumq; redeat, idq; eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorum auxilij egeret. Suos enim opprimi quisq; & circumueniri non patitur, neq; aliter se faciat, vllam inter suos habet auctoritatem. Hæc eadem ratio est, in summa totius Gallia. Namq; omnes Ciuitates in duas partes diuise sunt: Cùm Cæsar in Galliam venit alterius factionis principes erant AEdui; alterius Sequani. Ii cùm per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in AEduis, magnaq; erat eorum clientela, Germanos atq; Ariouistū sibi adiunxerāt, eosq; ad se magnis iacturis, pollicitationibusq; perduxerant. Prælijs verò pluribus factis secundis, atq; omni nobilitate AEduorum interfecta, tantum potentia antecesserant, vt magnā partem clientium ab AEduis ad se transducerent obsidesq; ab eis principum filios acciperent, & publicè iurare cogerent, nihil se contra Sequanos concilij iniuros, & partem finitimi agri per vim occupatam possiderent, Galliaq; totius principatum obtinerent. Sed postea, quod, alio loco, refert, peius victoribus Sequanis, quàm victis AEduis accidit. propterea quòd Ariouistus in eorum finibus consedisset, tertiamq; partem agri Sequani, qui esset optimus totius Gallia, occupauisset, & decedere tertia alia parte Sequanos eosdem iussisset, vt in ea Harudum xxi v. millia, qui Rhenum transierant collocaret. Hac cum ratione, aut potius necessitate Cæsar & Romanorum cùm auxilium duæ illæ ciuitate.

Com. VI.

Commen. I.
nempe Sund-
geu, & v-
traq; Elsa-
tia inferior,
ad sibi vo-
gesum.
Harter in
Brisiacis.

In Iulio Cæs.

A. D. N.
ccccvii.

A Eduorum, & Sequanorum implorâissent, Ariouistum quidem Gallia expulêrunt, sed in Germanorum locum Romanos haud paullò æquiores recepêrunt. Deinde verò nulla fatis idonea caussa, imò vndique captata, non solum Gallix vniuersæ, sed etiam Germaniæ, & Britannix bellum intulit Cæsar, nulla habita amicorum, fœderatorumque ratione, adeò vt de eo hostibus dedendo cogitasse Senatum memoria consignarit Tranquillus. *Nec deinde, inquit, belli occasione, ne iniusti quidem, ac periculose abstinuit, iam fœderatis, quàm infestis, ac feris genibus vltro lacepsitis. Adeò vt Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerunt. Deniq; Romanæ in Gallia, Heluetiaque tyrannidis Franci, Burgundiones, Allemani que finem, modumq; posuêre.*

De rebus gestis Heluetiorum ad bellum Cimbricum adfectum, de Gessatis pauca.

CAPVT VI.



Ed, age, iam progrediamur vlteriùs, & quæ tandem Senatus, populi que auspiciis apud Heluetios gesta sint, haud multis disquiramus. Hæc sint solatia, his rerum, orbis que conuersionibus, & discidiis, animum, cogitationem que ad prisca tēpora conuertere, vt enim ait ille.

Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.

Ita rectè concluderimus.

Nullum esse iam factum, quod non factum prius.

Terent. in
Adelph.

An

An certiora reperturi, & minori opera? illorum exemplo qui in densissimas tenebras inciderunt, quibus in tenebris cum primò nihil omninò videant, sensim tamen clarescere magis, magisq; sensu penetrare existimant. Fabulas quibus posterioris ætatis scriptores, qui gratiæ, au precio scribebant multa, fingeant pleraq; , præcipuè laborârunt, & nostra, patrumque memoria viri eruditione celebrati, dum gentis suæ, aut quam celebrare sumserant, commendationem, laudemq; vndiq; aucupantur pro adfirmatis vsi sunt, nihil moror. Hoc tâtum, meo labore, relicturus quod scriptoribus antiqua fide, & auctoritate traditum comperero, & rationi, iudicioq; consentaneū, cetera procul habiturus. Nec mihi patria, aut mei veritate antiquiores vquam fuerunt, cuius sanctissimum numen violari tam multis non mirabitur, qui mores huius seculi pensulatè cum animo putauerit, apud quos historica fides maleuolètia existimatur, vanitas, pro laude accipitur. Suntq; Scriptores qui dum dicant, quæ, & qualia dicant, susq; deq; habent. Sed tamen Gallorum, toto orbe, terrarum expeditiones nemo adè mentis aberrat, qui veterū mōnimentis celeberrimas decantari neget, in Italiã, Germaniam, Hispaniam, Græciam, Asiam, Thraciam, Pannoniam, Daciam. Italicæ trāsitionis initium, caussa; ab Heluetiis venit. Horum ciuis, Eliconi viro fuit nomen *fabri-lem ob artem Romæ commoratus, sicum siccam, & vnam, oleiq; ac vini promissa, remeans cum secum tulisset, Alpibus coercitis, & tam in exsuperabili munimento Gallis superfundendi sese Italia primam præbuit occasionem, auctore Plinio. Eidem adsentitur Lilius, de Gallis loquens. Eam gentem, inquit, traditur fama dulcedine frugum, maximèq; vini nouatùm voluptate captam, Alpes transisse, agrosq; ab Etruscis ante*

Gallorum
antiquæ mi-
grationes.
& res gestæ.
Helueti pri-
mi in Italiã
transierunt.

Lib XII.
hist. nat.
Lib. V. An-
nal.

cultos possedisse. Ante omnes eadem tradiderat optimus, & integræ fidei Polybius, vbi de Tyrrenis verba facit. Cum his, inquit, ob vicinitatem loci frequenter versabantur Galli. Hi specie, ac fecunditate regionis illecti, exiguam quandam nacli occasionem exercitum comparant, factoque in Thyrenos impetu finibus expellunt, campos ipsi deinceps tenent. Acciderunt hæc tempore Tarquinij Prisci V. Romanorum Regis, quo tempore, ita opibus, virisque floruit Gallia, vt Ambigato regi coloniarum deducendarum consilium capere necesse fuerit, cum multitudinem regere aliter posse diffideret

*Bello-voiso igitur, Sigo-voisoque; nepotibus sedes, quas Dij dedissent auguriis, abire iussis, huic Harcinios saltus, illi Italiam paullo latiore sortis ostendere, qui Biturigibus, Aruernis, Senonibus, AEduis, Ambartibus, Carnutibus, Autercis, & Heluetiis profectiois, & itineris auctoribus, & ducibus excitis, ingentibus, peditum, equitumque; copiis Taurino saltu, & inuis Alpibus transcensis, Tuscisque haud procul Ticino, fugatis, Insubrium agrum, Insubribus AEduorum pago cognominem, occupauit, Mediolanumque; sumto à Santonum Mediolano * nomine, & alias vrbes condidit. Hos secuti Cænomanni, Elitouio duce, qui Brixiam, Veronamque; posuerunt: tum Boij, Lingonesque, qui Pado traiecto, pulsique; hac etiam ex parte, Etruscis, vmbrique; ad Apenninum vsque castra promouerunt. Denique; iterum Senones, Brenno duce, qui Romam, Romanosque; ad internecionem propè exstinguere, marique; superato, Græciam vastauere, sedes in Asia alij, alij in Thracia, & Pannonia, plerique; alibi posuerunt, ob spoliatum, scilicet, Apollinis templum diris eius numinis agitati, vt est apud Athenæum, Pausaniam, Liuium, Appianum, Iustinum, Guidam, Clitophorum, Polybium, alios. Sed quæ præterea cū Romanis*

Celtica nomina quasi orbis peritii & victorie prudentem interpreteris.

Ita rectè correxit Luuium doctus Glareanus. Sunt enim fabula quæ de sue illa lanata feruntur.

Lib. V. Diogenes in Phocida Lib. V. annual. &c.

manis in Italia bella gesserint Galli in summam contulit idem Polybius, satisq; compertum est, Gallorum nomine nihil tetrius, nihil horribilius semper fuisse Romanis, exterisq; nationibus. Vnde Orosius quoq;: *Quotiescumq; inquit, Galli exarserunt contra Romanos, scilicet totis viribus suis ita Roma detrita est, ut sub presenti nunc concursione Gothorum, magis debeant meminisse Gallorum.* Atque hio-mnes Celtæ, siue Galli, non Germani, vt vult Lazius, ob-torto collo, & renitentibus historicis in suam sententiam traductis, an coactis. Quibus omnibus populis, & expedi-tionibus adfuisse Heluctios, tamquam Alpium vicinos, & earum peritissimos non leuis coniectura est. Quin Helue-tios fuisse, quos Gessatas Polybius vocat, pleriq; docti exi-stimant. Neque enim alij Gallorum iuxta Alpes, Rhe-numq; & Rhodanum habitât, quàm Heluetij, nec Insub-ribus, & Italiæ alij viciniore. Illam verò Gessatarû sedem fuisse clarum ex eodem scriptore, vbi de agro Piceno Se-nonibus Gallis adempto, & postea, lege agraria, referente C. Flaminio, cum consulatum gerent M. Lepidus, & M. Poplicius Malleolus, Romanis diuiso, verba facit. *Quæ res, agrorum diuisio, causa, inquit, exstitit, ut nouum statim bel-lum suscitatum fuerit. Namq; pleriq; ex Gallis præcipue Boij qui proximi Romanis erant, (inter Padum, & Apenninum ha-bitabant, vbi nunc Ducatus Ferrariensis, eodem Polybio teste, & Strabone) eam rem grauissimè indignabantur, ra-ti Romanos, non iam amplius de principatu, & gloria, sed de prada, & interitu suorum certaturos. Quapropter maxima il-la gentes Boiorum, & Insubrium inter se consentientes, confe-ssim ad eos Gallos mittunt, qui trans Alpes ad Rhodanum ha-bitant, & propterea, quod mercenariam militiam obeunt, Ges-sata vocantur. Nam id ea significat dictio. Paullò post, Galli*

In Pannonia

Lib. xiv. &

xxv. hist.

Lib. 1. rerum

Gallatar.

Lib. 4. hist.

IV. lib. 2.

hist. II.

Lib. VII.

Lib migra-

tionum.

Heluetii Ges-

sata Polybi.

A. V. C.

l. xxxi.

Lib. II.

Boiorum in

Italia sedes.

Eodem lib.

Lib. IV.

Geog.

Vulgo Giffell
vocat. Quam
vis credam
potius Gessata
à Gessis
lancea gene-
re dictos, quo
ritebantur:
aut quod se
omnes socios,
hoc est, Gess-
jil adpellarent.

Sicuti nunc
sepe Germani,
fratros nominant.
Gessatarum
fortitudo.

Volaterranus. Guicciardinus. Iovius. alii.
Gessatas Romanam occupasse ponteque Romanis restituere. Po-
lib. lib.
cod. II.

autem Gessata, coacto circa Rhodanum exercitu, cum ingenti
multitudine hominum, superatis tandem Alpibus, in campos
qui sunt iuxta Padum descenderunt. Alio loco, cum frustra
Galli, multis cladibus, attriti pacem Romanos postulassent,
his verbis, Gessatarum nova auxilia aduocasse scribit. Quam
obrem, desperata pace, quasi extremum periculum subituri, iterum
exercitum comparare, conductisque, triginta milibus Gessatarum,
quos cis Rhenum habitare supra memorauimus, omnes in
armis instructos, paratosque habere, Romanorum aduentum
praesolari. Ex quibus satis manifestum arbitror, id quod diximus,
Gessatas circa Rhodanum, Rhenumque, & Alpes habitasse, nec alios quam
Heluetios eadem loca habere, aut habuisse. De Gessatarum vero, praeter
ceteros Gallos, in praелиis fortitudine, & cultu idem pauca complectitur
Polybius Boij, inquit, & Insubres, eos requirebant, qui & sub-
ligaculis, & scutis securiores essent: Gessatae vero ob magnitudinem
animi, & incredibilem gloriae cupiditatem, huiusmodi abiectis,
nudi tantum cum armis, ante omnes stabant, rati per eum modum
aptiores sese, & magis expeditos ad bellum fore. Quae ea arma fuerint,
declarat, longos, scilicet, & graues enses, obtusa cuspide. Sane
Heluetios ad patrum usque memoriam nudos propere pugnasse,
sola casside contentos, aut summum lorica, ferreis fibulis contexta,
non nostri solum scriptores, sed exteri* prodidere. Gladiis vero illis
grauibus, & magnis etiamnum utuntur. Eosdem Gessatas fuisse
qui Romam occuparint, Romanos ceciderint, ex ea oratione, quam
legati eorundem Boiorum, & Insubrium apud Gessatarum duces
Congolitanum, & Arnefum habuerunt, colligi potest, cum eos ad
bellum contra Romanos incitarent res gestas, inquit, maiorum
suorum in memoriam reuocant. Eos non solum fuisse praelio olim
Romanos, ve-

rum

rùm etiam post prælium, incredibili celeritate, urbem Romam cœpisse. Dehinc, rebus omnibus, quibus ea urbs refertissima erat, potitos, cum in ea, mensibus septem imperassent, spontè restituito Romanis imperio, integris omnibus fortunis suis, in patriam feliciter reuertisse. Et hæc sunt paullò veriora, quàm ea quæ tradidère latini auctores, qui nobis nescio quem Camillum, tamquam Deum ex machina, ab exilio reuocant, cuius ductu, & virtute Galli Roma, Italiaq; pulsati sint. Concludit narrationem de bello Gallico Polybius. Hic, inquit, tandem belli Gallici finis fuit, quo nullum vsquam in hunc diem, vel obstinatione animorum, vel militum audacia, vel atrocitate præliorum, vel multitudine interfectorum, vel numero copiarum maius, aut audiuius, aut legimus. Sed hæc de bellis cum Romanis, & Gestatis.

Germaniam versus, siue cum Sigoueso siue suapte potentia, & armorum firmitudine, quantum valuerint Heluetij, testis est Tacitus qui Heluetiorum terminos ad Mœnum vsque protulit. Inter Harcyniam siluam, inquit, Rhenumq; & Mœnum amnes Heluctij, vltiora Boij, vtraq; Gallica gens tenuere. Quæ regio desita, post Gallicam expeditionem. Eremus Heluetiorum tamen nomen tenuit Ptolemæo teste. Ac fuit antea tempus, inquit Cæsar Iulius, cum Germanos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrig; inopiã trans Rhenum colonias mitterent. Quamtulum enim amnis obstabat, addit appositè Tacitus, quo minus ut quæq; gens euoluera, occuparet, permutareiq; sedes, promiscuas adhuc, & nulla regnorum potentia diuisas? Strabo cum Heluetiorum tres gentes essent, duas præliis, bellisq; periisse memoriæ mandauit. Certè ad sidua cum Germanis bella gessisse, atque inde præcipuã inter Gallos militiæ laudem sibi com-

Eodem lib.

Heluetiorum
contra Ger-
maniam
gesta.
Libello de
morib. Ger.

Ptol. lib. I V
Com. VI.

Eodem li-
bello de mo-
ribus Germ
Lib. IV.
Geog.

A. V. C.
l^o cxlii.Lib IV.
Lib. VII.Heluetiorum
bellum cum
Cassio R.
Cof.
A. V. C.
l^o c. xlvi.
Epitome
L x v.

Lib. V. c. xv

parasse auctor sæpius memoratus Cæsar. *Qua de causa, inquit, Heluetij quoq̃, reliquos Gallos virtute præcedunt, quòd fere, quotidianis prælijs, cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.* Duravit ea annorum, & nominis gloria ad Cimbrorum in Galliam aduentum, quos cum viderent opibus per latrocinia comparatis florentiores, se & ipsi in prædationibus dedidèrunt. Strabo. *Heluetios aiunt, quamquam essent auri diuites, tamen latrocinis se dedisse, cum viderent Cimbrorum opes.* Alio loco apertius. *Idem, Possidonius, perhibet Boios quondam Hercyniam Siluam incoluisse, ac Cimbròs, cum ad ea loca se contulissent, ab ijs repulso, ad Istrum, & Scordiscos Gallos descendisse, inde ad Teuristas, & Tauriscos, ipsos quoq̃, Gallos, tum ad Heluetios, auri diuites, ceterum pacatos. Hos cum viderent suis maiores opes latrocinij Cimbrorum partas, maximè Tigurinos, & Tuginos animum ad prædas adiecisse, ac Cimbris Italiam petentibus socios se adiunxisse.* Ita Strabo ex Possidonio. Discessione igitur facta ex Ciuitate Heluetiorum, cum Cimbròs per Galliam, Hispaniamque longè, & latè vagarentur, Tigurini, & Tugini rectà qua in Italiam iter est, copias duxerunt, Cassiumque consulem in Allobrogum finibus, cum suis prælio interfecerunt. *Liuius. Lucius Cassius, inquit, consul à Tigurinjs Gallis pago Heluetiorum, qui à Ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu casus est, Milites qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur cum hostibus pacti sunt.* Distinctius eadem Paullus Orosius. *ijdem, inquit, belli Iugurthinij temporibus L. Cassius consul in Gallia Tigurinos usq̃, ad Oceanum persecutus, rursusq̃, ab eisdem insidijs circumuentus, occisus est. L. quoq̃, Piso vir consularis legatus Cassij con-*

salis interfectus. 2 Publius alter legatus ne residua exercitus portio deleteretur, obsides, & dimidiam rerum omnium partem Tigurinis, turpissimo fœdere, dedit. Iul. Cæsar eadem de clade. Cæsar, inquit, quod memoria tenebat L. Cassium Cos. occisum, exercitumq; ab Heluetijs pulsum, & sub iugum missum, concedendum non putabat. Et postea de Tigurinis cæsis. Hic pagus vnus cum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. Item, quain re Cæsar non solum publicas sed etiam priuatas iniurias vltius est, quod eius Soceri L. Pisonis auum L. Pisonem legatum Tigurini, eodem pralio, quo Cassium, interfecerant. Ex his, opinor, satis apertum est Heluctios solos, nō Cim-bros, L. Cassum cecidisse, eius q; exercitum subiugasse, vt frustra sit Cornel. Tacitus qui Cassium à Cimbris profligatum scribit, post Carbonem, ante Seaurum, cum id potius de Silano intelligendum sit, vt, suo loco, ostendemus. Atq; hæc ferè sunt quæ de Heluetiorū gestis, quantum antiquorum memoria suppeditat, peruestigare potui, ad Iulium vsque Cæsarem.

Comm. I.

Libello de
Germania.*Bellum Heluetium cum Iulio Cæsare.*

C A P. V I I.



Vies inde per annos quadraginta Heluctios habuerat. Tot enim sunt à V. Marij consulatione, quo Cimbri in Italia victi, & Heluctij in patriam redierunt, ad M. Val. Messalā, & M. Pub. Pisonem Coss. quo anno, Heluetiorum noua coniuratio facta, & de capeffendis Galliis consilia inita, Orgetorigis apud populares opulentia, & nobilitate clarissimi præcipuè suafu, & auctoritate. Sed tota hac de re quæ po-

A. V. C.
ls ciii. i
A. V. C.
ls cxvii.

Commen-
tariorum
Cæs. inte-
gritas
Comment.
I. belli Gall.
Coniuratio
Heluetiorum
Ita legen-
dum, doctis-
simis viris
adsentior.

tiùs exaudiemus quàm Cæsarem ipsum, Heluetiorū glo-
riæ, & fortitudinis prædicatorem non minorem, quàm
gloriosum victorē, cuius, vt de hoc bello, ita de aliis, quæ
in Gallia gessit, scripta, & commentarij, eo maioris sunt fi-
dei, & integritatis, quo neq; inuidi, & æmuli, quibus sem-
per abundauit Cæsar, quæ carperent, aut damnarent, re-
perire potuerunt. Ille igitur ita disserit. *Apud Heluetios lon-
gè nobilissimus, & ditissimus fuit Orgetorich. Is M. Messala, &
M. Pisone Coss. regni cupiditate inductus, coniurationem nobi-
litaris fecit, & ciuitati persuasit, vt de finibus suis, cum omni-
bus copiis exirent, per facile esse, cum virtute omnibus præsta-
rent, totius Gallie imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit,
quod vndiq; loci natura Heluetij continentur, vna ex parte
flumine Rheno, latissimo, atq; altissimo, qui agrum Heluetium
à Germanis diuidit: altera ex parte monte Iura altissimo, qui
est inter Sequanos, & Heluetios: tertia lacu Lemanno, & flu-
mine Rhodano, qui Prouinciam nostram ab Heluetiis diuidit,
His rebus fiebat, vt & minus latè vagarentur, & minus facile
finitimis bellum inferre possent, qua de caussa, homines bellan-
di cupidi, magno dolore adsiciebantur, pro multitudine autem
hominum, & pro gloria belli, atq; fortitudine angustos se fines
habere arbitrabantur. ** His rebus adducti, & auctoritate
Orgetorigis permoti, constituerunt ea qua ad proficiendum
pertinent comparare, iumentorum, & carrorum quàm maxi-
mum numerum coemere, sementes quàm maximas facere, vt
in itinere frumenti copia suppeteret, cum proximis ciuitatibus
pacem, & amicitiam confirmare. Ad eas res consiciendas bien-
nium sibi satis esse duxerunt: in tertium annum profectionem
lege confirmant, ad eas res consiciendas Orgetorich deligitur.
Is sibi legationem ad Ciuitates suscepit. In eo itinere persuadet
Castigo Catamantaledis filio Sequano, cuius pater regnum in
Sequa-*

Orgetorigis
acta, & con-
silia.

Sequanis multos annos obtinuerat, & à S. P. Q. R. amicus appellatus erat, ut regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat. Itemq; Dumnorigi AEduo fratri Diuitiaci, qui eo tempore, principatum in ciuitate sua obtinebat, ac maximè plebi acceptus erat, ut idem, conaretur, persuadet, eiq; filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu esse, illis probat, conata perficere, propterea quòd ipse suæ ciuitatis imperium obtenturus esset. Non esse dubium quin totius Gallie plurimum Heluetij possent, se, suis copiis, suog; exercitu, illis regna conciliaturum confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem, & iusurandum dant, & regno occupato, per tres potentissimos, ac firmissimos populos totius Gallie sese potiri posse sperant. Postea, cum Orgetorici necem, causamq; mortis narrasset. Post eius mortem, inquit, nihilominus Heluetij, id quod constituerant, facere conantur, ut è finibus suis exeant. Vbi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, opida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua priuata adificia, incendunt, frumentum omne præter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Trium mensium molita cibaria sibi quemq; domo efferre iubent, Persuadent Rauracis, Basiliensibus, Rhinfeldensibus, vicinis, & Tulingis, Stuolingensibus, & Lacobrigis Klætgeueris, sintimis ut eodem vsi consilio, opidis suis, vicisq; exustis, vnà cum ijs proficiscerentur. Boiosq; qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transierant, Noricamq; oppugnant receptos ad se, socios sibi adsciscunt. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus, domo exire possent* vnum per Sequanos angustum & difficile, quo vix singuli* carri ducerentur, Mons autem altissimus impendebat, ut facile per pauci prohibere* possent. Alterum per provinciam nostram multò facilis, atq; expedi-

Heluetii totius Gallie potentissimi.

Heluetii arbituri opida sua incendunt.

Eius incendi causa. Eorum bellis facti.

Profecturi in Galliam, & Santones proximo queq; itinere. Nā aliàs plures viae itinera qua ex Heluetia in Italiã Germaniam, Raura. ducunt.

Hodie, quo-
que non sicut
expeditum
versus Pon-
tem Aurelia-
num, Pon-
tariuum.
*

In hunc r-
sum arx con-
tra Heluetios
prope pagum
S. Crucis,
qui supra
montem iure
situm, stetit,
Burgundico
bello incensa,
& nunc quo-
que altera,
arx Iura aut
claustrum
validum ex
Heluetia in
Burgundia
Comitatum
seu Sequanos
rendentibus
Ferunt &
Iuniam ar-
cem, & opi-
dum Helue-
tius quandoq;
continentis
in eodem
montelura à
Cæsarea cõ-
ditam, vulgo
loigne.
*

Non admo-
dum nuper.
Nam anni

tus propterea quòd inter fines Heluetiorum, & Allobrogũ, qui
* nuper populo R. pacati erant Rhodanus fluit, isque nonnullis
locis vado transitur. Extremum opidum Allobrogum est, proxi-
mumq;. Heluetiorũ finibus Geneua, ex eo opido pons ad Helue-
tios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quòd nondum
bono animo in populum R. viderentur, existimabant, vel vi-
coacturos, vt per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus
ad profectiõnem comparatis diem dicunt, qua die ad ripã Rho-
dani omnes conueniant. Is dies erat. A. D. V. Kal. Aprilis L. Pi-
sone, A. Gabinio coss. Anno superiore C. Iulius Cæsar Galliã
Cisalpinam, cum Illyrio, lege Vatinia, mox etiam Comas-
tam per Senatum acceperat, veritis, patribus, ne, si ipsi
negassent, populus & hanc daret, auctore, Suetonio. Is
auditis quæ apud Heluetios agitabantur quàm maximis
itineribus ab vrbe in Galliam vltiorem, & ad Gene-
uam peruenit, pontem rescidit, militem collegit, alia,
quæ ad prohibendos eos facerent, parauit. Heluetii lega-
tos ad eum mittunt, transitũ per prouinciam rogant,
à maleficio temperaturos promittunt. Cæsar quia nec-
dum ad resistendum, si vim molirentur, satis paratus
erat, deliberationis nomine tempus capit, diem quo re-
uertantur ponit. Interea murum, fossamque à Lemanno
ad Iurassium perducit, turre, castella statuit. Sed ipsum
eadem differentem audiamus disertim, vt omnia, & plu-
ribus. Cæsar cum id nunciatum esset eos per Prouinciam no-
stram iter facere conari, maturat ab Vrbe proficisci, & quàm
maximis itineribus potest, in Galliam vltiorem contendit,
& ad Geneuam peruenit. Prouincia toti quàm maximum
potest militum numerum imperat. Erat omninò in Gallia
vltiore legio vna. Pontem qui erat ad Geneuam iubet
rescindi. Vbi de eius aduentu Heluetij certiores facti sunt

lega-

legatos ad eum mittunt nobilissimos Ciuitatis, cuius legationis Numecius, & Verodoctus principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo, sine ullo maleficio, iter per Prouinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum, rogare, ut eius voluntate, id sibi facere liceat. Caesar quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum, exercitumq; eius ab Heluetiis pulsum, & sub iugum missum, concedendum non putabat: neque homines, inimico animo, data facultate, per Prouinciam iueneris faciundi, temperaturos ab iniuria, & maleficio existimabat, tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites quos imperarat, conuenirent, legatis respondit, diem se ad deliberandum sumiturum, si quid vellent ad Idus Aprilis reuenterentur. Interea ea legione quam secum habebat, militibusq; qui ex Prouincia conuenerant, à lacu lemanno quem flumen* Rhodanum influit ad montem Iuram, qui fines Sequanorū ab Heluetiis diuidit millia passuum decem, & nouem murum in altitudinem pedum sedecim, fossamq; perducit. Eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quò facilius si se inuito, transire conarentur, prohiberi possent. Dio ista paucioribus, sed ad Cæsaris consilia clarius, Caesar. ponte rescisso, alia etiam qua ad transitu eos prohibendos facerent, parabat. Ad eum Heluetii legatos mittunt, rogantes, ut sibi, eius voluntate, liceret transire, promittentes se sine ullo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quamquam ipsis minimè fidem haberet Caesar, neq; concessurus erat, ut aliquò progredierentur, tamen quia nondum satis paratus erat, deliberaturum se, cum suis legatis, de eorum postulatis respondit, diemq; ipsis constituit, qua responsū acciperent nonnullā quoq; eis spem obtinendi transitus ostendit. Interea opportunissima quæq; loca, fossis ductis, murisq; communit, ut iter ipsis obstrueret. Pergit Cæsar. Vbi ea dies quā constituerat cū legatis,

iam LXIII
quo Q. Maximus qui ex victoria Allobrogibus eam Gentem debellarat, eosdem ante annos XX. C. Marius ab impetu Cimbrorum defenderat Sed hæc credo, intelligenda de coniuratione Catilline, ad quam Allobroges inuitati, pacem, & amicitiam anteposuerant.
A. V. C.
l. cxxxii.
A. V. C.
l. cli.
A. V. C.
l. cxcv.
ante Christum natum.
LVII.
Cap. xxii.
Cæsaris apparamenta contra Heluetios.
Heluetii ad Cæsarem mittunt petendi transitus causa per Allobroges & Prouinciam.

Cesar iter
Heluetiis
negavit per
prouinciam.

Aliam viam
per Sequanos
aggressun-
tur.

Nomen ad-
huc retinent
Sainctes.

Vocontis po-
puli Delphi-
natus, qui in
Episcopatu
Diensi, &
Vasconens.

venit, & legati ad eum reuerterunt, negat se more, & exemplo
populi R. posse iter ulli per prouinciam dare, & si vim facere
coentur, prohibitorum ostendit. Heluctij, caspe deiecti, nau-
bus iunctis, ratibusq; compluribus factis, alij, vadis Rhodani,
qua minima fluminis altitudo erat, nonnumquam interdiu,
sepius noctu, si perrumpere possent, conati, operis munitione, &
militum concursu, & telis repulsi, hoc conatu destiterunt. Re-
linquebatur vna per Sequanos via, qua, Sequanis inuicis, pro-
pter angustias ire non poterant. His cum sua sponte persuadere
non possent, legatos ad Dumnorigem AEduum mittunt, ut, eo
deprecatore, a Sequanis hoc impetrarent. Dumnorich gratia, &
largitione apud Sequanos plurimum poterat, & Heluetiis erat
amicus, quod ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium
duxerat, & cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat,
& quamplurimas ciuitates suo sibi beneficio habere obstrictas
volebat, Itaq; rem suscepit, & a Sequanis impetrat, ut per fines
suos Heluetios ire patiantur, obsidesq; vii inter sese dcent, per-
ficit; Sequani ne itinere Heluetios prohibeant: Heluetij ut sine
maleficio, & iniuria transeant. Cesari nunciatur Heluetiis esse
in animo per agrum Sequanorum, & AEduorum iter in San-
tonum * fines facere, qui non longè à Tolosatium finibus ab-
sunt, qua Ciuitas est in Prouincia. Id si fieret, intelligebat ma-
gno cum prouinciae periculo futurum, ut homines bellicosos
Populi R. inimicos, locis patentibus, maximeq; frumentariis
finitimos haberet. Ob eas res ei munitioni, quam fecerat T.
Labienum legatum praefecit. Ipse in Italiam magnis itineribus
contendit, duasq; ibi legiones, conscribit, & tres qua circum A-
quileciam hiemabant, ex hibernis educit, & qua proximè erat
iter, per Alpes in vltiorem Galliam, cum his quinq; legioni-
bus ire contendit. *** ab Ocello quod est, citerioris prouincia
extremum in fines * Vocontiorum vltioris prouincia die sep-

timo peruenit. Inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Sebusianos * exercitiū ducit. Hi sunt extra Prouinciā trans Rhodanum primi. Heluetij iam per angustias, & fines Sequanorum suas copias transduxerant, & in AEduorum fines peruenērāt, eorumq; agros populabantur. AEdui cū se, suaq; ab his defendere non possent, legatum ad Casarem mittunt rogatum auxilium, Ita se omni tempore de Populo R. meritos esse, ut pānē in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in seruitutem abduci, opida expugnari non debuerint. Eodem tempore quo AEdui, * Ambarri quoq; necessarii, & consanguinei AEduorum Casarem certiozem faciunt sese, deploratis agris, non facile ab opidis vim hostium prohibere: Item Allobroges qui trans Rhodanum vicos, possessionesq; habebant, fuga se ad Casarem recipiunt, & demonstrant sibi prater agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Casar non expectandum sibi constituit, dum, omnibus fortunis sociorum consumptis, in Santones Heluetij peruenirent, Dio Sequanos quoq; legatos misisse qui conquerentur de Heluetiis tradidit, ex quo alia quoq; secreta habe. Barbari, inquit, cū ad tempus expectassent, postquam nihil horum, de quibus conuenerat praestari sibi audiunt, iter ingressi, primum per Allobroges, cō quō instituerant, contenderunt; post, cū ad munitiones peruenēre, in Sequanos conuersi sunt, per eos, & AEduos iter facientes, transitum ipsis, quōd se ab omni malesicio temperaturos pollicerentur, haud grauatim concedētib; verūm, cū pactis non starent, sed eorum regionem popularentur; Sequani, & AEdui legatos ad Casarem mittunt, rogatum auxilium; petuntq;, ne in conspectu eius sibi pereundum sit, Et quamuis eorum * oratio cum re ipsa parum conueniret, tamen id quōd petebant impetraverunt. Casar enim veritus ne ad Tolosam Heluetij proficiscerentur, statuit potius iunctis sibi Sequanis, &

Bressa nunc vocatur, & Bressians.

AEduorum contra Heluetios ad Casarem oratio. Quamuis si perpendas parum probabilis, ut postea patebit, utemq; aliorum querela. Sunt quo Borboniensis, alii Niuernenses, & Berri hodie Francie Regio, Ego eam regionem crediderim que vocatur, pays & d'Ombers. Eodem lib.

Ex his intelligas Heluetios falso accusatos, & Casarem bellum captasse.

Ita scriben-
dum Celtice
Ar-arflu-
nis nomen ab
ea lenitate
& pigritia,
Saonā nunc
vocant, Am-
mianus Sau-
gonam ab il-
lis nobili mar-
tyrum Chri-
stianorum ad
istud flumen
caede.
Tigurinorum
Stages.
Ex inopina-
to.
In Casare.

Ante annos
xlix. vetera-
nis miles.
Legatorum
Heluetiorum
ad Casarem
oratio post
cladem Tigu-
rinorum.

AEduis, eis resistere, quā si cum Heluetiis hi conspirassent, quod
haud dubiè futurum erat, bellum aduersus omnes simul susci-
pere. Ita Dio. nos iam cum Casare ad bellum tendamus.
Flumen, inquit est Ar ar, quod per fines AEduorum & Sa-
quanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut o-
culis in utram partem fluat indicari non possit. Id Heluetij tra-
tibus, & vtribus iunctis transibant. Vbi per exploratores Ca-
sar certior factus est, tres iam copiarum partes Heluetios id flu-
men transduxisse; quartam verò partem circa flumen Ararim
reliquam esse, de tertia vigilia, cum legionibus tribus, de castris
profectus ad eam partem peruenit, qua nondum flumen
transerat, eos impeditos, & inopinatos, aggressus, mag-
nam partem eorum concidit, reliqui se fugam mandarunt, atq;
in proximas silvas abdiderunt. Is pagus adpellatur Tigu-
rinus. Haec tunc Casar, & in hunc modum aliter Plutarchus
de Tigurinis, & hac strage. Horum, inquit, Tigurinos, non
ipso, sed legatus eius Labienus ad Ararim annè oppressit. Cui
credemus? Sanè Casari, utpotè qui eodem tempore in
Sebusianis, Arari, propinquior esset, Labienum apud Ge-
neuam reliquisset. Narrationem prosequitur Casar. Hoc
prelio facto reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset,
partem in Arare faciendum curat, atq; ita exercitum transdu-
cit. Heluetij repentino eius aduentu commoti, cum id quod ipso
diebus xxx. agerrimè confecerant, ut flumen transirent; illum
vno die seisse intelligerent, legatos ad eum mittunt. Cuius le-
gationis Diuico princeps fuit, bello* Castiano dux Heluetiorum
fuerat. Is ita cum Casare egit. Si pacem Populus R. cum Helue-
tiis faceret, in eam partem iuros, atq; ibi futuros Heluetios, ubi
eos Casar constuisset, atq; esse voluisset, sin bello persequi per-
seueraret, reminisceretur & veteris incomodi Populi R. & pri-
stina virtutu Heluetiorū. Quod improuiso vnum pagū adorius
esset,

esset, cum ij qui flumen transissent suis auxiliū ferre nō possent, ne ob eam rem, aut sua magnoperē virtuti tribueret, aut ipsos despiceret. Se ita à patribus, maioribusq; suis didicisse, ut magis virtute, quàm dolo contenderent. Quare ne committeret, ut, is locus ubi conuissent, ex calamitate Populi R. & internicione exercitus, *nomen caperet, aut memoriā proderet.** His cum Cæsar ea quæ ad rē pertinere videbantur respondisset, pacemq; se cum iis facturū dixisset, si obsides sibi ab eis darētur, uti ea quæ polliceantur facturos intelligat, si AEduis de iniuriis, quas ipsis, sociisq; eorum intulissent, item si Allobrogibus satisfaciant. *** Diuico respondit. Ita Heluetios à maioribus suis institutos esse, ut obsides accipere, non dare consueuerint, eius rei Populū R. esse testem. Hoc responso dato discessit. Dio scripsit Heluetios non tam ægrè tulisse imperatos obsides, quàm dictorum fidem sibi non haberi. Heluetios, inquit, transcentes Ararim flumen, ad ortus nouissimos, in ipso fluminis transitu, concidit, qui verò progressi iam erant, eos repentina, & celerrima insecutione, cladeq; suorum ita exterruit, ut cum Casare agere de regione aliqua, quam ipsis adsignaret, cuperent. Id tamen frustra, fuit. Cum enim obsides ab eis peterentur indignati, non tam, quod obsides, dare se indignum existimarent; quàm quod fides sibi non haberetur, pactionum nullam posthac rationem habuerunt. Pergit Cæsar. Postero die castra ex eo loco mouent. Idem Cæsar facit, equitatumq; omnem ad numerum quatuor millium, quem ex omni prouincia, & AEduis, atq; eorum Sociis coactum habebat, præmittit, qui videant, quas in partes hostes interficiant, qui cupidius nouissimum agmen insecuti, alieno loco, cum equitatu Heluetiorum prælium committunt, & pauci de nostris cadunt. Quo prælio sublato Heluetii quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum

Arguit insidias, & fraude non virtute, & fortitudine circumuentos Tigurinos. Ut ante bello Cassiano, apud Allobroges.

Heluetiorum animi magnitudo.

Cæsaris equitatus ab Heluetiis prælio victus.

pepulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex nouissimo agmine, praelio nostros laceffere ceperunt. Caesar suos & praelio continebat, ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, populationibusq; prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter nouissimum hostium agmē, & nostrum primum, non amplius quinis, aut senis millibus passuum interesset.*** Postea ab exploratoribus certior factus, hostes sub montem consedisse, millia passuum ab ipsis castris octo, qualis esset natura montis, & qualis in circuitu adscensus qui cognoscerent, misit, Renunciatum est, facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum legatum properē cum duabus legionibus, & iisdem ducibus, qui iter cognouerant, summum iugum montis ascendere iubet, quid sui consilij sit, ostendit. Ipse de quarta vigilia, eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatumq; omnem ante mittit *** suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. Labienus, ut erat ei praeceptum à Caesare, ne praelium committeret, nisi ipsius copia prope hostium castra visa essent, ut undiq; uno tempore, in hostes impetus fieret, monte occupato, nostros expectabat, praelioq; abstinebat.*** Postridie rei frumentariae prospecturus. Caetera iter ab Heluetijs auerit ac Bibracte* ire contendit. Ea res per fugitios L. A. Emilij decurionis equitum Gallorum, hostibus renunciatur. Helucij, seu, quod timore perterritos Romanos discedere à se existimarent, eo magis, quod pridie, superioribus locis occupatis, praelium non commisissent: siue eo quod re frumentaria intercludi posse considerent, commutato consilio, atq; itinere conuerso, nostros à nouissimo agmine insequi, ac laceffere ceperunt. Postquam id animaduertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit, equitatumq; qui distineret hostium impetum misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit, legionum quatuor veteranorum, ita, uti supra se in summo

Tunc Aediorum caput.
 Postea ab Augusto ..
 Augustodunum, nunc ab eo nomine Augustum.

Praelium Caesaris cum Heluetijs.

iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proximè conscripserat, & omnia auxilia collocarit, ac totum montem hominibus complevit. Interea sarcinas in unum locum conferrit, & eū ab iis, qui in superiori acie constiterant, muniri iussit. Heluetij cum omnibus suis carris, secuti, impedimenta in unum locum contulerunt. Ipsi confertissima acie, reiecto nostro equitatu, phalange* facta, sub primam nostram aciem successerunt. Caesar primum suo, deinde omnium è conspectu remotis equis, ut, aequato omnium periculo, spem fugæ tolleret, cohortatus suos, praliū commisit; Milites, è loco superiore, pilis missis, facile hostium* phalangem perfrugerunt: ea disiecta, gladiis districtis, in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quòd pralongis eorum scutis, vno ictu, pilorum transfixis, & colligatis, cum ferrum se infixisset, neq; euellere, neq; sinistra impedita, satis commodè pugnare poterant, multi, ut, diu iactato brachio, præoptarent, scutum manu emittere, & nudo corpore pugnare. Tandem vulneribus defessi, & pedem referre, & quòd mons suberat, circiter octo passuum millibus, eò se recipere ceperunt. Capto monte, & succedentibus nostris, Boij, & Tulingi, qui hominū millibus circiter xv. agmen hostiū clauderant, & nouissimis præsidio erant, ex itinere nostros, latere aperto, aggressi circumvenire. Conspicati Heluetij qui in montem se receperant, rursus instare, & praliū redintegrare ceperunt. Romani conuersa signa tripartito intulerant, prima, ac secunda acies ut victis, ac submotis resisteret, tertia ut venientes sustineret. Ita ancipiti pralio, diu, ac acriter pugnatum est. Diutius cum nostrorum impetum sustinere non possent, alteri se, ut ceperant, in montē receperunt, alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt. Nam, hoc toto pralio, cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, aduersum hostem videre nemo potuit, ad multam noctem etiam ad impedimenta

Inuictam. ac prope impenetrabilem Heluetiorum phalangem, Germani & rebelles Galli, superioribus annis in Gallia non semel experti sunt. Anno 1562. & sequen.

Heluetii se recipiunt. Pralium octo ad minimum, horarum diei.

Pro castris &
impedimētis
acriter pu-
gnant

Ita scribo.
sunt autē ma-
sare gladiis
oblōgi ex ro-
tundo acumi-
nati ad per-
forandas lori-
cas idonei. e-
arum memi-
nit & Livi-
us lib. 7.

Eadem
impedimēta,
& castra a-
mittunt

deditionem
demum faci-
unt, comme-
atum ino-
pia adducti.

pugnatum est, propterea quod pro vallo, carros obiecerant, & e loco superiore, in nostros venientes tela conijciebant, & nonnulli inter carros, rotasq; * mataras, ac tragulas, subijciebant, nostrosq; vulnerabant. Plutar. non solum à feminis, sed etiam à pueris, pro vallo illo, aut carragine pugnatū tradit. Postquam, inquit, pepulit longinqua, & acri pugna armatos, plurimū laboris habuit ad plaustra, & vallū, ubi nō viri modō, eū substititēre, praliatq; sunt, sed & pueri, feminaq; vsq; ad mortē defendentes se concisē sunt. Addit Cæsar. Diu cum esset pugnatum, impedimentis, castrisq; nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia, atq; vnus è filiis captus est. Ex eo pralio circiter milia hominum CXXX superfuerūt, eaq; tota nocte cōtinenter ierūt, in nullam partem noctis itinere intermisso, in fines Lingonū die IV peruenerunt, cum & propter vulnera militū & propter sepulturam occisorū nostri triduū cōmorati eos sequi non possent. Cæsar ad Lingones literas, nunciosq; misit, ne eos frumento, neue alia re inuarent, qui si inuisset se, eodē loco, illos, quo Heluetios habiturum. Ipse triduo intermisso, cū omnibus copiis, eos sequi cepit. Heluetij omnīū rerum inopia adducti, legatos ad eū de deditione miserunt, qui cum eum in itinere cōuenissent seq; ad pedes proiecissent, suppliciterq; locuti, flentes pacem petissent, atq; eos, in eo loco, quo tūm essent suū aduentū expectare iussisset, paruerunt. Eō postquam Cæsar peruenit obsides, arma, seruos qui ad eos perfugisset, poposcit. Dum ea conquiruntur & cōferuntur nocte intermissa, circiter milia hominū VI eius pagi, qui Verbigenus appellatur, siue timore perterriti, ne armis traditis, supplicio adficerentur, siue spe salutis inducti, quod in tanta multitudine deditorum, suam fugam, aut occultari, aut omninō ignorari posse existimarent, prima nocte ex castris Heluetiorum egressi, ad Rhenum, finesq; Germanorum contendunt. Quod ubi Cæsar resciauit, quorum per fines

ierant

ierāt, his uti conquirerent, & reducerēt, si sibi purgati esse vel-
lent, imperauit. Reductos in hostium numero* habuit, reliquos
omnes obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditiōe accepit.
Heluetios, Tulingos, Lacobrigos in fines suos, vnde erāt profe-
cti, reuerti iussit, & quod omnibus frugibus amissis, domi nihil
erat, quo famē tolerarent, Allobrogibus imperauit, ut his fru-
menti copiam facerent, Ipsos opida, vicosq; quos incenderant,
restituere iussit. Id ea maximē ratione fecit, quod noluit eū lo-
cū, vnde Heluetij disceserant, vacare, ne propter bonitatem a-
grorū Germani, qui trans Rhenū incolunt, è suis finibus, in Hel-
uetiorum fines transirent, & finitimi Gallia prouinciae, Allo-
brogibusq; essent. Boios petētibus Aeduis, quod egregia virtute
erant cogniti, ut in finibus suis collocarēt, permisit, quibus illi
agros dederunt, eosq; postea in parem iuris, liberi atiq; conditi-
onē, atq; ipsi erāt, acceperūt. In castris Heluetiorum tabulae re-
perta sunt literis Graecis confecta, & ad Caesarem perlatae, quibus
in tabulis nominatim ratio cōfecta erat, qui numerus do-
mo exisset, eorū qui arma ferre possent, & itē separatim pueri,
senes, mulieresq;, quarum omnium rerū summa erat capitum
Heluetiorum CCLXIII. Muro Tulingorū XXXVI. Lacobrigos-
rum XIV. Rauracorum XXIII. Boiorum XXXII. Ex his
qui arma ferre possent, ad millia XCII. Summa omnium
fuerant ad millia CCCLXIX. Eorum qui domum re-
dierunt, censu habito, ut Caesar imperauerat, reper-
tus est numerus millium C. & X. Haecenus Caesar.

Aegidius Schudi Glaronensis, ut generis nobilitate
ita prisca fide, & pietate, tum antiquitatis peritia olim
praestantissimus, eorum qui domum redierunt numerum
ita, deductis Boiis, concludit. Heluetiorum 86500. Tulin-
gorum 11500. Lacobrigorū 4600. Rauracorū 7400. At-
que hic Finis fuit belli Heluetij, adparatu magno &

Hoc est in-
terfecit, mi-
tiore locuti-
one crudeli-
tatem suam
temperans.
Rauracorum
non hic me-
minit. An om-
nes infecti,
an librario-
rum potius
incuria omis-
sit Helue-
tium in fines
suos remissi.
& opida su-
a restituere
iussit. Cas-
sa remissionis
Boii soli in
Gallia locati
Graecis literis:
non Graec.
Summa eorū
qui Heluetia
exierant, &
vicinia.
Numerus e-
orum qui do-
mum redie-
runt.

Letitia ex
clade Helu-
etiorum per
Galliam.

Bello Cim-
brico factis.
Statu Hel-
netie ante
hanc expedi-
tionem flo-
rentissimus.

glorioso, exitu haud perinde felici. Quanta autem lætitia hanc Cæsaris victoriam acceperint reliquæ Galliarū Ciuitates, aut accipere simularint persequitur, his verbis, Cæsar. *Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Gallie legati principes ciuitatum ad Cæsarem gratulatum conuenerunt, intelligere sese, tametsi, pro veteribus* Heluetiorum iniuriis, Populus R. ab eis pœnas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terræ Gallie, quæ Populi R. accidisse, propterea quòd eo consilio, florentissimis rebus, domos suas Heluetiij reliquissent ut toti Gallie bellum inferrent, imperioq; potirentur, locumq; domicilio, ex magna copia, deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum, ac fructuosissimum iudicassent, reliquasq; Ciuitates stipendiarias haberent.* At verò quanti hæc Heluetiorum clades ipsis omnibus constiterit Gallis, Gallia postea vniuersæ expertæ sunt, quum victis semel, & debellatis, qui Gallia principatum obtinebant Heluetiis nullo propè negotio in victoris potestatem omnes ceteræ ciuitates sunt redactæ, neque agris solùm, sed legibus, & libertate penitus exspoliata, vt aliquantò præstabilius fuerit Heluetiis Gallis reliquas Gallia Ciuitates tributarias esse, quàm Romanis, & Italis cum ignominia, & dedecore in perpetuum seruire.

De Heluetiorum cum Romanis fœdere, statuq; & conditione fœderatorum, & sociorum

Populi R.

C A P. V I I I.

Provinciæ R.
aliæ vecti-
gales, aliæ
immunes, &
liberæ.
Lib. 3. hist.



Regionum, nationumq; quæ orbe Romano continebantur aliæ vectigales, & seruitute adfectæ erant: aliæ immunes, & liberæ, aut libertate donatæ. Vectigales Plinius, & alij recensue-

censuerunt. Eæ tributa, & vectigalia pependerunt, magi-
 stratuiq; Romano paruerunt, diuerso plerumq; modo, &
 ratione. Immunes, & liberæ nihil omninò debuerunt, sed
 suæ reipublicæ dignitatem retinuerunt, maiestatem solùm
 Romani nominis, & imperij, venerati. Tertium quoddam
 genus fecerunt fœderatæ, & sociæ, quæ cetera quidem li-
 beræ, & suis legibus, & institutis agebant, ceterum ex fœ-
 dere, & societate Romano P. obligabantur non secus, ac
 Reges, ac Principes, qui Helueticorum hodie fœdere vtun-
 tur, *si parua licet componere magnis*, quot annis auri, & argen-
 ti, præter quas debent fœderis alias conditiones, pensio-
 nes ipsis facitare solent. Fœdera verò in triplici discrimi-
 ne erant. Vnum cùm bello victis dicebantur leges. Vbi es-
 nim omnia, ei qui armis plus poterat, debita erant, quæ ex
 iis habere victos, quibus multari eos vellet, ipsius ius, atq;
 arbitriũ fuit. Alterum cùm pares bello, æquo fœdere in
 pacem, atq; amicitiam veniebant. Tunc enim repeteban-
 tur, reddebanturq; per conuentionem res, & si quarum
 turbata possessio erat, eæ, aut ex formula iuris antiqui, aut
 ex partis vtriusq; commodo componebantur. Tertium
 genus erat, cùm qui hostes numquam fuerant ad amicitiam,
 sociali fœdere, inter se iungendam coibant. Quæ
 Heluetiis bello victis conditio fuerit intelligere perob-
 scurum esset nisi Cicero, oratione pro Cornel. Balbo, ter-
 tio post Heluetium bellum anno habita, submonuisset.
*At enim, inquit, quedam fœdera exstant ut Germanorum, In-
 subrium, Helueticorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia
 barbarorum, quorum in fœderibus exceptum est, ne quis eos
 rum à nobis cuius recipiatur. Quæ de fœdere Helueticorum
 cum Romanis verba, non nisi ad hæc tempora, bellumq;
 referenda arbitror. Quæso enim quæ alia, si non ista. Bello*

Vectigalium
 condicio.
 Item libera-
 rum.

Et fœdera-
 tarum.

Fœderum
 tria genera.
 Ex L. i. i.
 lib. xxxiv.

Fabricius in
 vita Cice-
 ronii.
 Heluetii Ro-
 manorum
 fœderati.

Liuii Epit.

A. V. C.
lxxlii.Ciceronis
verba expli-
cata.

lib. xlii.

fœderatorum
P. R. conditio

Cassiano milites R. qui prælio superfuerant, *obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur pacti sunt.* Si hoc fœdus est, quoties dissolutum? Aut quis cladem Cæpionianam, cui ne similem quidem Punicis temporibus acceperunt Romani post illatam nescit? Sed nec fœderis vlla cum Cimbris, sociisque eorum vniquam mentio, nec vlla hæctenus à Cæsare, aut Heluetiis facta fœderis mentio, toto præterito bello. Restat igitur vt hoc nunc cū Cæsare Romanisq; fœdus initū sit. Quod eo verò exceptum ait Cicero *ne quis eorum Ciuis recipiatur* nō frustra fuit. Tulit enim C. Iul. Cæsar cos. anno primo belli socialis, quinq; & triginta ante Heluetium annis, legem celeberrimam, multoq; sanguine quæsitam, & impetratam, qua cum fœdere sociis Ciuitatem, hoc est, honorum petendorum, ac suffragij in comitiis ferendi ius, quod Ciuitatis R. habebatur optimū, impertiebatur, quā legem in quibusdam postcā fœderibus, vt in hoc Heluetiorum, exceptam intelligimus. Eius in eadem Ciceronis oratione mentio. *Lege Iulia, inquit, qua Ciuitas socijs, & Latinis data est, magna contentio Heracliensium, & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in ijs ciuitatibus iuris sui libertatem, ciuitati anteferret.* Quid igitur? nempē ex hoc fœdere aliquid Populo R. debuerunt Heluetij, cetera liberi perstitērunt, suam remp., leges suas, suos magistratus retinuerunt, exiguam Populi R. præterea rationem habuerunt, quod ex Liuiio propē cognoscimus, qui ita de L. Posthumij cos. insolentia erga Prænestinos fœderatos disputat. *Ante hunc Consulē nemo vniquam Socijs in vlla re oneri, aut summi fuit. Idē Magistratus mulis, tabernaculisq; & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent socijs.* Priuata hospitia habebant, ea benignē

comit

comiterq; colebant, domusq; eorum Roma hospitibus patebant, apud quos diuerſi ipſis mos eſſet. Legati qui repente aliquò mitterentur ſingula iumenta per opida, iter quò faciendum erat, imperabāt aliam impenſam ſocij in magiſtratus R. non faciebant. Fœderatas autem Ciuitates liberas fuiſſe, ſuisq; legibus uſas, remp. in ſua poteſtate habuiſſe argumento eſt, quòd ciuibus R. exſilij cauſa permitterentur. Sed etiam ius Ciuitatis, & petendorum honorum conſecuti ſunt Galli, & Heluetij. An ab Auguſto cùm Gallicas res conſtitueret, alijsq; libertatem, & ius Ciuitatis daret, alijs adimeret, auctore Suetonio, & Dione. Claudius fanè Imper. non ſolùm Gallis Ciuitatem, ſed ſuſfragij ius, & Senatorij ordinis cōceſſit, primū Aeduis. *Datū id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorū fraternitatis nomen cū P. R. uſurpāt*, inquit Tacitus. Galba verò omnes, qui à Vindice ſteterāt, ciuitate donauit, in quib. nō ſolùm Aedui, Sequani, Rauraci, Heluetij, ſed Gallia propè vniuerſa, Lingonibus, Treuiris, nonnullisq; alijs, qui cōtrarias partes fouiſſent, exceptis, qui tamen poſteà ab Othone Imp. obtinuerunt. Tacitus, *Gallia ſuper memoriam Vindici, obligatè recenti dono Ciuitatis, & in poſterum tributi leuamento.* Poſteà. *Nec deerat pars Galliarum, quæ Rhenum accolit, eaſdem* partes ſecuta, ac tum acerrima inſtigatrix aduerſus Galbinianos, hoc enim nomen faſtidito Vindice indiderant.* Igitur Sequanis, Aeduiſq;, ac deinde pro ut opulencia Ciuitatibus erat, inſenſi, * expugnationes Urbium, Populationes agrorum, raptus Penatium, hauſerant animo, ſecundum Auaritiam, & Arrogantiam, præcipua validorum Vitia, Contumacia Gallorum irritati, qui remiſſam ſibi à Galba quartam Tributorum partem, & publicè, CIVITATE, donatos in Ignominiam

Galli ciuitate donati.

In Auguſto. lib. lix.

lib. xi. annual.

lib. i. hiſtor.

Vindiciſalict,

Qui Vitellium ſequēbatur.

Heluetii à
Vindice

Lib. II. c. II.

Alii Caracallam fuisse tradunt, malè.

Omnis orbis R. Ciuitate donatus.

In Authentici.

Quare Heluetios in fœderatorum numerum susceperit Cæsar.

exercitus iactabant. Et Heluetios Vindicem, Galbamq; secutos, ex eo quòd Vitelliani Galbæ hostes iis bellum intulerunt satis manifestū est, de quo * suo loco. Auenticos sanè Ciuitate à Galba donatos etiam Plinius memorauit. *Vocontiorum* inquit *Ciuitatis fœderatae duo capita Vasco, & Lucus Augusti. Opida verò ignobilia XIX. sicuti XXIV. Nemausis ensibus attributa.* Adiecit FORMVLAE Galbæ Imp. ex *Inalpinis Avanticos, & Ebroduntios,* legunt alij Bodiontios, quorum opidum *Dina;* quibus adsentior, *Dinamq; Donum ad Lemanium, Bodiontios,* populos qui circa illum lacum sunt interpretatus sum supra. Auenticorum sedes notior est. Antoninus demum Pius Imp. legem tulit, qua liberos omnes Monarchiæ R. sinibus comprehensos Ciuitate donauit. Ea lex his concepta verbis fuit. IN ORBE ROMANO QUI SVNT, CIVES SINT ROMANI. Quaratione, nō socij modò, & fœderati, sed prouincię omnes, & subiectæ Romano nomini Ciuitates, hoc est, vt Iustinianus Imp. interpretatur, *nobilitatem, siue ius annulorum, & natalium restitutionē, siue ingenuitatem,* consecutæ sunt. Quam quidem legem *in subsequentibus omnibus, & eis qui emergere postea possent* casibus valere idem Iustinianus voluit. Quòd autem Heluetios ad amicitiam, & societatem recipere quā seruitute, & tributis opprimere maluit Cæsar, quantum inde commodi, periculiq; crearetur, ea, qua fuit prudentia, considerauit. Homines enim fortissimos, & libertatis, iurisq; retinentissimos, eo statu, qui seruis, abiectisq; deberetur acturos nequaquam existimauit, potius, quos hostium loco habuerant, Germanos excituros maioreque detrimento, & copiis, facta noua coniuratione prouincias Romanorum repetituros. Accedebat quòd veluti speculam Populi R. & propugnaculum, quod de

Martio

Eadem pro
Balbo orat.

Martio Narbone colonia, dixit Cicero, infestis nationibus oppositum, qui scilicet Germanorum pericula à P. R. copiis, armisq; propulsarent, Heluetiorum amicitiam intellegebat: Quantum enim animis, viris que possent, suo periculo cognouerat Cæsar, cognouerant ante miserabili suorum internicione Romani. Nihil igitur potius habuit, aut existimauit quam eos habere pacatos, & amicos quorum nomine, metuq; Italia omnis, ut ait Sallustius contremuerat, Roma, præter Cæsarem, qui idem orbem terrarum imperio complexus est, eis reprimendis, & deuincendis petere, aut sperare potuit neminem.

Fine Ingu-
rthini.

Colonia Romana in Heluetia que, à quibus, & quando ducta, ratioq; lingua apud Auenticos & Aduates mutata.

C A P. I X.



Vetæ postea in Heluetiam Romanorum colonia. Duas reperio, Equestrem, & Auenticum, quibus auctoribus, quo tempore, tantumdem ex scriptoribus prisca auctoritatis & fidei liquet. Equestris tamen propè dixerim, ex epigrammate, quis conditor fuerit. Illud sic habet,

C. PLINIO. M. F. COR.

FAVSTO.

AED. PL. ÆVIRO COL.

IUL. EP. FLAMINI.

C. PLINIVS. FAVSTVS.

VIVVS P. C.

Dua Colo-
nia in Hel-
uetia R.

Equestris.

K

ex quibus

Equestris à
Cæsar edu-
cta.

Coloniaram
ratio.
Duplex.

Lib. I. Phar-
sal.

Eademq;
militaria.

Libro XIII.
Lib. IV. Cap.
XVII.
Vbi fuerit
colonia Eq.
questio.
Lib. IV.
Prima opinio
de Neuiduno

ex quibus COLONIAM IULIAM EQVESTREM non nisi à Julio Cæsare ductam, dictamq; adfirmo. Tulit nomen patris Octavianus. Sed quas duxit Augustæ sunt adpellatæ, vt in Rauracis, nouis colonis additis, *Augusta Rauracorum*, In Rhætia prima *Augusta Vindelicorum*: apud Salassios *Augusta Prætoria* Colonia aliæ erant ciuium Romanorum: aliæ quæ militares propriè nominatæ. Ad has milites veterani, qui etiam ciues, periculis, bellisq; defuncti, tamquàm ad tranquillitatem, laborumq; præmia, cū signis, & aquilis, ac primis ordinibus, & tribunis deducebantur. Hinc illæ apud Lucanum querellæ.

Conferet ex sanguis quò se post bella Senectus.

Quæ sedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,

Quæ noster veteranus ariet, quæ mœnia fessis?

et illa Hygini, finitis amplioribus bellorum operibus, augenda reipublica causa, *Illustres Romanos viros vrbes constituisse, quas aut victoribus Populi R. ciuibus, aut emeritis militibus assignarent.* Iulianæ Coloniae, præter Capuam, quam, primo consulatu, duxit, militares omnes. Militaris ergo & Iulia Equestris, eorum scilicet, qui post bella ciuilia, emeritaq; stipendia, ad agrorum cultum, & quietem translati sunt. Multas autem vrbes per Italiam, & extra eam refecisse Cæsarem, partim nouas condidisse, colonias verò plures finitis bellis, constituisse, testatur Dio. Illustre proindè quis Equestris conditor & qualis ipsa: vbi fuerit tenebrosum. Plinius Heluetiis tribuit, & in Belgica collocauit, vti Heluetios. In Sequanis Ptolemæus, sed ipsos inter Belgas Liber Prouinciarum, in eadem quidem Prouincia, sed vrbem Equestrium addidit Neuidunum. *In Prouincia, inquit, maxima Sequanorum Ciuitas Equestrium, hoc est, Neuidunum, eadem perplexitudine, Sunt namq; qui Neuidu-*

num

num dicunt esse Donum illa Lemanni ripa, adducti ea maxime ratione, quod pars illa laci nunc quoque Equestris adpellatur, vulgò Chablais à caballo. Incolæ verò Equestres. Sed in eo, credo, decipiuntur, quod, vtraq; Lemanni ripa, tenuisse Equestres, ignorare videntur. Ita autem rem esse, etiam hodie notum. Quidquid enim Lofanna, Geneuam versus, Equestribus addicitur, nec se Lofannam ultra extendunt Antuates, excipiente colonia Equestriū, quod ex hodierno, vt diximus, quoq; nomine vaat, & quò vsq; se extendit, clarum. Ptolemæum si consideres, adparebit Lemanno, Rhodanoq; Belgicam terminasse, & Equestres secundum Iuram collocasse: qua etiam ratione quidam moti Neocomum siue Neoburgum ciuitatē Equestrium esse existimârunt. Quapropter, quæ altera sententia est, Neuidunum Equestrium ciuitatem, ego quidem illud opidum esse dico, quod Neiu Gallica, siue Romana lingua vocatur, Maior enim nominis similitudo. Nam & Germani hoc opidum adhuc Neuis dicunt, & clarior antiquitatis species. Multa enim hoc laci latere, & hac præcipuè prope Neium parte, Romana monimenta reperiuntur, & inscriptiones Geneuam vsq; veluti Copeti, Versutij, Prangini quæ sunt opida, & loca inter Neuidunum, & Geneuam, & in ipso Neuiduno plurimæ, quas nos alibi, hinc, inde, hoc opere, pro materia, inseruimus pleraq;. Sed opidum ipsum mihi considera, & ad Donum compara, Neium quidem adfluctæ ætatis, Donū nuperū adfirmabis, quamuis quidā Dinā Plinij, Bodiontiorum caput, vt ante notauius, probabiliter esse existimarint, quod ipsum magis nostrā coniecturā confirmat, volentib. quidē Dinā esse Donū, Neiu verò Neuidunū. Adde quòd credibile sit Cæsare suā coloniā in loco optimo vberissimo, amœnissimo

*Eaque resu-
tata.*

*Alteræ opi-
dis, eaq; pro-
bata.*

collocasse, at nullus toto Antuatium pago, Neuidunensi, ad eum vsq; locum, qui etiam nunc coloniae nomen retinet, melior, pinguior, voluptabilior, vini optimi, frumentiq; iuxta feracissimo, omnium fructuum abundantissimo. Accedit quod, hoc pacto, contra Heluetios ipsos, Germanosq; si in Galliam, aut Prouinciam R. rursus cogitarent, hanc, illo in loco, coloniam obstaculo fore Caesar animaduertebat, Allobrogibusq; qui è cōspectu, solo interlabente Rhodano, munimento, & praesidio, quae omnia in Donum altera Lemanni ripa, siue sinistra, aut parum, aut nullo modo conueniunt, praeter quod Doni nulla Romanae antiquitatis vestigia. Est autem Neuidunum opidum ad dextram Lemanni 28. passuum millibus infra Losannam, & 16. supra Geneuam. Erat verò Neuiduni inter alia officia, quae in coloniis vsurpata, postea ostēdemus, Praefectus Fabrūm quod, eo in loco, abietes, & pinus, vt supra in Ebroduno vidimus, ex Iura sumtas, in nauigationum vsu parandas curarent, quae, secundo Rhodano, in Mediterraneum deducerentur. Vnde ista adhuc ibidem est inscriptio, inter alias.

Neuiduni
Praefectus
Fabrūm, &
qua de caus-
sa.

D. IVL. L. F. VOL. RIPANO.
CAPITONI. BASSIANO.
EQVO. PVB. LICO. HONORATO.
PRAEFECTO. FABRVM.
TRIB. MIL. COH. I. GAL.
L. IVL. BROCCHVVS
VALER. BASSVS.
FILIO.

Equestris etiam hoc monumentum M. Antonino Philosopho Imperat. dedicarunt, anno post Christum natum CLXIII.

IMP. CAES.

M. AVRELIO. ANTONINO.

PIO. FELICI. AVG.

PONT. MAX.

TRIBVNICIAE POT. XVI.

COS. III.

CIVITAS

EQUESTRIVM.

Sed de Neuiduno, Equestribusq; satis Auentici locus notior, auctor obscurior. Auenticum Romanam fuisse coloniam ex hoc illustri monumento satis claret.

≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡≡ LEGATO ≡≡≡≡≡≡≡≡

FLAVIAE. FIRMAE. ET. LEGATO. IMP. NERVAE. TRAIANI, CAESARIS AVG. GERMANICI. DACICI. LEG. VI. FIRMAE. SODALI FLAVIA. LI. PRAETORI AERARI. MILITARIS. LEGATO. IMP. NERVAE. TRAIANI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. DACICI. PROVINCIAE. LVGDV. NENSIS. CONSVLI. LEGATO. IMP. NERVAE. TRAIANI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. DACICI. AD. CENSVS. ACCIPIENDOS. COLONIA. PIA. FLAVIA. CONSTANS. EMERITA. AVENTICVM. HELVETIORVM. FOEDERATA. PATRONO.

insignes prorsus vetustatis reliquiae. Sed ò iniuria temporis, an hominum insignior, quæ nobis talis, tantiq; Patroni nomen inuiderit. Ex hac autem inscriptione satis apertum arbitror, nam aliæ supersunt, quæ coloniae Heluetiorum faciunt mentionem, fuisse Auenticum eam Heluetiorum coloniam, vt nemo dubitare postea rectè queat. Sed quis duxerit, illud verò est, quòd minùs in promptu. Vt

Auenticum
R. colonia.

Legebatur in
angulo templi
Auentici
adhuc anno.
1536. sed
inde, vt
templum,
ita ipsum
corruptum.

Ductor colonie Auentici.

Imperium
instit.

A. D. N.

LXXI.

Occiso vitel-
lio. In Vesp.

Glandorpites
in Onoma-
stico.

vespasianus
Auentico
ductor co-
lonie. |
Eandem,
apud Equo-
stres, egisse,
aut patrus ex
ipsis, & cete-
ris Heluetiis
completam
fuisse vide-
tur in Vitel-
lio. |

enim, sicuti de Iulia Equestri diximus, nomen plerumq;
coloniis reliquerint suum ductores, & Auenticum Flauia
nominata sit, plures huius familiae Principes, dubitatione
ferunt, quam non nisi coniectura expedias. Vespasianus
primus in Flauiam familiam imperium orbis terrarum con-
tulit. Successerunt Titus & Domitianus filij. Suetonius.
*Rebellionem trium Principum, & cade, incertum diu, & quasi
vagam imperium suscepit, firmavitq; tandem gens Flauia,
obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed ta-
men reipublice nequaquam impeditenda.* Sed etiam postero-
res principes Constantij, Valentiniani, Iustiniani, ceteri ad
Tiberium II. Flauij nominati. Ex his colonie Ductorem
Auentici capiamus oportet. Vetusior illa, quam ut Con-
stantij, aut Valentiniani, & ceteri deduxerint. Certum ex
supra memorata inscriptione quae Traiani imperio facta:
Restat ut Vespasianus, aut liberi Vespasianum adseruerim
ciuili, & Iudaico bellis patris. Argumenta sunt, quod con-
stanti fama celebratur ipsum siue Titum, Auenticensem
pagum, dum Iudaicum bellum, ingenti studio, comparat,
colonis conscriptis, poene exhaustis, regionique nomen
Vchtlandiae, quasi vacuae, & solitariae fecisse. quamuis hoc
nomen antiquius esse, mihi nullum dubium sit, ut Auen-
tici, quod Romanis scriptoribus inde formatum, credibi-
le igitur rebus imperij compositis, *stabilita propè adfecta,
& nutante reipublica,* merito militi, & veterano, superiorum
Imp. exemplo, sedes has destinasse, coloniamq; militarem
Auenticum duxisse, quae incolarum inopia laboraret de-
sideratis, diuturno bello, aut longinquiore terrarum spacio
absumentis, vel praesidio relictis, quos Iudaicae expe-
ditioni socios, commilitonesq; habuisset. Tertiae sane le-
gionis milites, quae Gallica nominatur, quod ex Gallis co-

fecta

fecta esset in Syria hiberna habuisse, & pro Vespasiano contra Vitellium fecisse, posteaq; victoriae, & imperij causam eidem conciliaffe, testatur ex Dione Xiphilinus. Accedit parentis Sabini memoria, qui fœnus apud Heluetios exercuerit, ibiq; diem, Suetonio auctore, obierit, quem non alibi agitaſſe, functumq; esse crediderim, quàm Auentici quæ Heluetiorum caput esset, opulentiaq; & magnitudine, tùm cõuenarum frequentia ex Gallia, Italia, Sequanis, Rauracis, nulli Galliarũ post esset. Si inscriptiones requiras, nec illæ Auentici nullæ, in quibus Vespasiani nomen legas, factum, meritumq; per atatem, & literarum fugam, non intelligas, Vna sic habet,

IMP. CAESARI. VESPASIANO.

AVG. PONTIF. MAX. TR. POT. III.

IMP. VII. COS. III. DESIG. III. P. P.



quæ satis cognitum faciunt, cui, Et quando Auenticum deducta sit. Et licet negari non possit Romanorum colonias Prouincialibus maximo oneri, & detrimento fuisse, iis tamen potissimum id accidisse arbitror, qui ob delicta finibus pellebantur.

Et penitus toto diuisos orbe Britanos.

vt conqueritur ille, petere cogebantur, aut certè agrorum parte multabantur. Quòd si regio aliqua vacaret, aut infrequētior esset, (quod vsuuenit Heluetiæ, post bellum illud cum Cæsare & postea rursus plurimis interfectis, & venditis, illo quod Cæcina Heluetiis intulit, aut deniq; in Syriã, vt diximus, transportatis) quæ à Romanis occuparetur, eos nõ tantũ damni, & molestiæ, quam tũ defensionis, & dignitatis vel vicinis, vel iis ipsis quibus immiscebantur

Testimonio est inscriptio illa facta Capioni Basiano qui Tribunus fuit cohortis vnius ex hac legione, & apud Nevidunum egit. Sabinus Vespasiani Imp. pater apud Heluetios fœnus exercuit, & ibidem mortuus est. Multa Auentici inscriptiones Vespasiano factæ. Facta hæc inscriptio. A. D. N. LXXII.

Virg. Eclo. I.

Tacitus Lib. I. histor.

Romana lin-
gua in Aue-
nticu, & E-
questribus
vnde.

Franci multis
mode lingua
& studiosi,
non absq; sua
corruptione.

Vocabula,
modiq; lo-
quendi Ger-
manolatini.
Et inde ali-
quor leges
Salica expli-
cate.

attulisse mihi persuadeo. Sed hinc quoq; ratio, & caussa
linguæ Celticæ in pago Auenticensi præcipuè, & apud E-
questres desitæ, siue Germanicæ eadem fuerit, siue diuersa,
Romanæq; introductæ. Cùm enim tractus ille totus Ro-
manis ciuibus, moribusq; coleretur, fieri non potuit quin
etiam linguæ commercium esset, Gallicaq; vel relictæ, vel
vsu, & consuetudine deprauata, Romana, quæ & elegan-
tior, & facilius esset, imbueretur. Ea enim exteros pleros-
que cõsuetudo semper tenuit, Gallos sanè, & Germanos,
Romanum cultum, sonumq; propèrè imitandi, quod in
Francis multimodè ostendere possim, (vt nihil dicam Ro-
manos id maximè enixos, vt non minus Imperium, quàm
leges, linguamq; suam quàm longissimè propagarent) qui
cùm Galliam totam, ex Germania profecti, in eaq; nati, &
educti occupassent. Ita Germanica vocabula, latina nor-
ma, regulaq; inflexerunt, vt qui hodie leges Salicas, Ri-
buarasq; Germanus legat, centesimam partem non in-
telligat. Ex hoc fonte *mannire*, *Manen*, monere, *mallum*,
Maal, conuiuium. Vnde illa iuris formula, *mannire ad mals*
lum, quod erat ad causæ dictionem, vel in ius vocare. Mos
enim fuit Francis, vt actor iudicibus conuiuium pararet,
ad vsq; causæ decisionem, qui deinde sumtus reum seque-
batur. Et lex illa ex Salicis. *Si mannitus fuerit ad secundum*
mallum ad tertium, quartum, quintum, qui ad sextum venire
distulerit, pro vno quoq; mallo xv. solidos culp. iudicib. si ille,
qui eum mannit, cum tribus Rachinburgis, in aracho cõiuret,
quod legitimum mannitum habuerit. Vbi etiam Rachinburgij
sunt *Rechtbürgen*, sponsores litis. in *Aracho*, am *Rechten*/
coram iudicum concilio. Eadem ratione, *placitum*, à Ger-
manico *Platz*, conuentum nominauerunt. *Scaram Schar*
cuneum, vel turmam qua voce etiam vsus Aimò mona-
chus.

chus. *Morgengibum* Morgengab dotem. *Schonestum*, pulchrum, *Schön*. *Adgnæum* representare auff gnad vnd vngnad stellen. In alia lege *Mundiburdium* explicatur. *Si quis ingenuam puellam, vel mulierem quæ in verbo regis, vel Ecclesiastica est, sine parentum voluntate de Mundiburdio abstulerit.* Hoc est, tutela, vnde *münder* id est, tutor, quæ dictio, pupillis propria, ad omnes deinceps tutelâs translata est, vt in literis, priuilegiisq; monasteriorum, & Collegiorum videre licet quæ in suū *Mundiburde*, aut *Mundiburdium* accipere reges, & Imperatores dicuntur. Eiusdem generis est *vuergeltum* multa pro sanguine fuso. *Nuringeltum* pœna furti, qua fur nouies tenebatur restituere rem per fraudem auersam. *Fredum* siue *fredam*, quod nunc *Fressel* dicimus, multam temeritate aut violentia acceptam, vocabant, vt alia leg. Sal. *Si quis seruum fugientem ad Ecclesiam vi abstraxerit, & iniuriam Ecclesie fecerit, componat xxxvii. solidos ad Ecclesiam: & pro fredo soluat in fisco lx. Sol. quod contra legem fecerit, & Ecclesia honorem non impenderit.* Illa prisca Francorum pietas, & religio fuit. At nunc, *ô tempora, ô mores.* Sexcenta sunt alia, quæ in Latinum morem detorta, & coacta illam, qua *Auenticensis pagus*, *Equestres*, *Galli*q; vtuntur linguam pepererunt. Id quod etiam *Othoni Frising.* visum: *videtur*, inquit, *mibi Francos, qui in Gallis morantur, à Romanis linguam eorum, qua vsque hodie vtuntur, ad commodasse.* Nam alij qui circa *Rhenum* ac in *Germania* remanserunt *Teutonica* lingua vtuntur. Sed & nostri homines Germanico modo docti, & educti, etiam ignauissimi quiq; & omni humaniori cultu expertes, si in *Galliam* militatum abierint, tantum non statim linguam Gallicam imbibunt, sed etiam mores, & primò corruptissimos citiùs quàm necesse, aut bonum sit. Nescio enim

Lib. IV. cap.
xxxii.
Chronic.

quàm facilis sit ex Germanico in quemcumq; sermonem, transitus, & declinatio, regressus verò asperrimus. Sed de lingua Gallica antiqua, siue Celtica dabitur, vt spero, aliàs dicendi locus, quãdo tam multos eadem de re differuisse, nihil dum fatis constituisse intelligo.

*De colonijs, & republica coloniarum in genere, de
Heluetijs in specie.*

C A P. X.



Colonias duas Romanas in Heluetiam ductas, & quibus auctoribus, vt opinor, vidimus. Sed incidit statim dubitare, quæ ratio, status quæ coloniarum R. fuerit. Ea paucis, quæ ad nostrum institutũ attineant, deinceps exsequar.

Colonias, scripsit Agellius, *fuisse ciuitates, ex ciuitate R. quoddammodò propagatas, eiusq; effigies paruas, & simulacra quædam videri.* Earum ducendarum mos cum ciuitate ipsa natus, celebrari, nisi vltimis propè ruentis imperij temporibus numquàm desit. Huius instituti sex potissimum reddũtur causæ. Vna ad populos, quos Romani vicissent, armis, melius coercendos: altera hostium incursionibus, earum quasi obiectu, reprimendis: tertia stirpis augendæ, & propagandæ causa. quarta plebis vrbane exhauriendæ: quinta seditionibus, per partium diuulsionem, abolendis, sexta, & vltima, vt præmiis milites, qui toties vitã pro republica in discrimine habuerant, adficerentur. Sed militares colonie quàm diu respublica salua, & sui iuris fuit, nullæ, aut paucæ, qui eam armis oppresserunt, militibus conciliandis, partim remunerandis instituerunt, Sulla, Iulius Cæsar, Tresviri, & reliqui deinceps qui principium in
repub.

Lib. XVI.
cap. XIII.
Quid sint co-
loniæ.

Causæ de-
ducendarum
coloniarum.

republica tenuerunt. Neque extra Italiam ante C. Gracchum, qui Carthaginem in Africa duxit, vlla, quod in legibus eius inter perniciosissima recensuit Paterculus. Imperatoribus contrarium visum, Prouinciæque omnes coloniis frequentari cœptæ. Deductæ verò antiquitus per Curatores Agrarios, vel Triumuiros, vel \bar{v} viros, vel \bar{v} triuiros, vel \bar{x} viros, etiam per $\bar{x}\bar{x}$ viros, qui quidem \bar{iii} viri, vel \bar{x} viri, &c. agris dandis, adsignandis, vel coloniæ deducendæ nominati. \bar{iii} uirum apud Scriptores præcipua mentio. Modus quoque iugerum in capita tribuendorum legibus antiquis præfiniebatur. Sed Imp. arbitrium, in seruitutem abiecta rep. deinde fuit. Nec coloniarum ratio vna. Aliæ enim ciuium R. aliæ Latinæ, aut iuris Latini appellatæ: discriminis auctor locuples inter ceteros Liuius ubi de Aquileia loquitur. *Illud agitabāt, inquit, ut colonia Aquileia deduceretur, nec satis constabat, utrum latinam an ciuium Romanorum deduci placeret, postremò latinam potius deducendam patres censuerunt.* Illæ iure priuato ciuium R. & Quiritium utebantur: hæ minimæ. Illis ius priuatæ libertatis, conubiorum, patrium, legitimi dominij, testamentorum, tutelarum, & cetera, quæ iuris Romanæ ciuitatis, propria fuerunt: his solum suffragij ius idque magistratus permissu, & si in latina, aut iuris latini ciuitate magistratu functi essent, ciuis Romani, ut essent, permissum, aliàs Romanæ ciuitatis penitus expertibus. Ex Cicerone, præter ceteros, manifestum, qui T. Matrinius Spoletinum, ex colonia latina, ciuitate esse donatum, pro Balbo dixit, non vtiq; donandum, si habuisset. Habuerunt enim coloniæ suas leges, suum Senatum, suos magistratus, leges quidem, aut à Populo R. acceptas, aut à se repertas, easque à Romanis quidem legibus disparatas, Romanis tamen Triumuiris

Coloniarum
deductiones.
Lib. II.

Earum duo
genera.

Institutionibus
latinis.

Coloniæ
suis magi-
stratus, le-
gesque habue-
runt.

Contrarium
adferere ri-
detur Agel-
lini loco su-
pra notato.

Decuriones
coloniæ
Senatores.
Vnde nomi-
nati. Lib. I.
Pand.

Agraria II.
Magistratus
coloniæ:
Duumviri in
coloniis idē
qui Romæ
coss.
Eodem lib.

Coloniæ
tributa de-
disse.
Nonnullæ
vacationem
habuisse.

Aliæ priui-
legia.
Contra Ver-
rem.

conditas, aut approbatas. Quæ enim legatis, decreto Senatus, ordinandis Prouinciis, potestas, eadē curatoribus coloniis constituendis. Senatores in coloniis, vt municipiis, Decuriones vocabantur. Vnde in priscis monumentis passim. DEC. COL. Decurio coloniæ dicti Pomponio teste, quòd initio, cùm colonia deducerentur, decima pars eorū, qui ducerentur, consilij publici gratia, conscribi solita sit, atq; ijs legendis, census, vt Romæ, notatus. Numerus eorum incertus, pro amplitudine coloniæ maior, minoruē fuit. In colonia Capua centum Decuriones fuisse Cicero tradidit. Magistratus præcipui Triviri, Iiiviri, vii viri, censes, ædiles, & quæstores, tūm qui sacris præerant sacerdotes, flamines, & Pontifices. Triviri sanè in coloniis iidem qui Romæ consules, qui proinde etiam prætexta utebantur, & ex Decurionum numero legebantur. Vnde Pomponius. *Is qui non sit Decurio Triviratus, vel alijs honoribus fungi non potest.* Iidem Triviri iure dicundo nominati, vt in antiquis lapidibus Trivir. I. D. Censes, censui agendo instituti. Tributa enim pependisse, militemq; dedisse colonias nullum dubium. Habuerunt tamen aliqua militiæ vacationem, docet Liuius. *Dys, inquit, ritè placatis, delectum habebant consules acrius, intentiusq;, quàm prioribus annis quisquam meminerat habitum. Nam & belli terror, duplicatus, noui hostis in Italiam aduentu, & minus iuuentutis erat, unde scriberent milites.* Itaq; colonos, etiam maritimos, qui sacros sanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebāt, quibus recusantibus, edixere in diem certam, vt quo quisq; iure vacationem haberet, ad Senatum deferret. Alias quoq; aliis maiora priuilegia, immunitatesq; habuisse suadet Cicero. *Quæ colonia, inquit, est in Italia tam bono iure, quæ per hos annos tam comoda vacatione usa sit omnium rerum, quàm*

Mamertina Civitas per triennium: Præter Magistratus fuit Patronus coloniæ, Rômuli instituto, qui, ut plebeis tutores patricios, ita coloniis, & sociis P. R. quos quidem ex ciuibus vellent patronos legendi potestatem fecit, quorum opera in vrbe, si quæ essent, quod interesset, vteretur. Quæ omnia seruata esse, habuisseq; coloniam Auenticum, & Equestrem, suum scilicet senatum, cui præessent Tiviri, suos censores, quæstores, ædiles, flamines, Curatores, & Patronos sine controuersia est, consideranti eundem ferè deducendarum, ductarumq; coloniarum modum, rationemq; fuisse. Sed ea ipsa nominatim exemplis ostendere quis satis possit, hac in bonorum scriptorum, monumentorumq; vastitate? Pauca tamen producam, quæ reliquoràm forte ad sensum præbeant. Curatorum primò coloniæ Auenticensis aliqua nobis inscriptiones memoriam conseruarunt T. Ianuarij Floriani, & P. Domitij Didymi Villariæ: hæc eorum declaratio ostenditur.

DEAE. AVENTIAE,
ET GENIO. INCOLAR.
T. IANVARIVS.
FLORIANVS.
ET P. DOMITIVS.
DIDYMVS.
CVRATORES. COL.

EX STIPE. ANNA.
T. Tertij Seueri alumni, & Curatoris coloniæ epigramma aliud exstat ibidem loci, beniuolentiæ, & gratitudinis vicariæ plenum.

DEAE. AVENTIAE.
T. TERTIVS.
SEVERVS.

Dionys. in
antiq.
Omnia hæc
in Auentico
& Equestri
seruata.

Curatores.

CVR. COLON.

IDEM QVE. AL.

CVI. INCOLAE

AVENTICENS.

PRIM. OMNIVM.

OB. EIVS. ERGA.

SE. MERITA.

TABVLAM. ARG.

P. L. POSVER.

DONVM. D. S. P.

EX. VCC. L. D. D. D.

Publico loco.
De sumto
publico loco
datus. de-
creto decu-
rionum.

Superius scripturam Paterno Curatori coloniae factam collocauimus. Duumuirum verò quos eisdem quos Romae cōsules in coloniis diximus, præter duas supra etiam positas, vna ex Pirreport descripta, altera Equestris coloniae, etiã hanc licet mancam nuper Agauni, exscripsimus, in ruinis chori veteris templi beatorum Martyrum.

::VIPANSIO. COR.

::V. FILIO SEVERO.

IIVIRO FLAMINI

IULIAE DECVMINA

MARITO.

Alia reperitur Neuiduni, sed in fragmentis, in qua nempe Duumiri nomen tamen legas.

:::ANTABRO:::

:::VAC. R. CONVENT.

HELVETIC. IIVIRO

IULIAE GELL. MARCEL.

CORNELIA. F.

Sed hæc in arce Prangina haud procul à Neuiduno intra gra adhuc cernitur.

G. IVL. C. F. VOLT.

SEMATO

III VIRO ITERVM.

FLAMINI. AVG.

L. IVL. CAPITO. AMICO.

OPTIMO.

Triumuiros aerarij curam habuisse, & eiusdem praefectos egisse, cognosci potest, ex fragmento hoc, iuxta Geneuam.

::: RICCIO. T. FIL.

::: POL. FRONTONI.

III VIRO AERARI.

::: F. EX TESTAMENT.

Seuirum Valerium hunc fuisse in colonia Equestri ostendit haec Verfutij opido 6. p. m. supra Geneuam.

D. VALERIO ASIATICI LIBERT

SISSI IIIII COLE. Q.


Sissi opidū est quatuor infra Geneuam leucis vulgò Seissel dextra Rhodani, nā quæ de Iŭviris Aug. postea. Et sanè infinita sunt apud nostrates, licet parum integra Romana epigrammata, sed ea nec persequi est animus, & ea quæ protuli satis esse arbitror ad ea, quæ de coloniis instituerā. Nūc verò Auenticum militarē vacationē habuisse, nisi quātū spōte vellet, ex eo mihi indubiū, quod Emerita inscribit, vnde & alia priuilegia, & imunitates auguro, vt n. Emeriti illi milites, qui labore, excubiis, vigiliis, & munere oī castrē si expertes sunt, ita Auenticū emeritā coloniā adfirmarim, hoc est, omnis tributū, & militiae onere liberā, nihilq; nisi ex foedere, additur n. Foederata, populo Rom. debētē. Haec de coloniis Heluetiis ex lectione non indiligenti, veterūq; monumentorū accurata inspectione mihi iam quidem in

mentem venerunt, quæ referre in literis volui, vt postea, mirari desinant qui Heluetiorum nobilitatis originem scrutantur, eamq; intelligunt non aliunde esse.

Qua Romanorum in Heluetia præsidia, quibus locis, & à quo tempore.

C A P. X I.

Lib. IV. de
Ling. Lat.



Præsidia
Romana,
circa Rhe-
num.

Dio lib. LV.

Lib. IV. cap.
vlt.

Simili au-
ctore Tacit-
us lib. hist.
IV.

Cattorum,
sub Domi-
tiano.
Brenia. VIII.

Ed cum deinceps Germani barbaræq; nationes Heluetiam, Galliasq; omnes maximè infestarent, illæ, aut Romanis subiectæ, aut amicitia, & fœdere deuinctæ essent, illis præsidia præbuerunt arcesq; & castra versus hostium irruptiones constituerunt. *Præsidium*, auctore Varrone, dictum, quia milites extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Multa fuisse secundum Rhenum præsidia quibus Galliæ contra Germanorum irruptiones defenderentur, ex scriptoribus antiquis, & iis quæ supersunt locorum, vbi ea agitari solita, vestigiis, satis adfirmatum est. Drusus quidem qui primus Germanicus adpellatus, cognomen Senatus decreto ex prouincia obtinuit, ripas Rheni plurimis castellis, ea præsidiorum munimenta, obfedit. Iul. Floro teste. *Præterea*, inquit, *in tutelam prouinciarum præsidia, atq; custodias vbiq; disposuit. Per Mosam flumen, per Albin, per Visurgim. Per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit.* Ea postea partim seditio- nibus * militaribus, partim barbarorum impressionibus diruta, & incensa Traianus fortissimus Imp. reparauit primus, imperijq; fines porrexit. *Romani*, inquit Eutropius

de eo,

de eo, imperij, quod post Augustum defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, fines longè, lateq; diffudit, vrbes trans Rhenum in Germania reparauit. Valeriani rursus imperio euerfa, Posthumus Galliarum præses, tum Lollianus, non solum restituerunt, sed etiam noua cõdiderunt. Trebellius. *Et Lollianus quidem non nihil reipub. profuit. Nam plerasq; Gallie Ciuitates, nonnulla etiam castra Posthumus per septem annos, in solo barbarico edificarat, que interfecto Posthumus, subita irruptione Germanorum, & direpta sunt, & incensa, statum veterem reformauit. Aurelianus in restituendis Galliis non se inertem præbuit. Probi verò in reparandis antiquis, nouisq; castellis, & propugnaculis ædificandis præcipua opera fuit. De quo ita Vopiscus.*

In Lolliano.

In eius vita.

Vrbes Romanis, & castra, in solo barbarico, posuit, atq; illic milites collocauit. Agros, & horrea, & domos, & annonam Transrhenanis omnibus fecit, ijs videlicet quos in excubiis collocauit. Tempore Diocletiani, cum barbari rursus, sumtis animis, in Gallias inuasissent, primò in eos Maximianus Augustus immissus, dein Constantius Chlorus Cæsar, qui non solum præclara contra easdem Germaniæ, & Allemanniæ gentes facinora perpetravit, sed etiam vrbes, castra, munimenta toto Rheno restauranda curauit. Nam eum quidem in Heluetia Vitodurum dirutum restituisse, ante ostendimus, & Cõstantiam de suo nomine reparasse, memoriæ traditum, aliaq; plurima, aut noua condidisse, aut vetera resuscitasse adducor auctoritate, orationeq; Eumenij, hoc tempore, ad Præsidem Galliæ habita. Nam quid ego, inquit, alarum, & cohortium castra percenscã, toto Rheno, & Istri, & Euphratis limite restituta? quos ubiq; muri, vix repertis veterum fundamentorum vestigijs, excitantur, &c. Constantini, qui ob merita Magni, Con-

Constantine
Cæsar multa & in Heluetiis, & Galliis vastata reparauit. Pro restitutione Scholarum Maximianarum.

stantij filij, non minora contra Allemannos gesta. *Milites verò Romanos oblitos, vt ait Orator, deliciarum Circi maximi, Pompeiani theatri, & nobilium laucrorum Rheno, Danubioq; pratendit, ac limitis eius agere excubias iussit.* Omnia cum beniuolentibus, & propitijs Romani Imperij custodibus, ac tutoribus. Sed vbi eosdem praesidiarios, & limitaneos milites, siue imperij fiducia, siue ita in fatis erat, stationibus, & excubijs deduxit, limitesq; nudos, & incustoditos reliquit, nō solū barbaris nationibus, nouum iter aperuit, sed veluti ad prouinciarum R. ruinas, & excidium inuitauit, adeo q; Romano Imperio finem accelerauit, vt, cū de eo, sicuti de alijs Christianis Imp. multa Zosimus mendaciter, pleraq; acerbè, hoc tamen verissimè tradidisse putetur. *Fecit & aliud quoddam, inquit, Constantinus, quod in ditionem Populi R. liberum barbaris aditum praebuit. Nam cū imperium R. extremis in limitibus, vbiq; Diocletiani prouidentia, quemadmodum à nobis supra dictum est, opidis, & castellis, atq; burgis inclusum esset, omnesq; copia militares in ijs domicilium haberent, fieri non poterat, vt barbari transirent, vbiq; copiis hostium repellendorum causa occurrentibus. Hanc praesidiorum munitionem Constantinus aboleuit, maioremq; militum partem de limitibus submotam in opidis nullius opis egentib. collocauit: à barbaris vexatos praesidio nudauit: tranquillas, & quietas vrbes militū peste grauauit, quaiā complures ad solitudinē redacta sunt, milites ipsos theatris, & voluptatibus addictos emolliuit, deniq; simpliciter vt dicam, rerum haecenus percunctū internicioni principium, & semina praebuit.* Haec tamen Zosimus. Constantino quidē viuo, pleraq; tuta, vbi excessit viuis, Galliae statim Allemannis pro praeda fuere, Marcellino teste. Iulianus postea, multis victorijs, prouinciam, & plerasq; Galliae ciui-

Limitaneorum militum deductio principium ruinae Imp. R.

Lib. II. hist.

Desunt in hodiernis exemplaribus vbi talia tractauit.

Lib. XVI.

tates reciperauit, & confirmauit, castella, & opida resta-
 rauerit. Nam de Tabernis, vnde reliquorum duco argumē-
 tum, ita tradidit idem Marcellinus *conuersus hinc Iulianus*
ad reparandas Tres tabernas, munimentum ita nominatum,
haud ita dudum obstinatione subuersum hostili, quo edificatio
constabat, ad intima Galliarum, ut consueuerant adire, Ger-
manos arceri, & opus spe celerius consummauit, & victum des-
ensoribus ibi locandus, ex barbaricis messibus, non sine discrimi-
nis metu collectū, militis manu condidit in usus anni totius.
 Valentinianus vero, qui paullò post imperium obtinuit,
 exemplum Drusi secutus, à Rheni origine, ad ipsum Ocea-
 num castella, & munimina ducere cœpit. Marcellinus se-
 pius memoratus auctor *At Valentinianus, inquit, magna*
animò concipiens, & viua, Rhenum omnem à Rhetiarum ex-
ordio, ad vsq; fretalem Oceanum magnis molibus communi-
bat, castra extollens altius & castella, turresq; assiduas per ha-
biles locos, & opportunos quàm Galliarum extenditur longi-
tudo, nonnumquam etiam ultra flumen, adificiis positis, sub-
radens barbarorum fines. Alio loco Ro boris apud Basileam
 castelli ab eo conditi meminit. Secuto inquit, post hac anno
 Gratiano adscito in trabea societatem, Equitio consule, Valen-
 tiniano post vastatos aliquos *Allemanne pagos munimen-*
tum adificanti prope Basileam, quod adpellant adcole Robur,
adfertur Praefecti relatio Probi, docentis Illyrici clades. Et po-
 steà. Ideò autem Valentinianus etiam merito timebatur quòd
 & exercitus auxilii valido supplemento, & virobique, Rhenum
 celsioribus castris munivit, atq; castellis, ne latère vsquam ho-
 stis ad nostram se proripiens possit. De praesidiis Rheno im-
 positis à Valentiniano mentionem retulit etiam Zosimus
Transrhenani, inquit, barbari, qui, quamdiu Iulianus super-
stes erat, nomen Romanum metuebant, & satis habebant, si

Vulgo Zabe-
 ron in Elsa-
 tia.

Lib. xxviii.
 hist.

Lib. xxx.

Lib. iv. hist.

nemo quid eis in solo suo quiescentibus, exhiberet molestia, morte Iuliani nunciata, suis continuo sedibus egressi ad gerendum contra Romanos bellum sese parabant. Quo Valentinianus animaduerso, copias, & pedestres, & equestres, & armaturæ leuis, uti par erat, disponebat, sitaq; ad Rhenum opida necessario presidio communibat. Sed hæc finis Castellorum, & Limitum. Nam Gratianus Imp. cum Allemannorum apud Colmariam ingentem stragem dedisset, qui superfuerant cladi in militiæ ordines conscripsit, partim cis Rhenum transtulit, & qui propter eum fluuium sunt agros partiuit: ut aliàs pluribus ostendemus. Constantinus tamen, qui sub Honorio, in Britannia tyrannidem inuasit, & postea in Galliam traiecit, Rhenum contra barbarorum irruptiones, & Alpes præfidiis firmasse scripsit idem Zosimus. Propter has, inquit, causas præfidiarios in his locis, Alpibus, Constantinus collocauit, ne isti, barbari, liberum in Galliam aditum haberent, Rhenum quoq; presidio munivit idoneo, quod à Iuliani principis temporibus neglectum fuerat. Iosephus suo tempore C. C. C. hominum millibus Gallias custoditas mandauit scripro. Alij XXV. fuisse legiones memoriæ tradiderunt. Quod si legioni VI. peditum millia, equites LXXCLVI. tribuamus, non ultra hominum centum quinquaginta millia reperiemus. Sed credibile est eos qui numero Iosephi deesse possunt, extra legionum ordines fuisse, quibus tantum ciues, aut ciuitate donati includebantur. Franci demum, Hunni, & Allemanni, quæ Vandali, & eorum socij sarta, & integra reliquerant castra, & opida funditus euerterunt, & quidquid Romanæ memoriæ, aut firmitudinis fuit, prodentibus etiam præfidia, & opida Romanis militibus. Vnde Procopius. Romanorum inter cæ milites alij, qui in Gallie finibus erant, custodiarum gratia con-

stituti,

Lib. II.

Lib. vi. hist.

In Antiq.
Iud.

Lib. I.

stituti, cum neq; Romani redire iam possent, nec ad hostes, Gothos qui Italiam tenebant, ut Arrianos, Concedere, sese cum signis, & locum insuper, quem pro Romanis seruabant, Arborichis. (Francorum gens erat) Germanisq; Allemannis prodidere. Cum verò plurima, ut vidimus, secundum Rhenum, & contra barbarorum impressiones, diuersis locis, castra, & propugnacula à Romanis condita, & excitata fuerint in Heluetio solo, vnius Arboris felicis ad Acronium, Vindonissa ad Vrsam, Castellique Aquarum ad Limagum, & deniq; Calaronæ ad Lemannum mentionem scriptorum antiquorum monumentis distinctè tantum consignatâ reperio. Igitur quod fieri necesse est, vbi non liquet, & deficiunt scriptores, cetera, ut alias sæpius, coniecturis aucupabimur.

Vartensee.

Illam mihi arx prima occurrit Romani cultus, & operæ, nobilissimorum Blarerorum antiqua sedes. Eam fuisse primam ad lacum speculam, vnde illi nomen, & contra Vindelicos obiectos, præsidium, loco munito, & turribus tripliciq; vallo, fossaq; quondam distinctum. E regione ultra Rhenum Brigantium, Vindelicorum opidum, præcis scriptoribus notum à quo lacus Brigantinus, & vicini Brigantii, ad ingressum Rheni, supra adfurgit Rhinecum antiquum opidum, & Rheguscum, qui inter Rhætos, illiusq; gentis caput, & nisi fallor Romanis quoq; habitatum. Nam per oportuna hæc tria loca non solum continendis Rhætis, sed & præcipuè Vindelicis, Sueuis, Allemannis. Quantum ad Vartensee pertinet, eiusdem usus, Romanæq; pariter structuræ arx alia quondam in Rauracis Vartenberg nominata, in monte, qui Pratis latis, (ita

Straboni,
Solino-
Mela
Ptolæo
Ammiano.
Rhineck op.

Vartenberg
in Raurac.

Bratelematten cum nobilissimo, & eruditissimo D. Ioan. Iacobo *Vom Staal* Equite aurato, adpello. Imminet, & in Rhenum porrigitur. Erant verò tres hoc nomine coniunctæ arces, exiguo inter se spatio, vt adhuc ostendunt rudera, vnis cinctæ mœnibus, regioni claustrum, & ex alto custodia, latè patentibus Rheno, Rauracis, & Brisiacis. Sane consideranti eius situm, & exiis quæ supersunt, amplitudinem, facile persuaderet fuisse Valentiniani I. munimentum, prope Basileam conditum, nisi magis placeret eorum opinio qui Rhinfeldam esse arbitrantur, decem supra Basileam passuum millibus, quod munimentum Germani Galli quæ Romanum Burgum vocârunt, & breuius Romburg aut potius Raubburg propter prædas, ex Alemania eò comportatas, quod non intelligens Ammianus, vt rarò Romani, Itali quæ Germana vocabula benè aut intelligunt, aut exprimunt, Robur adcolas vocasse, scripsit. Vartensee adiacum sequitur.

Arbor felix.

Præsidij in ea Romani meminit supra memoratus Ammianus cum Gratiani in Pannoniam ex Heluetia describit iter. *Dispositis, inquit, quæ pro temporũ capiti, per Gallicas res nationesq. posebant, Gratianus exinde digressus per castra, quibus Arboris felicis nomen est, ad optulandũ oppressæ parti porrectis itineribus ire tendebat, Liber notitiarum, nō multò post editus, ostēdit in ea fuisse tribunum cohortis Herculiæ, ex Pannonia. Opidi origo Romana, & quidam Constantio Constantini filio attribuunt, victoriæ contra Almannos feliciter partæ tropæum, & inde contra rebelles præsidium, siue ob rerum abundantiam, & copiam ita nominasse. Nam arbores eas dictas felices quæ vberes, &*

fructuo.

De quo supra.

Lib. xxx.
hist.

Lib. xxxi.
hist.

A. D. N.
ccclv.
Ammianus
Lib. xv.

fructuosa vulgò notum, & præclari eruditione viri in suis commentariis retulere. Sed ut nihil certi adferam, multò antiquior mihi videtur, siue ea quæ à Iulio Cæsare, & L. Munatio Planco ad Constantium vsq; contra Germanos, Rhætos quæ perpetua serie illis in partibus gesta sunt, siue Antonini Itinerarium quod ante Constantium fertur cōfectum, consideres. In eo enim Arboris Felicis, non ut nuperi, mentio, ait quæ distare viginti passuum millibus ab vno quoquæ opido Brigantio, & Finibus, quod ita se habet, Nunc Arbonam vocant. Et inde Valafredus, Rapertus quæ superiorem pagi Tigurini partem, vsque ad Abbatiscellanos, pagum Arbonensem nominauerunt.

Burgum.

Vbi Rhenus Venetum lacum siue inferiorem egressus; non procul inde, nostra ripa, vicus est, quem, Burgum nominant, in colliculo situm, eo in loco fuisse R. præsidium contra Hegouientes inde mihi persuadeo, quòd multa ibi R. monumenta, & murorum ingentes ruinae toto eius collis circuitu, & deinceps ad vicum vsq; Eschentz in agris & pratis, veluti fornices subterranei, sola cōcamerata, numi, tegulae varij coloris perspicuntur, & passim eruntur. In ipso templo quod in ipsis, & ex illis castri ruderibus, etiã hæc, licet per lituras tota legi non possit, Caio Cæsari facta inscriptio videtur.

IMP. CAES. CAIVS. PONT.

MAX. TRIB. P. P. ::

::: P. P. PROC. :::

::: ND ::: S.

::: S C :::

nec scio quæ eius principis, aut monstri merita esse poterint, aut in nostrates, aut in illud præsidium, nisi

*Brodens in
miscell. &
Turneb. in
Aduers.*

In eius vita.

patris Germanici memoria, & quia Gallis Heluetiisq; iam à puero notus. Vnde Suetonius de eo. *Sic Imperiū adeptus, populum R. vel, ut ita dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps maxima parti prouincialium, ac militum quòd infantem pleriq; cognouerant, sed & vniuersa plebi urbana, ob memoriam Germanici patris.* In eodem exitu, efficit Rhenus insulam quæ quondam Insula Rheni, postea S. Otmar ob exilium eius sancti viri, eo loco, tolerati, nunc im Verd nominatur, eam pons continenti coniungebat, mittebatque in Germaniam, sicuti ex val-
lis, qui flumine minuente perspiciuntur, adparet, vsque eò se Castrum hoc extendisse putatur, qui postea incensus à Germanis, & burgum vastatum inferius paullo repositus, eiusque commoditate, & ex ruinis Castri Romani Stein opidum ædificatum, quod ipsi è conspectu, altera ripa, situm est. Sunt qui hoc Burgum Gaunodurum antiquum de quo Ptol., esse credidère, non alia ratione ducti, quàm nominis Stein, & Gaun, quod, ut alibi notatum, etiam lapidem, aut præruptum Saxum rupemue significat sed de Gaunoduro nos alibi.

Rhinouium.

Nulla quidem ibi Romana monimenta, sed antiquitatis indicium magnum, situ mirabili. Rhenus enim vbi cataractas maiores perlapsus est, ad eò tortuoso fluxu voluitur, & in tot moerandros, ut duas quidem peninsulas constituat, vnam solo Germanico, alteram Tigurino, sibi mutuo ita coniunctas, ut solus fluuius diuidat. Germanica antiquo nomine Sueuia vocatur. In contraposita opidum Rhinouium, antiquum, & fractum, & paullo infra Augia Rheni monasterium toto Rheno à continenti separatum,

paratum, nisi quantum ponte ex opido neſtitur. Sunt tamē & in Sueuia antiquæ fossæ, valli, murorumq; reliquiæ, quod argumentum facit, à Germanis, Allemannis, Sueuis firmatam & contra Romanos qui Rhinouium tenebant, munitam fuisse, illo maximo tempore, quo duobus exercitibus validissimis eas gentes Iulianus aggressus est; quare perculos, refert Ammianus, plerosq; in Rheni insulas perfugisse, eas Vallo, & cæsis immensis arborum truncis sæpiisse. Reperiuntur vicinis prope Rhinouium campis etiam numi, hominum verò, & equorum ossa passim, & quandoque fossæ oppletæ, quod indicat moras ibi & castra Iulianum, aut Barbetionem ducem habuisse, aut Allemannos cecidisse, & ultra Rhenum repulisse. Augiæ antiquissimum monasterium, & ibi Fundanus Hybernus monachus iam sub Carolo M. sepultus non sine sanctitatis fama.

A. D. N.
ccclvii.

Lib. xvi.

A. D. N.
l^o cccl.*Confluentia.*

Vicus est, eo vbi Arula Rheno coniungitur loco, nomen Romanum. Ipsi talia vocabula indere soliti, vbi fluminum confluxus, corruptè Cobolens. Ita in Germania secunda, opidum ea de causa, nominatū, vbi se Mosella in Rhenum præcipitat. Hic contra Harcinios credibile est habuisse Romanos stationem, nam è regione altera siue dextra ripa opidū Valtshuot, siue custodia Siluæ, in loco fatis munito, & edito, sæpe enim Allemanni ex Harcinia in Romanos hac, aut illa ripa per insidias irrumpebant, qua ratione factum vt vbique vigilias agitarent. Eius hoc nomine, meminit vita S. Verenæ. Hæc, nisi fallor, fuerunt Romana præsidia, nostra ripa, siue Heluetia, contra Germanorum irruptionem. Nam præterea in opidis secun-

dum Rhenum vt Constantiæ, Solio Cæsaris, Foro Tiberij militares excubiæ erant, & plerumq; in iis tribuni, sicuti ex inscriptionibus videre est. Non solùm verò secundum Rhenum, & in Heluetiæ, Germaniæq; limitibus R. Præsidia erant, sed etiam in mediterraneis, & secundum Limagum, Vrsamq; & iuxta illum quidem

Aqua Heluetia,

Lib. I. hist.

aut Castellum Aquarum præsidium habuit, non tamen Romanorum militum, sed Heluetiorum, stipendiis Romanis, auctore Tacito. *Rapuerant*, inquit, de legione Vindonissâ verba faciens, *pecuniâ missam in stipendium Castellî, quod olim Heluetij, suis militibus, & stipendiis tuebantur.* Addidit, *olim*, quòd suo tempore, sub Traiano Imp. desisset aut castrum, vastum bello, quod Cæcina Heluetiis fecit, aut præsidium. Nunc Badâ vocât à thermis quæ paulò inferius opidum oriuntur, Heluetiarum Ciuitatû annis conuentibus etiam, præter salubrium aquarû vsum, celebre. Ab aquis verò incolæ Aquenses nominati, ex inscriptione quæ Vettingæ, alio loco, huius voluminis collocata. Et ob hanc balnearum frequentiam pars illa quæ, Inferior Bada, à situ vocatur, iam Vitellij imperio in municipium excreuerat, & ab eius militibus direpta est, teste eodem Tacito. *Direptus*, inquit, *longa pace, in modum municipij exstructus locus, amæno salubrium aquarum vsum frequens.* Castellum verò, eo vbi nunc est opidum, & quondam arx firmissima, loco, eius antiquitatis erat, vt muri vetustate dilaberentur, quæ causa fuit cur Heluetij obsidionem in eo Vitellianorû tolerare non ausi fuerint, sed se potius in apertum imparati licet, & parum firmi, commiserint cæsiq; fusi, & fugati sint. Vt aliàs videbimus. Iam de

A. D. N.
lxx.

Vin-

Vindonissa

ex eodem Tacito, apertum est, præsidio munitam, & legionum hibernis habitam: ubi rebellionem Ciuilis Bataui, & tumultum scribit. *Cohortium, inquit, alarū, legionum hiberna subuersa, cremataq; ijs tantum relictis, qua Maguntiaci, & Vindonissa sita sunt.* Nec paucorum militum, sed vnus legionis, quæ à loco Vindonissa, à numero vna, & vicesima nuncupabatur. Idē, *Atq; interim vna & vicesima legio Vindonissa: Sextilius Felix cum auxiliarijs cohortibus per Rhatiam irrupere.* De Vindonissa dictum alibi. Sed primam apud Vrsam fuisse militum custodiam arbitror eo in opido quod

Lib. 4. hist.

Bremæ arte

vocatur, indeq; nomen ductum, quasi prima guardia, decem scilicet supra Vindonissam passuum millibus. Nam si loci situm, firmitudinem, vbertatem, amœnitatem spectes, nullum dubium erit, quin Romano cultu fuerit paratum. Illud flumen Vrsa, vt circino circumductum, penè totum cingit, ad surgente sensim eo, in colliculum, qui quæ planiciem ducit, fossa clauditur, & præcipitio, eius regionis, cui liberæ præfecturæ nomen, caput. Fuerunt & apud Antuates cohortium, & legionum hiberna, de quibus meminit Cæsar. Vnde & illa Poetæ scribentis eos qui Cæsarem ad bellum ciuile secuti,

Commen. 3.

Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Sed quibus fuerint locis non satis exploratum est. Ego opidum illud quod

Lucanus
lib. 1. Ph.

Ale

vocatur, vnū ex iis fuisse crediderim, indeque nomen ab

A. D. N.
 clv b.
 xxciv.

equitum alis, quæ ibidem consistebant, opido quoque duæ Romanæ, pro insignibus, aquilæ, in eâ formâ, qua ad vexilla utuntur. Pagum verò opido vicinum luerno nominatum ad colis, commemorabili ruina proximi montis, cum terra mouisset, superioribus annis expressum, cum ducentarum amplius ædium, villarumque strage, hominum verò numero maximo, sed incomperito, nomen ab hibernis seruare apud me certum habetur. Equitatu verò in Antuatibus versus Veragros, & summas Alpes non alia regio aut patentior, aut ad pascua copiosior, quam quæ circum Alas. Vicum cum qui

Calorona

Antiquis dictus, nunc Clerolle, inter Viuiscum, & Lollannam nundinis, & hominum frequentia adhuc celebris, præsidium habuisse paulò certius est, si libro Noticiarum fides. In eo enim tribunum, & cohortem locat. *In prouincia*, inquit, *maxima Sequanorum Tribunus cohortis prima Flauia Calorona Sabaudia*. Ex qua quidem memoria, Sabaudia nomen, quod nonnulli à Sabatiis Ligurum gente, alij aliunde trahunt, iam tum notum, & eas partes occupasse, & deinceps ad Auenticensem pagum deductum esse, ex illa quam supra in Ebroduno posuimus inscriptione, satis animaduersum est. Alia fuerunt apud Veragros, & Rauracos Romana præsidia, de quibus, vbi de vtraque gente, plura. Nam quæ deinceps secundum Lemannum Rhodanumque sunt apud Antuates, prope Equestres, & Equestrium colonia occupauêre.

De præfectis, & præfecturis in Heluetia R. sine
Procuratoribus.

C A P. XII.



Verunt quoque in Heluetia Præfecti, aut Procuratores Romani, quos in disquisitionem vocemus, &, quæ eorum ratio fuerit, inuestigemus oportet. *Præfectura*, inquit Festus, *ea adpellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundina agebantur; & erat quadam earum respublica, neq; tamen suos magistratus habebant, sed legibus præfecti mittebantur quot annis, qui ius dicerent.* Hæc præfecturarum R. ratio fuit, dum respublica R. Vbi ea mutauit, & in vnius potestatem venit, præfecturarum quoq; vt aliorum officiorum mutatio facta. Augustus quidem cum deponere Imperium simulasset, hoc primò consecutus est, vt ei confirmaretur. Sed vt sic quoque popularis animi aliquam sibi opinionem pararet, prouincias se omnes gubernaturum negauit, sed quæ periculis vicinæ, & hostibus, aut per se turbulentiæ: pacatiores, & quæ militibus non egerent populo & Senatui relicturum. Principis hæc astutia fuit. Vnde Dio *Id faciebat, sub hac maximè ratione, vt cum Senatus tuò bonis Imperij perfrueretur, ipse periculis, & laboribus obiectus videretur: at sub eo prætextu eum verè incertum, imbellemq; efficiebat, & ad se solum arma, militesq; transferebat.* Ita prouinciarum diuisio facta, vt aliæ Senatus, aliæ Senatus, & P. R. essent. Cæsaris inter ceteras Galliæ primò vniuersæ, Narbonensem postea populo reddidit. In eas præfecti missi, qui pro prætoribus, & eorum loco illas administrarent. Nec solùm singulis prouinciis præfectos constituit, sed etiam vrbibus, plerumque ex equitum

*Præfectura
finitio.*

*Dio lib. lxxx.
hist.*

*Prouinciã
diuisio
Strabo hæc
pluribus
lib. 4.
Galliæ vn-
uersæ Cæsa-
ri Augusto
attributa,
excepta Nar-
bonensi.
In eas præ-
fecti, pro-
prætoribus
missi.*

numero & ex iis qui tribuni militum fuissent, aut Senatores essent. Dio *At Equitum Imperator eos qui tribuni militum, aut in Senata essent, alijsuè rebus prestarent, partim ad mœniorum Roma, partim ad aliarum urbium tutelam constituit.*

Curatores
Caesaris in
omnibus
provinciis.
Eodem lib.
Procurato-
rum aut Cu-
ratorum of-
ficium.
In eiusdem
vita.

Lib. 4.
Annal.

Lib. LVII.

Eorum ius,
& potestas
per Clau-
dium Caf.
ampliata.
In Claudio.

Curatores verò siue procuratores, in suis, & Populi provinciis præfecit, cuius illi ordinis, & officij declarat idem Dio. *Imperator, inquit, etiam Curatores, sic ij vocantur qui publicos redditus colligunt, certasq; impensas faciunt, in omnes provincias suas, & P. R. exquisitis, alios, alios ex libertis mittit.* Tacitus de Agricola *Vtrumq; auñ habuit procuratorē Caesaris, quæ Equestris nobilitas est.* Et primò Curatorū hoc munus fuit, redditus scilicet, & tributa, aliaque quæ ad fiscum, colligere, aut erogare, cetera planè priuati erant, nec alia ijs, quàm in seruitia, & pecunias Imp. familiares potestas. Notum ex Tacito eodem, *Procurator, inquit, Asia Lucilius Capito, accusante provincia causam dixit, magna cum adsceratione principis Tiberij, non se ius, nisi in seruitia, & pecunias familiares dedisse, quòd si vim prætoris v'surpassi, manibusq; militum vsus foret, spreta in eo mandata sua, audirent socios.* Ius tamen etiam inter priuatos dixisse, auctor Dio, vbi de eodem Capitone sermo. *Capitonem Asia Curatorem in Senatum introduxit Tiberius, obiciensq; inter alia crimina, quibus se imperatorem tulisset, militibus vsus fuisse, in exilium misit. Neq; enim ijs qui pecunijs tractandis Imperatoris erant constituti, præter definitorum reddituum exactionem, & controuersiarum in foro secundum leges, priuatorum modo, disceptationem quidquam concessum erat.* Demum Claudius eorum ius, & potestatem ampliavit, vtq; in provinciis eorum decreta proinde rata essent, ac si ipse statuisset impetrauit. Suetonius, *vt rata essent quæ Procuratores sui in iudicando statuerent à Senatu precario exegit.* Tacitus. Eodem

anno,

anno, sapius audita vox Principis, parem vim habendam à procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Ac ne fortuito prolapsus videretur, Senatus quoq; consulto cautum plenius, quàm antea & uberius. Ita non solum in re pecuniaria, & quæ fisci propria essent, sed etiam in crimine, & causâ capitis ius exercere cœperunt, Præsidium exemplo, qui deinde pro discrimine, & notâ, apud Iureconsultos Procuratores, vice præsidis dicti, aut cum potestate. Ea potestas cum accinctu gladij permittebatur. *Neg. enim!*, inquit Dio *vlli proconsuli, aut propratori, præfectouè licebat gladio se accingere: quo ipso licentia necãdi militis adimebatur. Nãm & Senatoribus, & equitibus, quibus alterum conceditur, alterum quoq; adest.* Imò quibusdam prouinciis, quæ videlicet minutiores essent, non alij, quàm procuratores pro præfectis, suadere videtur Tacitus qui etiam eorundem quasdam recenset. *Dux Mauritaniam, inquit, Rhetiam, Noricum, Thraciam, & quæ alia procuratoribus cohibentur.* Quæ Heluetiæ ratio fuerit ex scriptoribus priscis haut proinde certum. Quosdam tamen in Heluetia procuratores fuisse, qui & tributû, siue censuum curam haberent, & causas simul capitis cognoscerent, seu de Romanis militibus, aut hominibus, non de Heluetiis, qui liberi, & suæ potestatis, iudicarent, inscriptiones ostendunt, & Martyrum gesta. Donati, cuiusdam tempore Augusti memoria in fragmine lapidis Villariæ relicta est.

DONATO CAES. AVG.
SALVIANO EXACTORI
TRIBVTORVM IN HELV³
COMMVNIS VICARIVS,

Lib. 12. An.

L. II. C. de
Pen. l. 3. C.
vbi causi.
fif. alibi.
Gladii acci-
nctu pote-
tas in vitam
concessa.

Lib. 1. hist.
In quibusdã
Prouinciis
non alij quã
Curatores,
pro præfectis.
Procuratores
in Heluetia.

Duo in Hel-
uetia Procuro-
ratores, aut
Præfecti.

A.D.N.
cclxxxviii

Zosimus lib.
2. Onuph.
de Comitibus
R.

Aurelij Proculi maximæ Sequanorum, in qua Heluetiæ pars, vt diximus procuratoris, cui Vitoduri restitutio cōmendata fuerit, mentionem ex epigrammate pariter superiùs intulimus. Duos verò in Heluetia Procuratores fuisse arbitror. Vnum, qui idem Rhætis, & Tauriacis, siue pago Tigurino præfuerit, alterum qui in reliqua Heluetia potestatem, & iurisdictionem habuerit. Argumentum summo ex martyrio Thebæorum militum, qui, eodem tempore, duabus his Heluetiæ partibus, sub diuersis præfectis, siue procuratoribus mortem obiisse dicuntur. Namque Ursus, & Victor cum sociis Salodori sub Hirtaco: Eodem tempore, Felix, Regula, & Exsuperantius Tauregi, quæ Tigurini pagi caput, sub Decio præfecto aut procuratore corona martyrij donati sunt. In Gallia reliqua pro prouinciarū amplitudine, & dignitate præfides, aut pariter Procuratores fuere. In Narbonensem, quia populo recepta, Prætores missi. Alius Lugduni, Treueris, alibi, ceteris in prouinciis & vrbibus. Nam cum antea toti Galliæ, & pluribus prouinciis singuli mitterentur prætores, aut procōsules, Augusti instituto singulis prouinciis singulos præficere mos obrinuit. Dio. *Recensui*, inquit, *Prouincias, hoc modo, quoniam nunc earum quæuis suum habet peculiare præfectum, cum antiquitus binis, vel ternis singuli præfuerint.*

Constantius M. vt orbem terrarum noua forma distribuit, ita quoque officiorum mutationem induxit.

De moribus & consuetudinibus Gallorum, & ita Heluetiorum antiquis, tum eorum cum Germanis accurata comparatio.

C A P. XIII.



Nomni Gallia, inquit Cæsar, eorum hominum qui in aliquo sunt numero genera sunt duo Druides alteri, alteri equites, hi militaria, illi diuina procurant, & humana, plibs panè feruorū habetur loco: in reliquis vite institutis hoc fère à reliquis differunt, quòd suos liberos nisi cum adoleuerint, ut munus militia adimplere possint, palam ad se adire non patiuntur, filiumq; in puerili etate in publico, in conspectu patris assistere turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine receperunt, tantas ex suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant. Huius omnis pecunia coniunctim ratio habetur, fructusq; seruantur. Vter eorum vita superaue-rit, ad eum pars utriusq; cum fructibus superiorum temporum peruenit. Viri in vxores, sicuti in liberos, vita necisq; habent potestatem, & cum paterfamilias, illustriori loco natus, decessit, eius propinqui conueniunt, & de morte si res in suspicionè venit, de vxoribus in seruirem modum, quæstionem habent, & si comperitum est, igni, atq; omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica, & sumtuosa, omniaq; qua viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paullo supra hanc memoriam, serui, ac clientes, quos ab eis dilectos esse constabat, iustis funebribus confectis, vna cremabantur. Qua Ciuitates commodius suam remp. administrare existimantur habent legibus sancitum, si

Comm. vi.
Duo hominum ordines in Gallia
Druides & equites, & utriusq; munus.
Morum differens in Gallorum à reliquis nationibus.

Frustra ergo magnus ille legum conditor Iustinianus qui id Romanis pro prium adserit.
Idem de Germanis Tacitus, & de aliis nationibus, alii scriptores.

quis quid de repub. à finitimis rumore, aut fama accepit, uti ad magistratum deferat, ne vè cum quo alio communicet, quòd sæpe homines temerarios, atq; imperitos, falsis rumoribus terreri, atq; ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus que visa sunt occultant, quæq; esse ex vsa iudicauerint, multitudinè produnt. De republica nisi per concilium loqui non licet. Alibi quantum ad hunc morem pænè contrarium tradidit. Est hoc, inquit, Gallica consuetudinis, uti & viatores, etiam inuios, consilere cogant, & quid quisq; eorum, de quacumque re, audierit, aut cognouerit, querant, & mercatores in opidis vulgus circumstet, quibusq; ex regionibus veniant, quasq; ibi res cognouerint, pronuntiare cogant. His rebus, atque auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineunt, quorum eos è vestigio pœnitere necesse est, cum incertis rumoribus seruiant, & plerique ad voluntatem eorum facta respondeant. Germani multum ab hac consuetudine differunt. Hæc Cæsar. Strabo verò iisdem propè moribus, institutisque egisse Gallos, Germanosque memoriæ consignauit, de Gallis differens. Sed quales, inquit, diximus superioribus temporibus, tales eos fuisse intelligimus, ex Germanorum adhuc durantibus consuetudinibus. Nam & natura, & vitæ institutis gentes hæc inuicem similes sunt, & cognate, consinem habitantes regionem, Rheno diuisam, & pleraq; inter se similia habentem. Alio loco eadem expressius tradidit, vbi & Germanorum nomen ab hac morum communione ductum adserit. Statim ergo, ait, trans Rhenum post Celticæ populos Orientem versus sita loca Germani incolunt, à Gallis parum differentes, si feritatis, corporum magnitudinis, & fului coloris excellentiam spectes, sed & forma, & moribus, & victu ad similes sunt Gallorum, de quibus di-

ximus.

Lib. IV.
Geog. Ant.
tigni Ger-
mani, Gal-
liq; similes.

Lib. VII.

ximus. Itaq; recte mihi videntur Romani hoc nomen eis indi-
 disse, cum eos fratres esse Gallorum vellet ostendere. Sed inde
 de quoque migrationes faciliores fuisse ex Gallia in Ger-
 maniam, & vice versa, idem arbitratu est Strabo. *Iisdem*,
 inquit, *de causis migrationes etiam facilius ijs acciderunt,*
cum gregatim, ac ex omni collecta multitudine exercitus fere-
rentur, imò potius cum omni familia migrarent quoties ab
aliis validioribus pellebantur. Sed non erit iniucundum,
 credo, Gallorum hos, Germanorumque mores inter se
 paucis ex scriptoribus comparasse, quando qui Helue-
 tiam nunc tenent populi ex Gallis & Germanis mixti sunt,
 adeoque utriusque gentis mores, ferè adhuc retinent. Cor-
 nelium Tacitum qui de Germania cum cura scripsit, ubi
 Germanorum mores proponemus, sequemur auctorem,
 Gallorum ex variis educeamus. Et quòd primò tradit Cæ-
 sar in Deorum cultu, & sacrificiis differre, alio loco osten-
 demus non ita esse. Incipit verò Tacitus de Germanis di-
 sputans: *Fuisse & apud eos Hercule memorat, primumq; omnium*
virorum fortiss. ituri in praelia canunt. Sunt illis hæc quoque
 carmina, quorum relatu, quem barditum vocant, accendunt
 animos futuræq; pugna fortunã ipso cantu augurantur. terrent
 enim, trepidantq; prout sonui acies. Nec tam vocis ille, quàm
 virtutis concentus videtur. affectatur præcipuè asperitas soni,
 & fractu murrur, obiectis ad os scutis, quo plenior, & gravior
 vox repercussu intumescat. De Gallis Liuius contra Anniba-
 lem pugnantibus. Galli, inquit, *occurant in ripam, cum va-*
riis ululatibus, cantuq; moris sui, quatientes scuta super capita,
vibrantq; tela. Polybius scribens præliu L. AEmilii contra
 Gallos. Terribilis erat classicorũ sonitus, cū quib. simul omnis
 Gallorũ multitudo tantu clamore, ululatuq; attollebat, ut in-
 credibilis vociferatio audiretur, nec tubæ soliam, militesq; veru

Germano-
 rum nomen
 unde du-
 ctum.
 Lib. II

Gallorum, &
 Germano-
 rum quoad
 mores com-
 paratio.
 Hercule
 fuisse in Ger-
 mania.

Carmina in
 præliis, &
 inde augu-
 ramena Ger-
 manorum.
 Lib. XXI.
 Itemq; Gal-
 lorum.
 Lib. II.

Lib. vi.
Biblioth.

Herculem
quoq; in Gal-
lia fuisse.
In Dialog.
Lib. vi.
In Celtico
Lib. xv. hist.
Habitus Ger-
manorum.
Lib. ii.
Gallo. iii.

Lib. xxx.
viii.
Comm. ii.

Lib. xxii.

etiam circumstantia omnia loca vocem emittere viderentur. Diodorus Siculus. Instructam aciem praire consueverunt, & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare, arma, ut hostem terreant, quatientes. Cum quis strenue in acie pugnavit, tum maiorum, tum suas laudes, ac virtutes decantant, alio loco. Adspectu sunt terribiles, voce graui & aspera, sermone viuunt breui, ac subobscuro. Herculẽ in Gallia fuisse, præter Lucianum, Diodorus, Appianus, Ammianus, alij tradiderunt. Tacitus de Germanorum habitu. Habitus corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces, & ceruli oculi, rutila comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida: laborum, atq; operum non eadem patientia, minimeq; æstum, suiimq; tolerare: frigora, atq; inediã cælo, soloq; adsueverunt. Polybius de Gallorum robore, & proceritate Hominum verò tanta copia, ea proceritas, ac pulcritudo corporum, tantum in bellicis rebus robur, & fortitudo, ut facilius sit, id ex eorum rebus gestis quàm ex cuiusquam oratione credere. Liuius de eadem gente. Procera corpora, promissa, & rutilata comæ, vasta scuta, prælongi gladij. Cæsar. Nam, plerumq; omnibus Gallis, præ magnitudine corporum suorum, breuitas nostra contemptui est, Polybius idem de impetu Gallorum, & rurtum mollitia. Hi, tribuni, quod ex superioribus pugnis animaduertent Gallorum gentem, primo impetu, acerrimè dimicare, mox verò labascere, atq; confringi. Alio loco. Galli irapotius, atq; impetum mouentur, quàm ratione. Liuius notans Annibalis iter, ex Insubria, per Etruriam, Hispanos & Afros, inquit, & omne quod veterani erat robur exercitus, admixtis ipsorum impedimentis, nec ubi consistere coactis, necessaria ad vsus deessent. primò ire iussit, ut Gallos, ut id agminis medium esset, nouissimos tre equites, Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen

maximè Gallos, si tædio laboris, longæq; via, ut est mollis ad ta-
lia ea gens, dilaberentur, aut subsisterent cohibentem. Eadem
iisdem propè verbis tradiderat Polybius, vnde exscripsit; &
transtulit Post alios, Afros, & Hispanos, Gallos collocavit, no-
uissimè i quietes posuit, quibus præfecit Magonem fratrem, ob
id maximè, ut Gallos, si tædio laboris, ut sunt molles, & effemi-
nati, referrent gradum, præsidio equitum cohiberent. Dio.
Quin etiam qua contra ferocem animum, & temerarium im-
petum Gallorum opponeretur, prudentia Caesaris reperita est.
Et ipse Cæsar. Nam, ut ad bella suscipienda Gallorum alacer,
ac promptus est animus, sic mollis, ac minimè resistens ad cala-
mitates præferendas mens eorum est. Liuius de Gallis, Gens
est, cui natura corpora, animosq; magna magis, quàm firma de-
derit. Eo in certamen omne, plus terroris, quàm virium ferunt
Orosius. quarta die, rursus producta in campum acies, vsq; ad
meridiem panè pari pugna uere discrimine. Post, ubi, incalef-
cente sole, fluxa Gallorum corpora in modum niuium distabu-
erunt, vsq; in noctem cedes potius, quàm pugna protracta est.
Tacitus de Germanorum armatura. Rari gladijs, aut ma-
ioribus lanceis utuntur, hastas. vel ipsorum vocabulo frameas
gerunt, angusto, & breui ferro, sed ita acris, & ad usum habili,
ut, eodem telo, prout ratio poscit, vel comminùs, vel eminùs
pugnent, Et eques quidem scuto, frameaq; contentus est, pedes
tes, & missilia spargunt, pluraq; singuli, atq; in immensum vi-
brant, nudi, aut sagulo leues. Nulla cilius tactatio, scuta tan-
tùm lectissimis coloribus distinguunt: paucis lorica, vix vni,
alteri uè cassis, aut galca.

Paullò ab his diuersa de Gallis Strabo. Armatura illis
pro corporum proportione gladius longus ad dextrum* depen-
dens latus, scutum longum, lancea pro proportione, & matra, &
tragula genus, nonnulli etiam arcubus utuntur, & fundis Ha-

Lib. III.

Lib. XXX
VIII.

Lib. V.

Lib. V.
cap. XVI.Germano-
rum arma-
tura.Pfriem.
Quod in eam
formam ef-
sent, uti qui-
dam nunc
quoq; utun-
tur.

Lib. IV.

Itemq; Gal-
lorum. mili-
tes Romanos
latere dextro
gladio accin-
ctos fuisse
Polyb. auct.
& testis
lib. 6.

bent & lignum pili forma, quod non amento, sed manu torque-
 sur, longius etiam, atq; sagitta. Eadem distinctius Diodorus.
 Scutum ferunt, Gallis ad staturam hominis longam, proq; libito
 cuiusq; ornatum. quidam in scutis animalium formas areas
 paulum eminentes gestant, & ad ornatum, & ad tutelam cor-
 poris fabricatas, area galea caput muniunt, paulum eminen-
 tiore, in qua, aut cornua impressa sunt, aut avium, aut quadri-
 pedum effigies sculpta. Thorace ferreo utuntur: quidam ar-
 mis à natura datis nudi pugnant. Pro ensibus ferreas Spathas
 habent oblongas, area catena à dextro latere dependentes.
 Taculis insuper bellant, qua illi lanceas vocant, ancipiti ferro,
 cubiti, aut amplius longitudinis, paulo minus palmis duas
 bris lato. Enses hauri minores sunt, quam apud ceteros venabula,
 ac venabula sunt mucrone, quam sit Ensis, minore,
 Hos tum rectos habent, tum incuruos, non solum ad cedend-
 dum corpora, sed etiam ad perforandum aptos. Nudos etiam
 pugnasse Gallos meminit Polybius. Terribilis etiam praece-
 dentium nudorum hominum aspectus. Magna enim, & nuda
 corpora, & bellici quidam motus sub clipeis miraculo simul, &
 formidini erant. Alibi. Harum gentium adpectu, specie ipsa,
 ac monitate rei terribilis videbatur. Galli supra umbilicū nudi
 pugnant. Hispani lincis purpura praetextis, ac candidissimis
 tunicis praeliabantur. Tacitus quales Germanorum fuerint
 reges, & quæ eorum potestas, Reges ex nobilitate, duces ex
 virtute sumunt. Nec regibus infinita, aut libera potestas. Et
 duces exemplo potius, quam imperio, si promii, si conspicui, si
 ante aciem agant, admiratione praesunt. Strabo de Gallis
 Pleraq; earum respublica, ab optimatibus gubernantur. Anti-
 quitus unum quotannis principem, itemq; unum belli ducem
 multitudo deligebat. Tacitus de magistratuum apud Ger-
 manos auctoritate. Ceterū neq; animadvertere, neq; vincere,
 neq;

Videtur de-
 scribere, quae
 hodie ala-
 bardae vo-
 cantur.

Tales sunt
 adhuc no-
 strorum Hel-
 uetiorum.
 Lib. II.
 Lib. III.

Germano-
 rum reges,
 & eorum
 potestas.

Gallorum.
 Germano-
 rum magi-
 stratum
 auctoritas.

neq; verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec iussu ductis, sed velut Deo imperante. Cæsar de Druidibus, qui Gallorū Sacerdotes. De omnibus controuersis, publicis, priuatisq; constituunt, & si quod est admissum farinus, si cades facta, si de hereditate, de finibus, controuersia est, iidem decernunt, præmia, pœnasq; constituunt. Eadē Strabo & Diodorus tradidēre. Tacitus de eadē Germanorū gente.

Gallorum.

Quod præcipuū fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuncum facit, sed familia, & propinquitates, & in proximo pignora: Vnde feminarum ululatus audiri, vnde vagitus infantium. Hi cuiq; sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt, nec illa numerare, aut exsugere plagas pauent, cibosq; & hortamina pugnantibus gestant. Memorie proditum est quasdam acies inclinatas iam, & labantes, à feminis restitutas, constantia precum, & obiectu pectorum, & monstrata comitūs captiuitate, quam longè impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo vt efficacius obligentur animi Ciuitatum quibus inter obsides puella quoq; nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid & prouidum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. De Gallicarum mulierum Ambronum virtute, & ferocia, Plutarchus grauius, eo loco, vbi prælium, quod cum illa gente Marius Cos. habuit, narrat. Multi horum, Ambronū, quibus immixti Tugini Heluetij, vt ex Strabone manifestum, in ripa riuu sese impellentes cæsi, flumenq; cruore, & cadaveribus repleuerunt. Eos qui transmiserant Romani frontem conuertere non ausos in hostes, usque in castra, & plaustra effusos conciderunt. Ibi occurrentes cum gladiis, & securibus femina horrendo, & truci stridore iuxta infuquentes, & sequentes incurrebant: In hos, vt hostes,

Germanice
fortitudinis
incitamentis.Germana-
rum femi-
narum vir-
tutisIdemq; Gal-
larum.
In Mario.
Lib. IV.

Lib. V. cap.
xvi.

Cruelitas
Romanorum

Miserabilis
clades.

Libell. de
virtutibus
mulierum.

in illos, ut proditores: quæ intermixta pugnantibus, nudis manibus, scuta Romanorum, detrahebant, ac gladios prehendebant, vulneraq; ac corporum dissectiones perpetuebantur, ad extremum animis inuictæ. Orofius de mulierum cōstantia, hac in pugna, sic quoq; memorauit. *Mulieres, inquit, eorū Ambronum, constantiore animo, quàm, si vicissim consuluerunt consulem, ut si inuiolata virginitate, virginibus sacris, ac dijs seruiendum esset, vitam sibi reseruarent. Itaq; cum petita non impetrassent, paruulis suis ad Saxa collis, cuncta sese ferro, ac suspendio peremerunt.* Vbi verò prælium illud vitimū narrasset, quo Cimbri, & eorum socij Galli, internicione interfecti sunt, addit. *Mulieres grauiorem penè excitauère pugnam, quæ plaustris, in modum castrorum, circum instructis, ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulère Romanos. Sed cum ab his, nouo cadis genere, terrentur: Abscisus enim cum crine* verticibus, inhonesto satis vulnere, turpes relinquebantur, ferrum, quod in hostes sumserant, in se, suosq; verterunt. Namq; alia concursu mutuo iugulata: alia, apprehensis inuictæ faucibus, strangulata; alia funibus per equorum crura conseratis, ipsiq; continuo equis exstimulatis, postquam suas, iisdem funibus, quibus equorum crura nexuerant, indidère ceruices, protractæ, atq; exanimata sunt; alia laqueo de subrectis plaustrorum temonibus pependerit. Inuenta est etiam: quedam, quæ duos filios, traictis per colla eorum laqueis, ad suos pedes vinxerit, & cum se ipsam suspendio morituram demississet, secum traxerit occidendos.*

De mulierum apud Gallos opinione, & prudentia idem Plutarchus auctor. *Celta, inquit, antequam Alpes transgressa Italiae cam obtinerent: partem quam nunc incolunt, à graui, & implacabili discordia in bellum inciderunt ciuile. Mulieres autem inter media arma progressæ, cognitis controuersis, tam dextrè*

dextrè eas, & inculpate diudicauerunt, ut admirabilis earum ex arbitrio, amicitia omnium, cum omnibus, per urbes singulasq; familias existerit. Itaq; in posterum à Celtis mos seruatus est, ut consultationibus de bello, & pace mulieres suas adhiberent, & lites, cum socijs ortas, earum opera disceptarent. Quare etiam in suo foedere quod cum Annibale iecerunt, scripserunt, SI CELTAE HABERENT QVO NOMINE CARTHAGINIENSES ACCVSARENT. IVDICIVM FORE CARTHAGINIENSIVM DVCVM, AC PRAEFECTORVM IN HISPANIA: SI VERO CARTHAGINIENSES CELTIS ALIQVID OBICERENT CAVSSAE COGNITIONEM FVTVRAM PENES CELTARVM MVLIERES.

Tacitus de Germanis. *Auspicia, sortesq; ut qui maximè obseruanti.* Diodorus de Gallis. *Vtuntur insuper diuinatoribus, qui apud eos cum & auguriis, & Sacrificiis futura praedicant, plurimi aestimantur, omni eis obtemperante plebe.* Tacitus de Germanorum conuentibus. *Coeunt, nisi quid fortuitum, & subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspiciatissimum credunt initium. Nec dierum numerum, ut nos, sed nocturnum computant. Sic constituunt, sic condicunt, nox ducere diem videtur. Considerunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum & coercedi ius est, imperatur.* Caesar de Druidibus penes quos rerum iudicatio, & arbitrium. *Iti, certo anni tempore, in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considerunt, in loco consecrato, huc omnes undiq; qui controversias habent, conueniunt, eorumq; iudiciis, decretisq; parent.* Alio loco, ubi etiam causam reddit quare nox ante diem, praefuerit Gallis. Galli, inquit, se omnes ab Dite patre progenatos praedicant, idq; ab Druidibus proditum dicunt. ob eam causam spatia o-

De Germanorum auspiciis, & Gallorum. Germanorum conuentus.

Gallorum.

Nobilitas
Germano-
rum anti-
qua.

Lib. II. Gal-
lorum.

Comm. 111.
Mansit nome
Soldner, licet
virtus ab-
oleuerit.

Lib. IV. d'ip
nosiph. &
Alex. lib. 1.
cap. XXVI.
Genal.

mnis temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt, & dies natales, & mensium, & annorum initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur. Tacitus nobilitatis Germanorum rationem faciens. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur, magnaq; & comitum emulatio, quibus primus apud principem suum locus, & principum cui plurimi, & acerrimi comites. Hac dignitas, ha vires magno semper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuiq;, sed apud finitimas quoq; ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero, ac virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus, & muneribus orantur, & ipsa plerumq; fama bella profligant. Polybius de Gallis. Amicitijs comparandis maximum quisq; studium adhibebat. Quippe is maximè pollens inter eos putabatur, qui quamplurimis colebatur. Tacitus de Germanis, Cum ventum in aciem turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaequare. Iam verò infame in omnè vitam, ac probrosum superstitem principi suo, ex acie, recessisse. illum defendere, tueri, sua quoq; fortia facta gloria illius adsignare praecipuum sacramentum. Caesar, vbi Solduriorum apud Gallos mentionem intulit. Alia ex parte opidi Adiantuanrus qui summam imperij tenebat, cum L. C. deuotis, quos illi Soldurios adpellant, quorum haec est condicio, ut omnibus in vita commodis, vnà cum his fruantur, quorum se amicitia dediderint. Si quid ijs per vim accidat, aut eundem casum vnà ferant, aut sibi mortem consciscant, neq; adhuc hominum memoria reperitus est quisquam, qui, cointerfecto, cuius se amicitia deuouisset, mori recusaret, eruptionem facere conatus, &c. Horum meminit etiam Athenaeus, qui etiam melius ad hodiernum nomen Silodunos nominat. Caesar de Germanorum hospitalitate. *Hospitalitas*

fas non putant, qui quag, de causa, ad eos perueniunt, ab iniuria prohibent, sanctosq, habent, ijs omnium domus patent, vitusq, communicatur. Diodorus de Gallis. Hospites, inquit, ad epulas vocant, qui sint, qua caussa venerint, post cenam rogantes. Tacitus de ebrietate, & rixis Germanorum Diem, noctemq, continuare potando nullum probrum. Crebra, ut inter vinolentos rixae, raro conuicijs, sapius cade, & vulneribus transiguntur. Eadem de Gallis Polybius tradidit. Orta inter eos seditio, pro diuisione prae, usq, eò processit, ut non solum prae, verum etiam imperij magnam partem perdiderint, quod frequenter accidere Gallis consuevit, ob immoderatas eorum crapulas, atq, ebrietates. Diodorus Consueuerunt quoq, Galli sumto cibo, ad verborum, prout casus intulit, concertationem venire, surgentesq, ex provocacione certare inuicem, nulla habita vite cura. Germanorum aedificamenta, his verbis, consignauit Tacitus. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis, & coherentibus aedificijs. Ne cementorum quidem apud illos, aut regularum usus. Materia vtuntur informi, & citra speciem, aut delectationem. Gallorum Polybius. Villas habitabant nullis scptas mœnibus, ad paratum prorsus omnium expertes erant. Itēq; Strabo. Domos ex tabulis, & cratibus constituunt rotundas, magno composito fastigio. Quae fuerit Germanorum potio & victus his quoq; verbis notauit Tacitus. Potui humor ex ore deo, aut frumento, in quadam similitudine vini corruptus. Proximi ripae & vinum mercantur. Cibi simplices; agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine adparatu, sine blandimentis expellant famem: aduersus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, suggeredo quantum concupiscunt, haud minus facile vitijs, quam armis vincuntur. Diodorus Gallorum victum his pariter connumerauit. Deniq, tanta est aeris frigiditas, ut neq, vinum ea regio, neq, oleum producat. Quare coacti homines

Germanorum hospitalitas. Et Gallorum De ebrietate & rixis vtriusq; gentis.

De eorum aedificamentis.

De victu & potu.

Hydromeli,
Mect.

Homerus
Iliad. 7.
Ach. lib. 1.

De vestitu
& cultu.

Talē vesti-
tus Helue-
biorum pau-
cus ante an-
nis, nunc
quoq; apud
paucos senio-
res. Nūm de
lxxi ex Gal-
lia transpor-
tato nihil
attinet me-
morare.
Vnde Gallia
Bracata.
Germani
Bruch.
vocant.

potum sibi ex ordeo comparant, quem Zythum adpellant, aqua etiam, qua lauant fauū mellis, vtuntur. Vtino præter modum ad eò delectantur, vt à mercatoribus importatum purum bibant, nūm q; potu ebrii, aut in somnum incidant, aut in insaniam. Strabo eadē de gente. Cibus plerumq; cum lacte est, & omnis generis carnibus maximè suillis, cum recentibus, tum salutis. Diodorus alibi. Iuxta eos ignes fiunt, in quibus olla sunt, & verua plena carnibus. Viros bonos melioribus carnibus honorant, quæ admodum Poeta Ataci scribit impensum ab optumatis honorum, quando, singulari certamine, Hectorem vicit. Tacitus de Germanis Lauti cibum capiunt, separata singulis sedes, & sua cuiq; mensa Strabo de Gallis. Sedentes in toris cibum capiunt. Diodorus tamen non in toris, aut sedibus ad cubuisse Gallos, sed humi, prodidit. Canant, inquit, sedendo omnes, non in sedibus, sed in solo, super luporam, aut canum stratis pellibus, ministrant eis pueri iuniores, atate tenera. De vestitu, & cultu Germanico Tacitus tegumen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina, confertum. Cetera in lectu totos dies iuxta forum, atq; ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non stuitante, sicuti Sarmata, aut Parthi, sed stricta, & singulos * artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles: proximi ripe negligenter, vt quibus nullus per commercium cultus, vltiores exquisitijs. Diodorus de Gallis. Vestes in tonsas ad terrorem, & varij coloris gerunt quas illi braccas vocant. Sagula gestant virgata: & Virgilius virgatis lucent Sagulis Iam quæ præterea de Gallorum ingenio addit Strabo, eadem in Germanos conuenere. Vniuersa hæc, inquit natio, quæ Gallica nunc, siue Galatica vocatur, bellicosa est, & ferox, & ad pugnam prompta, ceterum ingenio simplici, ac nulla malignitate deuincto. Itaq; iritati ad pugnam confertim, & palam coeunt, idq; incircumspecte, quo fit, vt facile circum-

uenian-

ueniantur, si quis calliditate bellica uti velit aduersus eos facile enim quando, & ubi uolet, & quacumq; causa obiecta, eos lacefitos ad praelium conferendum elicerit, nulla prater vim, & audaciam re instructos. Violentiam partim a corporum mole habent, partim à multitudine. Ac facile coeunt, magno numero, ob simplicitatem, & libertatem, semper indignationem suscipientes pro vicinis iniuria se adfectos putantibus. Sed hæc demonstrasse sufficiat, & contulisse. Satis enim inde apertum est haut multum inter utriusque gentis Gallorum, & Germanorum mores antiquitùs discriminis fuisse, ut rectè Strabo contra Cæsarem eosdem existimaret. Nunc pauculæ quædam quæ Gallorum propria, & singularia videntur, subiiciamus. De ornatu eius gentis addit Strabo. *Simplicitati eorum & ferocia, multum adest stoliditatis, ac arrogantia, & ornatus studii. Gestant enim aureos circum colla torques, & circum brachia, ac manûs cum brachio commissuram brachialia, & qui honores gerunt, ii vestes tintetas, atq; auro variegatas usurpant. Ob hanc leuitatem, & intolerabiles sunt, ubi vincunt, ubi vincuntur, planè consternant. Et Diodorus, hoc modo liquefacto auro, puroq; educto, ad ornatum corporis mulieres, viriq; utuntur. Etenim & manû articulos, & brachia armillis aureis exornant. Circa collum insuper grandes torques gestant, ex solido auro, & in digitis annulos, thoraces etiam auro exornant. De comarum studio exquisitè idem scriptor, Sunt Galatæ inquit molles, atq; alibi, corpore oblongo. Comas quamuis habeant natura rufas, studio tamen augent natura colorem. Calamistro capillos inflectunt à fronte illos ad cernicem reuicentes, ut Satyris ad spectu, puerisq; adpareant persimiles. Capillos efficiunt arte crassiores, ut nihil differant ab equorum iubis. Barbam quidam radunt, nonnulli nutriunt parçè. Nobiles genas quidem radunt,*

De hæc voce
virga Scali-
ger in conie-
ctaneis.
De Gallorum
ingeno.

*Alia eius
gentis pro-
pria.
De ornatu
in vestibus.

In capillo-
rum studio.

Lib. VIII.
Æneid.

Barbarus
Gallorum
Mos.

Hic, mos ad
huc maxime
frequentatur
apud Helue-
tios ad limi-
na suffigendi
ferarum ca-
pita, ungues,
vt antiqui-
tus etiam
apud Græcos,
Non. Dio-
nyf.
Lib. 46.
Gallos mer-
cede exterius
millitasse.
Lib. III.
Lib. V. XXIII
XXVIII. ali-
bi in Antiq.
Lib. 1. Græcia
Lib. III.
Lib. XXIII.

barbam verò adeò crescere sinunt, vt operiant corpora, quo ac-
cidit, vt cum edunt repleantur cibo, cū verò bibunt veluti per
canalem potus videatur inferri. Virgilius,

*Aurea Casaries ollis, atq; aurea vestis,
Virgatis lucent sagulis, tum candida colla
Auro innectuntur.*

Barbari cuiusdam Gallorum moris plurimi probatorum
scriptorum meminere *Habent*, inquit Strabo, *eorū etiā in-
genia barbaricum quoddam, & inusitātū, quod pleriq; Septē-
trionalibus gentibus comitatur, quòd cū à pugna redeunt,
capita hostium de collis equorum suspendunt, & spectaculi gra-
tia ante portas opidorum affigunt. Capita autem illustrium vi-
rorum cedrino inungentes, peregrinis ostentant, neq; reddere
dignantur si quis tantumdē auri pondus pro ijs redimendis of-
ferret. Id etiam Cæsar tradidit & Diodorus. Capita, inquit,
hostium in acie cadentiū abscissa equorum alligant collo: hostiū
spolia sanguine perfusa famulis tradunt, in foribus domorum
cum cantu, & hymnis affigenda, quemadmodum feras solent
venatu captas. Nobilium capita aromatibus unctā in thecis
condunt summa diligentia, ostendentes & hospitibus, nullog;
precio ea vel parentibus, vel alijs reddunt. Tradunt enim ris-
deri nonnullos, quòd pro capite tantumdē pensi auri, barba-
ram magnificentiam ostentantes, nequaquam velint accipere.
Non enim bellica virtutis insignia non vendere nobile est, sed
cum mortuis pugnare ferum habetur, atq; agreste. Gallos præ-
tereà mercede militiā fecisse, in Italia, Græcia, Asia, Ægy-
pto, multi proditum reliquere, Polybius, Liuius, Iosephus,
Pausanias Athenæus. Iustinus quidem, *Quamquam* inquit
Gallorum, ea tempestate, tanta fecunditatis iuuentus fuit, vt
omnem Asiam, velut, ex amine aliquo, implerent. Deniq; ne-
que reges Orientis, sine mercenario Gallorum exercitu vlla
bella*

bella gesserint, neq; pulsiregno ad alios, quàm Gallos confu-
gerint. Alio loco. Tantus terror Gallici nominis, siue armo-
rum inuicta felicitas erat, ut aliter neq; maiestatem suam tu-
tam; neq; alter amissam recuperare se posse, sine Gallica virtute,
arbitrarentur. Itaq; in auxilium a rege Bithynia inuocati,
regnum cum eo, parua victoria, diuiserunt, eamq; regionem
Gallograciam cognominauerunt.

Literas etiam, & liberales disciplinas amplexos Gallos
idem mandauit scripto Strabo. *Iidem*, inquit, sibi facile per-
suaderi sinunt, ut uilia amplectantur. Itaq; disciplina etiã &
litteris se dederunt. Fuisse in more positum ut quotannis
iuuenes in Græciam mitterentur Philosophiæ, & artium
caussa tradidit Philostratus. Vnde fortè acciderit, ut ea fre-
quentia fuerit apud Gallos Græcæ literaturæ, adeò ut illa
lingua contractus, publicas, iuxta cum priuatis tabulas
confecerint, Strabone, & Cæsare auctoribus, non aliter,
atque in Germania ante Carolum M. cuncta latinis literis
monimenta consignabantur. Finem faciã si paucula ex
sapiùs memorato, numquàm tacendo Tacito, de Ger-
manorum moribus differenti, adhuc in medio cõiecero,
quæ Heluetiis adeò propria, ut de ea tantum gente scri-
psisse videatur. *De minoribus*, inquit Tacitus, *rebus princi-*
pes consultant, de maioribus omnes. Ita tamen ut ea quòq;
quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertra-
ctentur. *Cocunt, nisi quid fortuitum, & subitum fuerit, certis*
diebus. ** *Illud ex libertate vitium, quòd non simul, nec*
iussi conueniunt, sed & alter, & tertius dies contatione
coeuntium absuntur, ut turba placuit. Considerant armati.
** *Mox Rex, uel Princeps, prout aetas cuique, prout no-*
bilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur,
aut auitate suadendi magis, quàm iubendi possunt.

Lib. xxv.

Gallos etiam
literarum, &
liberalium
artium stu-
diosos fuisse.
Lib. 1 v.
In Phauor.

Alia ex Ta-
cito de Ger-
manis, qua
nunc quoq;
Heluetiis ad
modum pro-
pria, & fa-
miliaria.

Fures etiam
& eius gene-
ru.

Nunc pe-
cuniarie fere
pene sunt
Consilia, aut
Ammanno.
Prout pagi,
vel prese-
ctura ma-
gnitudo.

Hoc est, gla-
dio accincti.

Ineunte pre-
fertim anno.
Sed sane
Heluetii, &
non nisi post
Burgundi-
cum bellum
adfectum
1476. ve-
mirum vi-
deri possit,
adeo altis
radices iam
quidem se-
cisse.

** licet apud concilium accusare quoq;, & discrimen capitis in-
tendere, Distinctio pœnarũ ex delicto. Proditores, & transfu-
gas arboribus suspendunt, Ignavos, & imbelles, & corpore in-
fames, cano, & palude, iniecta insuper crate, mergunt. Diver-
sas supplicij illuc respicit tamquàm scelera ostendi oporteat,
dum puniuntur, flagitia, abscondi. Sed & leuioribus delictis
promodo pœnarum, equorum, pecorumq;, numero conuicti mul-
tantur, pars regi, vel Ciuitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel
propinquus eius exsoluitur. Eliguntur in iisdem conciliis, &
principes qui iura per pagos, vicosq;, reddunt. Centeni, singulis
ex plebe comites, consilium simul, & auctoritas, adsunt. Nihil
autem neq; publica, neq; priuata rer, nisi* armati, agunt** Si
Ciuitas in qua orti sunt longa pace, & otio torpeat, pleriq;, no-
bilitium adolescentium petunt vtrò eas nationes, qua tum bel-
lum aliquod gerunt, quia & ingrata genti quies, & facilius
inter ancipua clarescunt, magnumq;, comitatum non nisi vi,
belloq;, rucantur. ** Quotiens bella non incunt, non multum
venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno, ciboq;.
Fortissimus quisq;, ac bellicosissimus nihil agens, delegata do-
mus, & penatum, & agrorum, cura feminis senibusq;, & in-
firmissimo cuiq;, ex familia. Ipsi heben, mira diuersitate natu-
ra, cum iisdem homines, sic ament inertiam, & oderint quietem.
Mos est Ciuitatibus vtrò, ac veritim conferre principibus vel
armentorum, vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam
necessitatibus subenit. Gaudet precipue finium marum gentium
donis, qua non modo à singulis, sed publicè mittuntur electi e-
qui, magna arma, phalera, torquesq;, lamæ & pecuniam* acci-
pere docuimus. Colunt discreti, ac diuersi, vi fons, vt campus,
vt nemus placuit** Numeram liberorum finire, aut quemq;
ex agnatis necare flagitium, imò capitale habetur, plusq;, ibi
mores valent, quàm alibi bonæ leges. In omni domo nudi, ac

fordi-

sordidi, in hos artus, in hac corpora, qua miramur excrescunt. Sua quemq; mater uberibus alit, nec ancillis, aut nutricibus delegantur. Dominum, ac seruum nullis educationis delictis agnoscat. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec eas separat ingenuos, virtus agnoscat. Sera iuuenum Venus, coq; inexhausta pubertas. Nec virgines festinantur. Eadem iuuenta, similis proceritas, pares, validiq; * miscntur. Heredes, successoresq; sui cuiq; liberi, & nullum testamentum: vt plurimum, si liberi non sunt, proximi gradus in possessione, fratres, patrum, auunculi. Quanto plus propinquorum, quò maior ad finium numerus, tantò gratior senectus. Nec vlla orbitatis precia. Suscipere tam inimicitias seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. Luit enim etiam homicidium certo armentorum, ac pecorum numero, recipitq; satisfactionem vniuersa domus. Vtiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem. Conuictibus, & hospitibus non alia gens effusius indulget. Quemcumq; mortalium arcere tecto nefas habetur, pro fortuna quisq; adparatis epulis excipit. Cùm defecerit, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitij, & comes proximam domum, non inuitati adeunt. Nec interest: pari humanitate accipiuntur. Notum, ignotumq;, quantum ad ius hospitij, nemo discernit. Abeunti si quid poposceris, concedere moris: & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus. Sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. Statim è somno, quem plerumq; in diem extrahunt, lauantur, lautum cibum capiunt, tum ad negotia, nec minus saepe ad conuiuia procedunt armati. ** Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis adfinitatibus, & adfiscendis principibus, de pace deniq;, ac bello plerumq; in conuiujs consultant, tamquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat ani-

re plerumq;
Nam apud
diuiores la-
basit, &
precipitat
laudabilis
mos

Sepius certa
pecunia
summa.

Hoc est, gla-
dio cincti, vt
ante notauim-
us.
Vide Iunij
emblemata

XXIV.

*
Nescio
an melius,
quod alia
exempla ha-
bent licentia
ioci.

At non eam
iam solam,
sed quoduis
eius generis

mus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec callida: Aperit adhuc secreta pectoris, licentia* loci. Ergo detecta, & nuda omnium mens, postera die, retractatur. Et sua viriusq; temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: Constitunt, dum errare non possunt. Genus spectaculorum unum, atque in omni casu idem. Nudi iuvenes, quibus id ludicrum est inter gladios se, atq; infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem parauit: ars decorem, non in questum tamen, aut mercedem: Quamuis audacis lasciuia precium est voluptas spectantium. Aleam, quod mirere, sobrij inter seria exercent, tanta lucrandi, perdendiue temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo, ac nouissimo iactu delibetate, ac de corpore contendant. * Ea est in re parua pernicacia, ipsi fidem vocant. ** Funerum nulla ambitio: * sepulcrum castes erigit. Monumentorum arduum, & operosum honorem, ut grauem defunctis, aspernantur. Lamenta, ac lacrimas cito: dolorem, ac tristitiam tarde ponunt. Feminis lugere honestum est, viris meminisse. Haecenus de Germanis Tacitus, praeter illa, quae ante comparauimus, quae adeo nostris hominibus, ut dixi, praesertim earum Ciuitatum, quae per vicos colunt, certam innata, & solita sunt, ut per singula ostendisse nec necessesse fit, nec clarius possim, adeoque indubitatum est, quidquid antiquitatis, & prisca moris, gloriae, & libertatis Germanorum, Gallorumque superest, id apud Helucios, aut nullibi reperiri.

De Dijs gentilibus in Gallia, Heluetiaq̄, eorum cultus,
& religione, Druidumq̄ disciplina, &
sectis.

C A P. XIV.



Nunc videamus quos coluerint Heluetij de-
os, nondum Christiana pietate imbuti, &
quibus præcipuè locis. *Natio est, omnium Gal-*
lorum, inquit Cæsar, admodum dedita religio-
*nibus. Deum * maximè Mercurium colunt.*

Coram. VI.
Gallorum
dis.

Huius sunt plurima simulacra. Hunc omnium inuentorem ar-
tium ferunt, hunc viarum, atq̄ itinerum ducem, hunc ad qua-
stus pecunia, mercaturasq̄, habere vim maximã arbitrantur.
Post hunc Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruam. De
his eandẽ ferè quam reliquæ gentes habent opinionem. Apol-
linem morbos depellere, Mineruam operum, atq̄ adificiorum
initia transdere, Iouem imperium celestium tenere, Martem
bella gerere. Teutatem quoque & Hesium, & Taramim
antiquissimos fuisse Gallis deos Lucani testimonium est
scribentis eas que Cæsarem sunt secutæ gentes;

Lib. I. Phœ.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensq̄, feris altaribus Hesus,
Et Tharamis Scythica non mitior ara Diana.

Sed Teutatem eundem cum Mercurio existimauit Ale-
xander, & Hesium Martem, Taramim Palladem ego arbi-
tror apud illam gentem fuisse. Omnes verò hos deos in
honore, & cultu Heluetiis fuisse, præter alios, partim in-
scriptiones, ijs diis factæ, partim loca, quæ nomina eorum
adhuc retinent testantur. Ioui quidem hæc dedicatio Pa-
terniaci.

Lib. V. 1. cap.
IV. Genial.
Dii in Hel-
uetia culti.
sive suis in-
stitutis, aut
Romanorum
consuetudi-
ne, quorum
sunt dedica-
tiones.

IOVI. O...M.
 GENIO. LOCI.
 FORTVNAE.
 REDVCI. D. AP.
 PIVS. AVGVS.
 TVS DEDIC.

Fuit & reperta dedicatio facta DEO INVICTO. Saxum quadratum, aræ forma, Aquis, his literis.

DEO. INVICTO.
 TIB. CASSIVS.
 SANCTVS.
 ET TIB. SANCTE
 IVS VALENS.

L.

Apollinis verò aliæ superant, & ostenduntur, sed hæc Auentici clara.

NVMINIB. AVG.
 ET. GENIO. COL. HEL.
 APOLLINI. SACR.
 Q. POSTVM. HYGIVS.
 ET. POSTVM. HERMES.
 LIB. MEDICIS. ET. PRO-
 FESSORIBVS.
 D. S. D.

Iam Mercurij, præter eius statuam, quæ integra etiamnum ostenditur Vindonissæ, memoriam occupat adhuc locus extra Salodorum, porta Occidentali, qui Hermesbuchell quasi Mercurij collis, nuncupatur, vbi ferro, flamis que quondam, & mille tormentis sanctissimi martyres Victor & Ursus, cum sociis fuere ex cruciati. Mercurium etiam

apud

Illud Vldaricus Comes à monte forti Tetra-cum inde transportavit ann. 1564. Apollinis et. de suo dedicarunt. In muro templi indita Hermesbuchell prope Salodorum. Ita solebant Christianos, apud aras, delubra, loca huius frequenter impietatibus.

apud Germanos, & Saxones in veneratione fuisse testatur Hermiffaul, columnam Mercurij interpreteris, cui videlicet idolum innitebatur, Eresburgi, bello, quod cum illa gente habuit, à Carolo M. euerfa, vt mirum videri possit, quod de Germanis Cæsar prodidit. *Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperire iuuantur, solem, & Vulcanum, & Lunam. Reliquos ne fama quidem acceperunt.* Cornelius sanè Tacitus qui de Germanis paullò plura, & fortè certiora perscripsit, vt potè quæ non solum à patre habere potuit, sed ipse inuestigare, & perquirere, non paucis annis sub Vespasiano procurator Gallia Belgica, longè à Cæsare diuersa, hac super re, tradidit, & non solum Mercurium præcipuè apud Germanos cultum, sed alios quoq; Deos, memoriæ mandauit. *Deorum, inquit, maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoq; hostijs litare fas habent. Herculem, ac Martem concessis animalibus placant, pars Suenorum & Isidi sacrificat.* Isidem apud Heluetios cultam, temploq; Vettingæ prope Aquas honoratam, hæc dedicatio pro testimonio est.

DEAE. ISIDI. TEMPLVM. A. SOLO.
T. ANVSIVS. MAGIANVS.
DE. SVO. POSVIT. VIA. AQVENSIS.
AD. CVIVS. TEMPLI. ORNAMENTA:
ALPINIA. ALPINVLA. CONIVNX.
ET. PEREGRINA. FIL. DE. DE
RVNT. L. . D. . D. . VICANORVM.

Herculis quidem in Augia maiore Veneti lacu, statua antiquæ artis, & cultus, admirationi diu spectantibus fuit. Eam Maximilianus Cæsar demum inde transportandam Oenipontè curauit, Sed longè celeberrimæ, & singularis

Aimo lib. IV
cap. lxxix.

Locus decreto
datus.

A. D. N.
clj. lxx.

Dea Auentia tota Heluetia celebratissima.

Lib. contra
Simmach.

venerationis, utpotè proprii numinis **DEA AVENTIA** apud Heluetios fuit, ad quam non solum ex Auenticis omnibus, sed etiam ex Tauriacis, siue Tigurino pago, ut inscriptiones ibi relictae declarant, concursus fieret & omnibus Heluetiae partibus earum aliquas ei deae consecratas, supra, ubi de Coloniis egimus, in medio explicauimus. Sed quae ipsa fuerit, aut eius ratio, numenque sit, difficile adfirmare. Ego eandem fuisse eius deae opinionem, quae apud Romanos Romae, arbitrator. Romam cultam pro dea vna cum Venere genitrice templa, & aras habuisse Prudentius manifestauit his versibus.

*Iamq; domo egrediens, ut publica festa, diesq;
Et ludos stupuit, celsa & Capitolia vidit,
Laurigerosq; Deum templis adflare ministros,
Ac sacram resonare viam mugitibus, ante
Delubrum Romae, colitur nam sanguine & ipsa
More deae, nomenq; loci, ceu numen habetur,
Atq; urbis, Venerisq; pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur tura deabus.*

Non licuisse
Romam de-
ani nomine
exprimere.

In Satur-
ualib.

Quest. LXI.

Nec huius deae Romae nomen sine piaculo, periculoque capitis effari licuit, auctor ex Varrone Seruius in illo Virgilij Romanosque suo de nomine dicit. Perisè, inquit, non ait Romam, sed Romanos. Urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enunciat. Denique tribunus pl. quidam, ut ait Varro, hoc nomen ausus enunciare in crucem leuatus est. In eandem sententiam Macrobius. Causas huius secreti narrauit Plutarchus, in quaestionibus Romanis. Ita tutelare Auentiorum, & totius Heluetiae numen huius deae Auentiae, incomperato alio nomine, cultum fuisse mihi sanè persuasit. Locus ubi deae templum, & caerimoniae, in colliculo fuit, supra Auenticum, ubi postea monachorum collegium

gium conditum, & nomen Munchuylar, quasi monachorum villam dicas, nos alibi Villariam vocauimus, & de eo antea in Auentico. In more enim fuisse positum, vt vbi dæmonum templa, & culturæ celebriores fuissent, expiatis ritè impietatis reliquiis, ibidem pro delubris, Ecclesiæ; pro idolis, sanctorum, & martyrum reliquiæ: pro sacris ficulis, monachi, aut sanctitate, & moribus præclari viri constituerentur, ex Eunapio Sardoniano manifestum est, qui vbi Serapidis Alexandriae templi longè nobilissimi excidiū deplorat, quod à Bessarione abbate multò ante præuisum, & prædictum, demum tempore Theodosij M. contigit, quo tempore idololatria funditùs è medio sublata est, Ruffino teste, & Theodoro, in eam consuetudinem, vt homo ethnicus & improbus, qui tamen nostrò hoc miserabili æuo sectatores, & laudatores nactus est, acerbissimè, & calumniosissimè inuehitur. Vbi illud Serapidis delubrum constituta, templum collocarat Theophilus Episcopus Alexandrinus, tit. S. Ioannis Baptista, additis ex Thebaide monachis. Sed id quoq; in Heluetia conseruatum, vt, vbi idololatriæ maius exercitium fuisset, frequentiorq; Dei, Opt. Max. cõtemtus, & iniuria, ibidem sacræ ædes, Collegia, & monasteria Christiana conderentur, quæ Auentici, & Paterniaci fuerunt, nunc Salodori, Vettingæ, Muri iuxta Vindonissam, in Augia Maiore, Veneti lacus, & aliis Heluetiæ locis clarissima frequentantur, testimonium reddere possunt. Atq; antiquorum deorũ, & primorum, veluti gentium cultura hæc fuit: postea ex hominibus, Imperatoribus, inquã, Romanis in illud deorum concilium admissi, interq; diuos relati, templa, & aras, flamines, & sodales etiam promeruerunt. Augusto quidem Lugduni templum, & ara omnibus Galliarum

Mos antiquus, laudabilis, & memorabilis expiandæ idolatriæ.

A. D. N. ccc. lxxxix
Hist. Trop.
Lib. ix.
In vita A. E. desii Philo-
sophi.

Imperatoribus, aras, & statuas statuas deorum celestium in more.

Lib. IV.
Lugduni,
Augusti tē-
plum, &
ara omnibus
Galli nobi-
lissima.

Lib. cxxx
vii.
A. V. C.
l. cclxiii.
Lib. lrv.

Sub Senere
Imp. quo hæc
scripta.
In vita eius
cap. xx.
De hac voce
doctiss. Tor-
rentius in
suis comm.

Inuenal.
Satyr. I.

gentibus nobilissima, de qua Strabo. *Lugdunum*, inquit, *sub colle conditum, ubi Arar in Rhodanum incidit*, Romani obtinent. Post Narbonem hæc vrbs maximè omnium Gallicarum hominum frequentia pollet. Præfecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamq; ibi tam auream, quam argenteam cudunt, & templum ab omnibus, communi sententia, Gallis decretum Casari Augusto hac in vrbe ad concursum fluuiorum positum, aram habet memorabilem, cum inscriptione gentium LX. & imagine singularum. Item Liuius. Ara Casari ad confluentem Araris, & Rhodani dedicata. Apud eam aram dies festos agitare solitos Gallos, meminit Dio, de Druso verba faciens. Hic, ait, cum Sugambri, eorumq; socij, propter absentiam Augusti, ac quia videbant Gallos iugum seruitutis grauatim ferre, bellum mouissent, Gallorum primoribus, sub pretextu eius festi, quod hodie * etiam Lugduni ad aram Augusti, celebratur, euocatis, motum subditorum præoccupauit. Ludos etiam ibidem habitos, & certamina Græcæ, & Latinae literaturæ auctor Suetonius de Caligula Edidit & peregrè spectacula, in Sicilia Syracusis hasticos ludos, & in Gallia Lugduni * miscellos, sed & certamen quoq; Græcæ, latinæq; facundia. Quo certamine ferunt victoribus premia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem qui maximè displicuissent, scripta sua spongia, lingua uè delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent vnde illud Satyrici, ex interpretum sententia.

Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

His verò siue ludis, siue festis præfuisse ex singulis gentibus certos qui IIII viri Augustales dicerentur, plura, nō solum apud Helucios, sed in reliqua Gallia epigrammata testantur. Villariæ loco, sæpius memorato.

D. M.
 L. CAMILLIVS.
 FAVSTVS.
 IIIII VIR. AVG.
 .VIV. FECIT.
 IN ANNO. LXX.
 VIXIT. ANNIS.
 LXXXI.

OTACILIAE FA-
 VENTINAE VXO
 RI M. OTACILIVS
 IIIII VIR AVG

		B			SA VIVA											

Lugduni verò, præter alia, hoc ostenditur ad portam Ecclesiae S. Joannis.

D. M.
 CALVISIAE. VRBICAE. ET:
 MEMORIAE. SANCTISSIMAE.
 P. POMPONIVS. GEMELLIVS.
 IIIII VIR. AVGLVGVD.
 CONIVGI. CHARISSIMAE.
 ET. INCOMPARABILI.
 POSVIT.

Fuisse præterea flamines, sacerdotes, & eius generis, ex superius allatis inscriptionibus facile quivis perspicere potest. Antiquitùs qui sacris deorum præstant ad Gallos,

Lib. I V.

Geog.

Lib. XV. hist.

Lib. VI.

Biblioth.

Tria sacrifici-

olorum Gra.

Lib. I. Pharf.

Pectorum
apud Gallos
auctoritas.

Lib. eod. XV.

Druidum

disciplina,

potestas, no-

menq.

Comm. VI.

Trium ordinū homines fuere, Druidæ, Bardi, & quos Va-
tes Strabo, Eubages Ammianus, Saronidas Diodorus vo-
cauit. Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroi-
cis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis can-
titare solebant. Vnde Lucanus.

*Vos quoq; qui fortes animas, belloq; peremptas,
Laudibus in longum vates deducitis enum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi*

De horum in bellis auctoritate Diodorus. Poeta, inquit,
santi apud eos, Gallos, fiunt, ut cum instructa acie, exercitus,
eductis ensibus, iactisq; iaculis, propinquant, non solum amici,
sed hostes quoq;, eorum interuentu à pugna conuiescant. Ita
apud agrestiores barbaros ira cedit sapientiæ, Mars reueretur
Musas. Eubages sacrificare, rerumque arcana, & naturæ
sublimia pandere conabatur. Inter hos, inquit Ammianus,
Druides ingenii celsiores, ut auctoritas Pythagora statuit, so-
dalitius adstricti, consortiisq;, questionibus occultarum rerum,
altarūq; erecti sunt, & despectantes humana, pronunciant ani-
mos immortales. Eadem tradiderat Strabo, & ante vtrumq;
Iul. Cæsar. Strabo quidē Druida præter hanc, naturæ scili-
cet & cœlestium, philosophiam, etiam de moribus disputant.
De horum iustitia summa est omnium opinio. Itaq; & publica
iis, & priuata iudicia committuntur, & aliquando causis bel-
lorum disceptandis, iam acie congressuros composuerunt, ma-
ximè iudicia de cade ijs comissa sunt, cumq; horum multus est
prouentus, agrorum quoq; fertilitatem consequi putant. Tum
hi, tum alij, Eubages, & Bardi, animam interitus expertem
statuunt, & mundum. Aliquando tamen ignem, & aquam
superatura. Multò luculentius & pluribus Cæsar. In omni
Gallia, inquit, eorum hominum, qui in aliquo sunt numero,
atq; honore, genera sunt duo. De his duobus, generibus alterum

est Druidum, alterum equitum. Illi rebus diuinis interfunt, sacrificia publica, ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentum numerus disciplina causa concurrat, magnosq; sunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controuersis publicis, priuatisq; constituunt, & si quod est admissum facinus, si cedes facta, si de hereditate, de finibus controuersa est, ijdem decernunt. Præmia, pœnasq; constituunt. Si quis aut priuatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicitur. Hac pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum, ac sceleratorum habentur, ab ijs omnes decedunt, aditum eorum, sermo nemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neq; ijs petentibus ius redditur, neq; honos ullius communicatur. His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet auctoritatē. Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit. At si sunt plures pares, suffragio Druidum adlegitur, nonnumquam etiã de principatu armis contendunt. It, certo anni tēpore, in finibus Carnutum, quæ regio totius Gallia media habetur consistunt: in loco consecrato. Huc omnes undiq; qui controuersias habent conueniunt, eorumq; iudiciis, decretisq; pascunt. Disciplina in Britannia reperta, atq; inde in Gallia translata esse existimatur, & nunc qui diligentius eã rē cognoscere volunt, plerumq; illo, discendi causa, proficiscuntur. Druides à bello abesse consueuerunt, neq; tributa vnã cū reliquis pendunt. Militia vacationē, atq; omnium rerum habent immunitatē. Tanis excitati premijs, & sua sponte, multi in disciplinã conueniunt, & à propinquis, parentibusq; mittuntur. Magnū ibi num. versediscere dicuntur Itaq; nonnulli annos vicenos in disciplina permanent, neq; fas esse existimant ea literis mandare, cū ferè in rebus publicis, priuatisq; rationib; gratis literis utantur. Id mihi duab; de causis instituisse videtur, q; neq; in vulgus disciplinã

Sacrorum
interdictio
antiqvis
Gallis pœna
grauissima.

Druidum
priuilegia.

Metemphy-
cosis pytha-
gerica Drui-
dibus preba-
ta, & qua
ex causa.

efferni velint: neq; eos qui discunt literis cōsitos, minus memoria studere, quod ferè plerūq; accidit, ut, præsidio literarum, diligentiam in perdiscendo, ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere. Non interire animas, sed ab aliis post mortem trāsire ad alios, atq; hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de sideribus, atq; eorum motu, de mundi, ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant, & iuventuti transdunt. Hactenus Cæsar. Hac quoq; super re eleganter, & doctè Lucanus.

Et vos barbaricos ritus, moremq; sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis,
Solis nosse deos, & cæli numina vobis,
Aut solis nescire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. Vobis auctoribus, umbra
Non tacitis Ebrebi sedes, Ditisq; profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio. Longa canitis si cognita vita,
Mors media est. Certè populi, quos dispicit Arctos,
Felices, errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urguet, leui metus, inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animaq; capaces
Mortis, & ignaum est reditura parcere vita.

Diodorus. Increbuit apud eos Pythagora sententia, qua dixit, animas hominum esse immortales, rursusq; eas defunctis corporibus post certum tempus in alia corpora esse reuersuras. Ob hanc causam in defunctorum pyras, epistolas scriptas quidam coniciunt, tamquàm eas mortui sint lecturi. Quàm verò Druidum impia pietas fuerit, apertum abinde, quòd humanis victimis plerumq; litarent. Vnde superius immitem Theutatem, vocauit Lucanus, horrentem Hesium, aram Tharamis

De Drui-
dibus plura
Alexander
Lib. III IV.
VI. Genia-
lium.
Druidum
impietas.

non mitiorem ara Scythica Diana. Dianam enim Tauricam hominum sacrificiis coli solitam, peregrinorum maximè, plures tradidère Strabo, Ouidius, Lucianus, alij, Cæsar. Natio est omnium Gallorum admodum dedita religionibus; atq; ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs, periculisq; versantur, aut pro victimis immolant homines, aut se immolaturos vident, administrisq; ad ea sacrificia Druidibus vtuntur, quòd pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur; publiceq; eius generis habent instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra viuus hominibus complent; quibus succensis circumuenti flama exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa sunt comprehensi, gratiora dijs immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocèntium supplicia descendunt. Horum sacrificiorum explicatè mentionem fecit etiam Diodorus. Vtuntur, inquit, in super & diuinatoribus, qui apud eos, cum & augurijs, & sacrificijs futura predicant plurimi aestimantur, omni eis obtemperante plebe. Cum verò de rebus magnis consultant mirabilem, incredibilemq; seruant consuetudinem. Iugulant enim ante hominem, quo decidente, tum ex casu, tum ex membrorum laceratione, tum etiam ex sanguinis fluxu, ex quadam antiqua rerum obseruatione norunt futura. Est apud eos moris nullum absq; philosopho sacrificium facere. Existimant enim per diuina natura conscios sacra fieri oportere, tamquam Dei propinquos, horum intercessione bona ab dijs consenti petenda. Et Strabo. Homines, inquit sacris deuotos gladio tergum percutientes, ex eius palpitatione futura ariolabantur. Sacris semper aderant Druidæ. Quin & alia hominum immolationes feruntur. Quosdam enim sagittis

Lib. v.
lib de ponto
dialogo
philia.

Nullum sine
Druidæ
sacrificium.

Druida ab-
olit i.
cap. XXV.
Lib. III. *ist.*
Cap. I.

Lib. XIV.
Annual.

Lib. IV. *hist.*

In eius Imp.
vita.
In eius vita
In Numer-
riano.

configebant, aut in crucem agebant, ac fœni colosso exstructo si-
gno pecudes, & omnis generis bestias, ac homines immolabant.
Claudius demû hâc Druidarû impietate, & sacrilegia pe-
nitus sustulit, auctor Suetonius. *Druidarû, inquit, religionẽ*
apud Gallos dira immanitatis, & tantû ciuib. sub Augusto in-
terdictã, penitus aboluit. Plinius Druidas sub Tiberio pro-
hibitos, & sublato memoriæ mandavit, cui adsentiri vi-
detur Strabo qui sub Tiberio scripsit. *Romani eos Druidas*
& ab his, hominû immolationibus, deduxerunt & à sacri-
ficandi, & diuinandi ritibus, qui nostris repugnabant. At sanè
quæcumq; fuerint hæ abolitiones, aut prohibitiones satis
compertum est Druidas, eorumq; disciplinas, & diuina-
menta ad Diocletianum vsq;, & vltima tempora viguisse.
Neronis quidẽ imperio certum ex Tacito *Druida, inquit,*
circum preces diras, sublatis ad cœlum manibus, fundentes,
nomitate ad spectus perculere militum animos. Itẽq; sub Vespasi-
ano, cuius Imperij primordiis conflagratur capitoliû. Idẽ
Tacitus, de eodẽ incēdio disserens, Joepletissimus auctor.
Captã olim à Gallis urbẽ, sed integra Iouis sede, mansisse impe-
riũ. Fatali nunc igne signum cœlestis iræ datum, & possionem
rerum humanarum Transalpinis gentibus portendã, superstiti-
one vana, Druida caneant. Alex. Seucro optimo princi-
pum ad bellum Britannicum eunti mulier Druias exclamavit,
Gallico sermone, *vadas, nec victoriã spes, nec militi*
tuo credas, teste Lampridio. Gallicanas quoq; Druidas cõ-
suluisse Aurelianũ Imp. meminit. Fl. Vopiscus. Diocletiano
deniq; Imperium prædictum, & promissum à Druide, cùm
aprum interemisset idẽ Vopiscus testatus est. Vt omninò
clarum sit has Druidum sectas non nisi sub Constantino
M. qui idem orbem pariter inueteratis erroribus, & sacri-
ficandi sceleribus perpurgauit, esse defuisse.

De conuersione Heluetiorum ad fidem Christianam, & qui
primi, aut sanctitate praeicipui in Heluetia eius re-
ligionis viri.

CAP. XV.



DE diis in Gallia, Heluetiaq; cultis haec tenus
pauca pro instituto disputaui, iam qui
primi contra has impietates differuerint,
Christumq; vnicū humani generis vindicē,
& doctore auctoremq; Heluetiis annuncia-
uerint, operæ precium facturum, credo, si breuiter expo-
suerō. In eo fermè conueniūt scriptores BEATVM fuisse
Anglum Sacerdotem, qui primus apud Heluetios publicè
Christi mentionem habuerit, missum à Petro Apostolo-
rum principe Roma in eam regionem. Sed mihi attentius
ista perquirenti videtur aliud initium fuisse, ipsumq; adeò
PETRVM fuisse, qui, vt alias nationes, ita Heluetios de
fide, & vera religione primus docuerit, peregrinatione illa
quam ad orbis vltimos Britannos suscepit. Britannis Euā-
gelium annunciasse memoriæ tradidit Simon * cui Me-
taphrastis cognomentum. Et credibile est, illa, quā Clau-
dius Cæsar, contra illam gentem expeditionem habuit,
* comitem se Apostolum addidisse maximè orbis agnos-
cendi, cui vniuersalis cura, & imperium relictum, & pesca-
tionis pelagi profunditatem perquirendi gratia, cū iam
superioris anni initio, eiusdemque Imperatoris I. I. ex
Suria, in Italiam appulisset, Cathedræque culmen, &
principatum ROMAE fixisset. In illa verò Britan-
niæ Insula multos sibi PETRVM Socios, & discipulos

Petrus Apo-
stolus pri-
mus Helue-
tios conuer-
sit.

*

In eius vita.
Dio. Lib. lx
Suetonius.
A. V. G.
l. cc. xcv.
A. D. N.
xliii.

Beatus in
Heluetia à
Petro Apost.
constitutus
episcopus, &
doctor.

Beatus in
Helu. mor-
uus.
A. D. N.
xcix.
circa.
Beatus Luc-
erian trans-
latus.

Scrisit hi-
storiam The-
baicam,
Beatum Fri-
dolinum, &
Itam comi-
tissam.
Eccles. hist.
ib. v. vi.

parasse crediderim, quos variis postea gentibus, & nationibus dederit, aut reliquerit Apostolos, & Episcopos. Omnes namque Ecclesias Italiae, Galliae, Hispaniae, Africae, Siciliae, & vicinarum insularum à Petro, & eiusdem discipulis conditas, & propagatas esse, testatus est Innocentius. Ex iis Beatum Heluetia obtinuit, & eius socium Achatem. Beato antequam, sacris Christianis initiaretur, Suetonius fuit nomen. Multae pietatis, & sanctimoniae, miraculisque clarus diu apud Heluetios praecipue pago Auentico, & Urbigeno Apostoli Christi munere defunctus est. Ultimo se in solitudinem recepit, apud Interlacenses pagi Urbigeni locum nactus, cum inde draconem saeuissimum, & nocentissimum crucis signaculo, expulisset, eam etiam tenerat, rupem, & speluncam pro tecto usurpauit, ibique longa aetate confectus, vitam deposuit, sub initium Imperij Traiani, quo etiam tempore Ioannes Apostolus, & Euangelista, ultimus Apostolorum, mortuus, siue translatus est, Heluetiis ab omni antiquitate, cultu, & veneratione longè celeberrimus. Eius demum Beati sacrae reliquiae, ubi religio mutauit, patrum memoria, inde Lucerianam translatae, non minore in honore sunt, quamquam & eius memoria apud Interlacus Catholicis non omnino oblitauit. Ibidem & Achates mortuus, & sepultus est. De quibus dicerem plura, nisi praestitisset piissime, & doctissime R. P. Petrus Canisius è Societ. Iesu Theologus, cui Heluetios suum Apostolum, aliosque patronos merito acceptos referre fas est. Quos Beatus in Heluetia reliquerit successores, & discipulos, qui post eum Christianae religioni praecipue incubuerint, non ita exploratum est. Nam & saeuissimae deinde in Gallia, sub Antoninis, Aureliano, & denique Maximiano persecutiones fuerunt, & eodem tem-

pore,

pore, Christianorum Scriptis, & omnibus primæ, & anti-
 quæ veræ pietatis instrumentis incensis eorū pariter me-
 moria apud homines propè extincta est. Postquam verò
 persecutionum procellæ deserbuerunt, Constantiniq̃ue
 Imperio fides confirmata est, Heluetia viris sanctitate, &
 miraculis conspicuis numquā caruit. Imò etiam reges, &
 principes inter Diuos consecrauit. Et Lucius quidem qui
 primus Britannia Regum, Christianismum amplexus,
 tempore Eleutherij PP. sub Antonino verò, & Lucio fra-
 tre AA. in Rhætia, & pago Tigurino strenuum se Euange-
 lij præconem, cum hac de causa regno abiisset, gessit, &
 apud eas gentes vita solutus est, aut potius martyrio adse-
 ctus. Postea Sigismundus, & Guntrannus reges, hic quidē
 ex stirpe Francorum, ille origine Burgundus, miraculis
 frequentibus in Heluetia claruerunt, eorumq̃ue etiam in
 Romana Ecclesia memoria memorabilis. Ex eadem Bur-
 gundionum stirpe regum posteriorum magnis virtutibus
 effulsit Rudolphus II. qui Paterniaci sepultus est. * Ante
 hos tres sub Clodoueo primo regum Francorum Chri-
 stiano Fridolinus, gente Hybernus, stirpe regia, in Helue-
 tia diu versatus, Christi nomen, fidemq̃; multis rebus di-
 uinitus patratis, adseruerat, Glaronensemq̃; regionem, &
 viciniam partim conuerterat, partim in fide suscepta* cō-
 firmauerat. Scuerinus apud Agaunenses, & Antuates, eo-
 dem tempore, in magna virtutis fama. Nam & Clodo-
 ueum à diutina infirmitate liberauit, & in Gallia in castro
 Nantonis, cum ante discessum suum prædixisset, cum mi-
 raculis sepultus est. C. Hildebertus rex, memor benefi-
 cij quod in patrem contulerat, basilicam magnificā ibi-
 dem ædificauit, & Sancti reliquias præcipuo honore per-
 secutus est. Postea Columbanus, & ipse Hybernus pulsus

Incertum
 qui post Ro-
 tum in Hel-
 uetia præ-
 fuerunt.

S. Lucius
 Anglia rex.

A. D. N.
 clxxvii.

A. D. N.
 Sigismundus
 rex Burg.

lxxxv
 Et Guntra-
 mus Francie
 & Burgund.

A. D. N.
 lxxxvii.

M. R. Gun-
 tanni, 28.
 Martii Sigis-
 mundi Kal.
 Ma. nate-
 lem agit.

A. D. N.
 lxxxv.

Rudolphus
 Burg. rex
 ex posteriore,
 stirpe.
 S. Fridoli-
 nus.

Obiit.
 A. D. N.
 lxxxiv.
 S. Scueri-
 nus.

Surios Tom.

S. Colum-
banus & eius
discipuli.
A. D. N.
lxxvi.

A. D. N.
lxxx.
Allemani,
& pars Hel-
vetiorum
adhuc sub
Iustiniano
Imp. idolo-
latra.
Victi ab illis
prelio Tol-
biaco, & li-
bertate spo-
liati.
Quondam
Graeci, Ro-
maniq; num-
phas Na-
iades, Dry-
ades, Orea-
des.
Qui iam
post Clodo-
ueni magna
ex parte
Christiani.
Paneg. 1 in
Stilliconem.

Luxurio à Theodorico Rege, fraude Brunehildis, cum discipulis se in Heluetiâ recepit, diuq; apud Heluetios, qui nec dum idolorum penitus exuerunt cultû, Tauriaci præfertim, siue pagi Tigurini incolæ, Christi fidem, & diuinitatem comprobauit, dæmonumq; fraudes, & improbitatem detexit, Tacconiæ primò qui in capite lacu Tigurini vicus, vnde ab idololatriis pulsus, Arbonæ & toto eo Aeronii latere, Valafredo teste. Demum in Italiam profecturus Gallum magni magistri, magnum discipulum reliquit, qui Magnum, & Othmarum, aliosq; plures vita, & factis memorabiles successores habuit, quorum proinde celebritas, & memoria clarior est, quàm à me, pluribus verbis, lucem accipiat, & alio loco alia adiiciemus. Hoc autem tempore, hoc est, sub Iustiniano Imp Allemanos, quorû Tauriacus pagus possessio erat, idololatrias fuisse, testatur Agathias, qui eius Imperatoris res gettas, & quæ eo tempore, euenêrunt, scripto mandauit, qui vbi de ea gente sermo. *Huic genti Allemanorum legitima quadam, inquit, & patria instituta sunt. Siquidem in rebus publicis administrandis, & magistratibus Francorum sectantur politiam, & leges in his tamen quæ ad Deum, & religionem spectant, ab his longè dissentiunt. Nimirum qui arbores quasdam adorent, propitiisq; nec secus & fluminum* aquas, collesq;, & saltus, quibus perinde religiosè, equos, & boues, & infirma huiusmodi pecora, de sectis ceruicibus, immolant. Sed cum Francis,* assidua conuersatio maximum his in modum conducit, & ornamenti plurimum adfert. De hac Allemanorum religione, an impietate illa Claudiani præstabilis poetæ capienda, cum Stilliconis in Galliam aduentu inter cetera effectum ait.*

Vt procul Harcinia per longa silentia siluæ

Venari tutò liceat, lucosq; vetusta
 Relligione truces, & robor a numinis instar
 Barbarici, nostra feriant impunè bipennes.

Ea super re multò ante vtrumque Scriptorem Cornelius Tacitus, de Sueuis, ex quibus Allemanni, verba faciens, *Vetustissimos*, inquit, *se, nobilissimosq; Sueuorum Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore, in siluam auguriis patrum, & prisca formidine sacram omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt, casòq; publicè homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est & alia luro reuerentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vi minor, & potestatem numinis prae se ferens, si fortè prolapsus est, attolli, & insurgere haut licitum, per humum, euoluuntur. Eoq; omnis superstitione respicit, tamquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cetera subiecta, atq; parentia.* His quoque sacrilegiis deditos fuisse ante Clodouicum Francos, auctor locuples Gregorius Turonensis Episc. *Sed haec, inquit, generatio fanaticis semper cultibus visa est obsequium prabuisse, nec prorsus agnouere Deum, sibiq; siluarum, atque aquarum, auium, bestiarumq;, & aliorum quoq; elementorum sinxere formas, ipsasq;, vt Deum, colere, eisq; sacrificia delubare consueti. Quo magis nos deuinctos, obligatosq; meritò tenere debemus iis viris, qui vitæ integritate, & innocentia conspicui, Zeloque diuino, & nostræ salutis amore incensi, tantis laboribus, periculisque, antiquatis & condemnatis his nefariis religionibus, ad veram, & sinceram pietatis & fidei viam, & rationem, vel inuitos pertraxere.* Romani, & Lupicini abbatum sanctitas adeò in confesso est, vt dies festos, & natales in **E C C L E S I A R O M A N A**

Lib. de morib. Germ.

Lib. II. hist. Franc. cap. x.

S. Romanus,
 & S. Lupicinus.
 M R. Prid.
 Kal. Mart.

M. R. Prid.
Kal. Mart.

XXI. Martii.
Sarius tom.

I SS.
Loca Iuren-
sia que fu-
erint.

Lib. I. de vi-
ta pat.
A. D. N.
lo cxxx.

S. Eugendus.
Kal. Ianua-
rii. M. R.

Sarius.
Tom. I.

etiam eruerint. De iis enim ita scriptum *In territorio Lugdunensi locis Iurenſibus deſcriptio S. Romani abbatis, qui primus illic eremiticam vitam duxit, & multis virtutibus, & miraculis clarus, plurimorum exſtitit pater monachorum. Poſtea. In territorio Lugdunenſi S. Lupicini abbatis cuius vita ſanctitatis, & miraculorum gloria fuit illuſtris. Fratres hos fuiſſe conſtat ex Gregorio Turonenſi, qui eorum res geſtas complexus eſt. Sed qua loca illa fuerint Iurenſia, in qua conceſſerunt eremiticam vitam ducturi, à nemine adhuc ſatis explicatum eſt. Vnde factum eſt, vt, alij locis *Virentibus* ſcripſerint, Vuardus, Ado, Beda, alij *locis Lorenſibus* vt idem Gregorius. Mihi nullum dubium eſt quin *locis Iurenſibus* in Martyrologio R. rectè adnotatum ſit. Ea loca eſſe dico, qua poſtea ad S. Claudio, qui relicto Archiepiscopatu Biſuntino, eò conceſſerat, abbatisq; munus obtinuerat, ibiq; vita deſunctus eſt, nomen, & monaſterium S. Claudij ſortita ſunt, in Comitatu Burgundia, frequètia hominum, & peregrinationibus, non ex Heluetia ſolum, ſed Gallia vniuerſa etiam nunc longè celeberrima. Nam de Eugendo horum diſcipulo, & ibidè abbate, ita quoq; ſcriptum, *In territorio Lugdunenſi, monaſterio Iurenſium, S. Eugendi abbatis, cuius vita virtutibus, & miraculis plena refulſit.* Et ex eiſdem Eugendi vita ab eius diſcipulo ſcripta qui Agauni monachum tranſegit, ſatis clarum eſt, non eſſe alium locum quam eum quem dixit, D. Claudij, cum non procul à Geneua, ſiue Gebenna in territorio Lugdunenſi conſtituatur. Deniq; quis meliùs ipſo Gregorio diſignauit. Porro, inquit, *Lorenſis eremus, ſcribo Iurenſis inter Almanniam, & Burgundiam ſita, Auentica adiacet Ciuitati.* Hac ego de locis Iurenſibus pluribus quatenus doctiſſimos viros Molanum, Baroniumq; nihil hac ſuper re certi conſi-*

constituere potuisse reperio. Floruerunt hi sancti patres omnes Chilperici Francorum regis tempore, qui monasterium Iurense primis rebus, & necessitatibus ad sustentationem fratrum, quos, iis regionibus collegerant, locupletavit. procurante, non sine miraculo, eodem Lupicino, teste supra memorato Greg Pirminius sub Martello Maiore Franciæ, Maiorem Augiam perpurgavit, ibidemque monasterium condidit, cum ante Fungi in Heluetia ad Tosam f. ubi adhuc eius viget memoria Fons. S. Pirminij, diu egisset, variaque per Heluetiam miracula edidisset. Eodem tempore aut non multo post, celebris in Heluetia quoque viguit S. Fundanus, qui Rhinouij sepultus est. Multi alij fuerunt in monasteriis, præsertim Agauni, siue D. Mauritij, & S. Galli, sanctitate, & moribus viri egregij, nec defuerunt in Heluetia Episcopi toto orbe noti, & commendati. Protasius, Superius, Marius Auenticorum. Bublucius, Grammatius, Maxentius Vindonissenses: Domitianus, Maximus, Geneuenses: Rusticus, Theodolus Octodurenses: Asimo, Puritius Curientes & alij plurimi, quos enumerare nihil attinet. Vldarici tamen Comitis Kiburrij in Heluetia nati, & educi, postea Augustæ Vindelicorum Episcopi, memoriam præterire non potui, sicuti nec Conradi Constantiensis. Iam tota Heluetia Thebæorum martyram sanguine irrigata, & consecrata est. Eius proinde legionis dux Mauritius merito ubique Friburgi, Salodori, Luceriæ, alibi præcipuo in honore est, interque Heluetiorum patronos, & tutelares Diuos primum, & potissimum, locum sibi vindicare potest. Celebrant præterea Sedunenses Florentinum, & Hilarium martyres, qui à Vandalis cruciamenta multa pertulerunt, & post linguæ abscissionem, quæ confessionis instrumentum

S 3

erat,

In *uiriusq;*
martyrolog.
A. D. N.
13. lxxv.

S. Pirminius
A. D. N.
13. cccxxiv.
S. Fundanus.

SS. Episcopi
in Heluetia
plures.

S. Vldaricus.
S. Conradus.
A. D. N.
cclxxxvi.
Tota Heluetia
Thebæorum
martyrum
sanguine
consecrata
S. Mauritius
protector
Helvetiæ.
S. Florentinus,
& Hilarius.
A. D. N.
ccccxii.


13
 Beatus Ni-
 colaus Ere-
 mita.


Obiit.
 A. D. N.
 clo cccc
 lxxxvii.
 XXI Martii,
 etatis anno
 lxx.


erat, gladio * percussi sunt. Superiori demum seculo pro-
 tulit Heluetia apud Siluanios Nicolaum Eremitam, cuius
 vitæ integritudinem, & continentiam summa animorum
 contentione admirari, & obstupescere magis conuenit,
 quàm ingeniorum culpa deterere. Satis enim constat an-
 nos viginti, nullo humano cibo, transgisse, solo SS. Eu-
 charistia sacramento, quintodecimo quoque die sumto,
 contentum. Passim eius circumferuntur acta, oracula, &
 admonita, quibus si obedire, quam quorundam nouita-
 tes amplecti, non pauci Heluetiorum præoptassent, non
 ea animorum, religionumque dissensiones essent,
 & Heluetia nihil clarius, nihil formi-
 dabilius sustineret
 orbis.

FRAN-









FRANCISCI
GVILLIMANNI DE RE,
BVS HELVETIO-
RVM.

LIBER. II.

*De rebus gestis in Heluetia, & circa eam C. Iul. Caesaris, &
Augusti tempore, reliquorumq; etas familia Impp.
Bello Rhetico, & Vindelico, aliisq;
Germanicis.*

CAP. I.

CAI. IVL. CAESAR. IMP. I. P. R.



AIVS Iul. Caesar, qui postea republica
oppressa, Imperium R. vnus arbitrio
subiecit per nouem annos res in Gallia
gessit. Primus * in Heluetio, & Germani-
co bello consumtus: Decimum in Pom-
peium M. & eius factionem contulit,
Galliis subactis, eisq; & Britannia tributo imposito, qua
de re Velleius: Gallia ductu, auspiciisq; Caesaris infracta, pene
idem, quod totus orbis, ignauum conferunt stipendium. Et Suc-
tonius Omnem Galliam quae a saltu Pyrenaeo, & monte Geben-

Imperauit
an. IV men-
ses. II. dies.
xv.

A. V. C.
15 cxcv.
Gallia à Ce-
sare subacta
& in pro-
uinciam.
redacta.
vol. II.
In Iul. Caf.

Gallia stipē-
dium.

Breniario VI.

A. V. C.

l. cciv.

Succesores

Cæsaris in

Gallia.

A. V. C.

l. cex.

Augst. supra

Basileam.

Blancus pri-

mus cum

Rhætis bel-

lauit.

Præteritis

bellis atritos

Lib. xlvj.

na, flumine Rheno, & Rhodano continetur, patetq; circuitu ad
bis, & tricies centum millia passuum, præter socias, & beneme-
ritas ciuitates in prouincia formã redegit, eiq; in singulos annos
stipendiij nomen imposuit. Quadringenties sestertium fuisse
hoc nomen, siue aureorũ nostratiũ decies centena millia,
auctor Eutropius. Cæsari in Gallia administratione L. Do-
mitius AEnobardus successor à Senatu datus. Sed patrato
ciuili bello Gallia Cisalpinã, siue Togatã D. Bruto; Trans-
alpinã, siue Comatã L. Munatio Planco regendas idẽ Cæ-
sar Dictator tradidit. Plancus, Cæsare iã interfecto, Hirtio,
& Pansa coff. Senatus decreto, ad confluentem Rhodani,
& Araris Lugudunũ: ad Rhenũ* Rauricã colonias deduxit.
Bellum eadẽ occasione primus cum Rhætis, qui Heluetiã,
& Sequanos, Rauracosq; * vexabant, gessit, & de eis dẽ IV.
Kal. Ian. eodem anno, & Coff. triumphauit. Tessis horum,
præter tabulas Capitolas triumphales, & Dionem, in-
scriptio quæ Caietæ esse traditur ab iis, qui has antiquita-
tis reliquias collegerunt, in hæc verba.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS:

COS. CENS. IMP. ITER.

VII VIR. EPVL. TRIUMPH. EX. RHETIS.

A. EDEM SATVRNI. F. DE MANVBIIS.

AGROS. DIVLSIT. IN. ITALIA. BENEVENTI.

IN GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGV

DVNVM. ET RAVRICAM.

De huius Planci triumpho, vt & M. Lepidi qui Galliam Nar-
bonensem administrauerat, ita Velleius. Lepidus III vir
Paullum fratrem proscripsit. Planco non defuit gratia ad im-
petrandum, vt frater eius Plancus Plotius proscriberetur; eoq;
inter iocos militares, qui currum Lepidi, Planci q; secuti erant,
inter execrationem ciuium vsurpabant hunc versum.

De Germanis, non de Gallis duo triumphant consules,
erant autem consules designati, & sequenti anno iniere

III VIRI.

Sed eodem anno III viri reipub. constituendæ M. Lepidus, Octavianus Cæsar, & M. Antonius in proximū quinquennium creati, cum, quam componere debebant, per vim inuasissent, Romanas inter se prouincias ita diuiserunt, vt Lepidus Narbonensem, cum Hispaniis: Cæsar Africā, Siciliamq; & Sardinia insulas fortiretur: Antonius vtramq; Galliam, quæ cis, & vltra Alpes. *Hæc, inquit Dio, ita sortiebantur, vt & ipsi validissimas prouincias haberent: & alius opinionem de se præberent, quasi non omnia appeterent.* Fufis, dein, & oppressis Romanæ libertatis vindicibus Bruto, & Cassio, Pharsalia pugna Antonius, & Cæsar, iam Lepido clariores, qui bello non interfuisset, statim imperium rursum diuiserunt. Et Cæsari quidem Hispania, & Numidia: Antonio Gallia, & Africa assignatæ sunt, ea quidem conditione, vt si ægrè ferret Lepidus, Africam ipse obtineret. Hæc verò tantum prouinciæ in hanc formā diuisæ, quod Siciliam, & Sardiniam Sextus Pompeius occupasset, ceteræ nondum pacatæ essent. Vtramq; Galliam Antonius per Q. Fufidium Calenum rexit. Orta postea inter dominantes similtate, quod ad suas partes traducere Pompeium niteretur Antonius, inde Cæsarem opprimere: Cæsar Gallias in potestatem redigere conatus, frustra fuit, Caleno superstitite, vbi morbo absumentus est, nullo labore in se trāstus lit. Hinc bellū apertū. Sed Fuluiæ Antonij cōiugis interitu, siue cōcitauerat, mox extinctū, & noua distributione Cæsari Sardinia, Dalmatia, Hispaniaq; & Gallia: Antonio reliquæ omnes trans Ionium mare regiones adscriptæ sunt.

Adlusio ad nomen Germani quod etiam fratrem veterinum significat.

Imperarunt an XII. simul.

App. lib. IV. ciuiliura.

Prouinciarum R. inter triumuiros diuiso I. Rod. lib.

A. V. C. 15 cxxi.

Diuisio II.

Dio lib. XLVI.

A. V. C. 15 cxxiii. App. lib. V. Diuisio III.

Lib. eod. xl
viii. & l.

A. V. C.
15 ccxxii.
Tacitus lib.
I. annal.
Imperavit
solus annos
xliii m.
xl. d. xviii.

Lepido Africam, Pompeio Siciliam tenentibus. Galliam Cæsar M. Agrippæ consuli regendam dedit. Primus is post C. Iul. Cæsarem Rhenum transit, & cum Germanis bellū gessit, triumphiq; honorem promeruit, Dione teste. Sed Pompeio deniq; apud Siciliam oppresso, exutoq; Lepido, Antonio Actiaco prælio profligato, post interfecto, Octavianus Cæsar, qui primus Augustus cognominatus, *cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit.*

OCTAVIANVS CAESAR AVGVSTVS.
Imperator. II. P. R.

A. V. C.
15 ccxxiv.
Dio. lib. li.
A. V. C.
15 ccxxvi.
Augustus.
Gallias com-
posuit.
Augustaler.
A. V. C.
15 ccxxviii.
Strabo lib.
14

Agrippæ in Galliæ administratione, de qua scilicet mihi præcipuus sermo, quis successerit non æquè compertum est. Caium Carinatem existimo. Is Morinos, aliosq; rebellionis socios domuit, Sueuosq; Rhenū transgressos, profligavit, ac de vtrisque vnà cum Octaviano Cæsare, cuius auspiciis rem gesserat, triumphavit. Carinati Nonius Gallus suffectus, qui Treueros rebelles compefcuit; Germanos, quos socios adiunxerant, propulsavit. Tum ipse Augustus in Britanniam, exemplo patris traicturus, cum in Gallia Britannos oratores pacem deprecātes obuios habuisset, componendis Gallicis rebus, *quæ, quia subactis illis, statim bella ciuilia subsequuta fuerant, etiamnum fluctuabant, animum adiecit, Gallorumq; agendo censu, vitæq; & repub. formanda aliquod temporis extraxit.* Eodem tempore M. Varro Salassos domuit, certam argenti summam imperavit, Augustam Prætoriam Romanis militibus constituit, tribus millibus, eò, vbi castra habuerat, deductis. M. Vicinius quoq; de Germanis, qui in eorum re-

giones

giones commercij gratia profectos Romanos obtruncaverant, pœnas exegit: Augusto q̄s, re præclarè gesta, Imperatoris nomen comparavit. Triumphi eam ob rem, aliasque à Senatu decreti, quos repudiavit. Cùm rursùm Germani Gallias infestarent; ipsæ inter se tumultuarentur, Agrippa secundò Galliæ cum imperio præfectus, Germanos expulit, motus sedavit; triumphum his de rebus obtinuit, nec peregit. Sed neque sic satis Germani compressi dum ipsum Augustum vrbe extraherent. Sugambri enim Vspetæ, & Tencteri; primò quosdam Romanorum, in territorio suo deprehensos, in crucem egerunt deinde, Rheno transmissi, in Galliis prædando grassati sunt: Equitatum R. contra se missum per insidias circumvenerunt, & à fugientibus R. ad Lollium vsque præfectum, præter opinionem pertracti, ipsum quoq; vicerunt. Vnde Patriculus. *Sed dum hac in parte imperij omnia geruntur prosperè, accepta in Germania clades sub legato M. Lollio homine in omnia pecunia, quàm rectè faciendi cupidiorè, & inter summam vitiorum dissimulationem, vitiosissimo; amissaq; legionis v̄ aquila vocavit ab vrbe in Gallias Casarem.* Belli adparatu, & Augusti præsentia perspecta, Germani regressi, pacem; datis obsidibus, agitarunt. Eodem anno P. Sillius Vennonetes, & Camunos, gentes Alpinas, quæ arma contra Romanos sumserant, domuit; & subegit. Postèa in omnes Rhætos, omnibus viribus pugnatum: qua de re ita Dio. *Rheti inter Noricum, & Galliam ad Alpes Italiæ finitimas, quas Tridentinas nominant, sedes suas habent. Hi vicinam Galliam, Heluetios, *Rauracos, Sequanos, frequenter populati; ex Italiæ sinibus prædās egerant; Romanosq; & eorum socios, iter per ipsorum terras facientes infestauerant. Id quidem consuetudine iam receptū erat, ut in eos qui nullo fœ-*

A. V. C.
 15 ccxxxiv
 Dio. lib. liv.
 A. V. C.
 15 ccxxx
 vii.
 Hollandi
 Gueldrenses
 Cleuenses.
 Vol. II.
 Lolliana
 clades.

Vetliner &
 Camunier.
 Eod. lib.
 liv.
 Bellum Rhæ-
 ticum.
 Rhætia situs
 ut ex Strabone constat.

Crudelitas
Ruatorum.
Drusus con-
tra Rhatos.

Et postea Ti-
berius.
A. V. C.
13 CC. XX
VIII.

Rhati victi.

Ex natali
solo deducti.

Ptol. lib. III.
Rhatia li-
mites.

Walensstab.

dere essent coniuncti, ita statuerent, sed præter hoc, omnes mas-
culos quos comprehendissent, etiam in utero matrum agentes,
quod certis diuinationibus peruestigabant, interficerent. Ea
propter Augustus, principio Drusum contra eos cum exercitu
misit, isq; Rhatos apud Alpes Tridentinas sibi obuiam factos
prælio aggressus, haut magno certamine fudit, eiusq; victoriæ
ergo Prætorios honores adeptus est. Dein, cum ab Italia reiecti,
nihilominus Gallias vrgerent, Tiberium quoq; contra eosdem
misit. Itaq; Drusus, & Tiberius multis locis in Rhatiam irrum-
pentes, legatorum opera, ac ipse etiam Tiberius per lacû. ACRO-
nium, siue Constantiensem, nauigiis subuectus, exierruerunt.
ea re, barbaros, dispersatosq; aggressi haut difficulter multis ex-
guis præliis dispersas eorum copias deleuerunt, reliquosq; infir-
miores deinde, ac animis collapsos, in suam potestatem redegerunt.
Quia verò populosa erat gens Ruatorum, videbanturq; bellum
reuerenturi maximam eius, & atate validissimam partem inde ab-
duxerunt, ijs relictis, qui & colenda ei regioni sufficerent, & ad
rebellandum non satis virium haberent. Hactenus Dio. Sunt
qui putarunt Rhatos, his verbis, credo, validissimam gentem
inde abduxerunt ex montib. esse deductos, & in Heluetia,
pago Tigurino, collocatos. Nam cum summa Alpium tenerent
antiquitus, tempore M. Antonini quo Ptolemæus tabulas con-
scripsit satis constat magnam Heluetiæ partem occupasse Rha-
tos. Ducta n. linea ab utroq; Rheno anterioris, & Danubij
capite, eaq; ratione Rhatia Occidentalis limite, cum Ptole-
mæo, constituto, Abbatiscellanos omnes, & totam D. Galli
provinciam, tum Tauriacorum non continendam partem, constan-
tiaq; includi manifestum erit. Huius Rhatici belli reliquæ
superant Tertia, Quarta, Quinta propter lacum Riuarium,
vulgò *Walensstattersee* / & ipsum quoq; nomē *Walensstätt*
Italorum opidum, aut potius statio. (*Walen* enim cum propè
omnes

omnes Germani, qui alia quã Germanica vtuntur lingua, tũ præcipuè Italos nominãt) tamquã iis locis præsidia, aut tertiã, quartã, quintã, custodias contra Rhætõrũ irruptiones collocarit Tiberius. Nisi potiùs, quæ aliorũ opinio est, Rhæti ipsi iis locis, aut deducti, aut prædabundi, stationes ceperint. Sanè eadem regione nota Castra, credo Romanorum, vulgò Gasteren, vbi videlicet ea habuerit, & metatus sit Cæsar, contra illas Alpium gentes, nimis locorum fiducia insolentes. Rhæticiũ bellũ porrò excepere Vindelici, & ipsi adfiduis prædationibus, tũ propinquitate, veluti contagio, arma victorum in se transferentes. Contra eos terrestri, & nauali pariter prælio Tiberius decertauit, insulaq; quæ in lacu, pro receptaculo vsus est, Strabone teste. Quidam eam esse existimarunt quæ Augia maior, aut vulgò Richenau. Ego potiùs esse crediderim Lindangiã, aduersum Brigantium, quæ nunc ponte cum continente coniungitur. Nãm & Rhætos, Vindelicosque ab altera ripa prospicit, & bello gerendo contra eas gentes adcommodatior est. Vindelicum Norici, ac postremum Pannonij in se transduxere. Sed de Rhætis & Vindelicis ita Paterculus. *Reuersum inde, ex Armenia, Neronem Cæsar hanc mediocris belli molè experiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio, quẽ intra Cæsaris penates enixa erat Livia. Quippe vterq; diuisis partibus, Rhætos, Vindelicosq; aggressi, multis urbũ, & castellorũ oppugnationib., necnõ directã quoq; acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficilissimas, numero frequentes feritate truces, maiore periculo, quã dano Romani exercitus, plurimo cũ earũ sanguine, per dormuerũt. Atq; huius belli metu, & periculo Aug. integrũ biennũ istuc in Gallia trãsegit, multas in ea, & Hispania colonias fundauit. Tiberio cũ triũphus, tot reb. gestis, decretus*

Tertia
Quarta
Quinta.

Castra.

Bellum Vin-
delicum.
Lib. VII.
Vindelici iũ
quoq; Vin-
da, & Lica.
noti.
Lindangia.

Vol. II.

Plinius lib.
III.

esset, ipse ne ageret, obstitit, triumphalia ornamenta concessit. Hoc verò ellogium Senatus consulto consecrauit. IMP. CAESARI. D. F. AVGVSTO. PONT. MAX. IMP. XIII. TRIBVNIC. POTEST. XVIII. S. P. Q. R. QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICIIISQVE. GENTES ALPINAE OMNES SVB IMPERIVM POPVLI SVNT REDACTAE, GENTES. ALPINAE. DEVICTAE. TRIVMPILINI. CAMVNI. VENNONES. VENNONETES. HISARCI. BREVNI. NAVNES. IOCVNATES. VINDELICORVM. GENTES QVATVOR. CONSVANETES. VIRVCINATES. LICATES. CATENATES. ABISONTES. RHVGVSCI. SVANETEI. COLLVCONES. BRIXENTES. LEPONTII. VIBERI. NANTVATES. SEDVNIVERAGRI. SALASSI. ACITAVONES, MEDVLLI. VCENI. CATVRIGES. BRIGIANI. SONTIONTII. EBRODVNTII. NEMALONI. EDENNATES. ESVBIANI. VEAMINI. CALLICAE. TRIVLATII. ECTINI. VARGVNNI. EGVITVRI. NEMENTVRI. ORATELLI. VERVSII. VELAVNI. SVETRI. In Rhætia Tertia legio, quæ Italica nominata, contra barbaros posita. Atq; hæc ferè sunt, quæ ad Heluetiam, & circa eam Augusti Imperio. Cetera in Germania, & contra gentes Rheno vltiori, inferioriq; ad fines gesta. Dio quæ Drusus perfecere his paucis complexus est. *Hic, inquit, cum Sugambri, eorumq; auxiliarii propter absentiam Augusti, ac quia Gallos iugum seruitutis grauatim ferre scirent, bellum mouissent, Gallorum primoribus sub prætectu eius festi, quod hodie etiam Lugduni ad aram Augusti celebratur, euocatis, motum subditorum preoccupauit. Inde Germanus intentus quando Rhenum transiret, eos repulit, atq; ipse deinde*

Drusus, &
Tiberii gesta
contra Germanos.

*Vsperatarum regionem, secundum insulam Batauorum, Hollan-
 diam, atq; inde in Sugambrorum terram progressus magnam
 agri partem vastauit. Postea secundo Rheno in Oceanum deue-
 ctus Frisos subegit, ac per paludem Drusianam ab illo no-
 minatam, in Caucorum fines, siue Frisiam Occidentalem,
 digressus est, unde Romam discessit. Ac quamquam Pratorijs
 ornamenti insignitius; praeturam tamen Fabio, & Aelio coff.
 iniit. Mox ad bellum reuersus, Rhenum transit, Vsperas sub-
 iugauit, Lupiaq; fluminis ripis ponte iunctis in Sugambros irru-
 pit, perq; eos in Cheruscorum regionem, Frisos Orientales, vs-
 que ad Visurgim processit, multisq; aliis rebus gestis triumphar-
 libus ornamenti decoratus est, & ut ouans Urbem iniret, a-
 ctiaq; praetura, cum proconsulari potestate esset, obtinuit. Impe-
 ratoris nomen, quo à militibus adfectus erat, Augustus non
 permisit. Sequenti anno ipse quoq; Augustus in Galliam
 profectus, cum in Lugdunensi prouincia plerumq; agita-
 ret, Tiberium contra Germanos ultra Rhenum misit, qui
 barbaros ad conditiones compulit. Drusus in Cattorum
 fines ingressus, obuia quaq; subegit, vsq; ad Sueuos pen-
 traui. Inde in Cheruscos, conuerso itinere, Visurgim
 transgressus, omnia populando ad Albim castra perduxit,
 nec multo post defunctus est. Xiphilinus ista de Druso in
 Epitome. *Drusus Tiberij frater missus contra Celtas* qui
 trans Rhenum incolunt, captis rebus omnibus, quae factae essent
 obuiam, vsq; ad Albim fl. est progressus, qui à Vandalorū mons-
 tibus in eum Oceanum, qui ad Septentrionem spectat, maximus
 influit. Ibi quaedam mulier inusitata magnitudine fertur ei oc-
 currisse, atq; ita dixisse. Quò pergis, Druse cupide, & inexplabi-
 lus? Non enim potes hac omnia ex fatis videre, quam obrem re-
 cede. Nam tibi iam adest exitus vita, & rerum iuarum omnium.*
 Mortuo Druso, Tiberius triumphauit. Hæc eadem, more*

Guicciard.
 Frisia.
 A. V. G.
 15 cc. xlii.
 A. V. C.
 15 ccxlii.

Lib. lv.
 Celta-
 rum
 nomine o-
 mnes Ger-
 manie &
 Gallia gen-
 tes inclu-
 sa.
 Graecis scri-
 ptoribus.

A. V. C.
 15 ccxlii.

Vol. II.

Inde eorum
populorum,
qui inter
Sueuos Ta-
cito collocati,
nota sedes.
A. V. C.
l. cclxi.
A. D. N.
I E S V
CHRIST I
XII.
Suet. Aug.
A. D. N.
xv.
Dno lib. lvii.
Imp. an.
xxii. m. vi.
d. xxvi.
Lib. I. An.

Imp. an III
n. x. d. ix
A. D. N.
xxxviii.

aulico, extulit Paterculus paullò gloriosius. *Perlustrata*, inquit, *armis tota Germania, victæ gentes panè nominibus incognita, receptæ Caucorum nationes, omnis eorum iuuentus, infinita numero, immensa corporibus, situ locorum tutissima, traditis armis, unà cum ducibus suis, septa fulgenti, armatoq; nostrorum militum agimine, ante Imperatoris procubuit pedes. Deniq; quod numquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum milliarium à Rheno, usq; ad flumen Albin, qui Senonũ, Hermundurorũq; fines præterfluit, Romanus cum signis productus exercitus. Sed hætenus prospera. Nam Variana postea clades quanti Romanis constiterit, præter Dionem, idem Paterculus memorauit, & solus scriptorum veterum exactè perscripsit, tum Augusti dolor, & mæstitudo comprobauit, qui nuacio eius accepto vestem lacerauit, Germanos, Gallosq; Roma metu expulit, ludos fieri solitos omisit, capurque ad parietes sæpius collidens, *Vare redde legiones* sæpius ingeminauit. Neq; postea Heluetiis, bellum, aut periculum, sicuti nec aliis nationibus, Augusto superstite fuit. Vbi vita defunctus est, & imperij summam tenuit*

CLAVDIVS TIBERIVS NERO IMP. III. P. R.

CUm non solum barbaræ nationes, sed etiam exercitus R. in Germania, & Pannonia rebellassent, rebus pro tempore compositis, Drusum veteranos mississe in Rætiam *specie defendende ob imminentes Sueuos* *provincia* memoriæ commendauit Cornelius Tacitus, qui cetera, quæ contra Germanos gesta sub Tiberio, scriptis exsecutus est.

G. IVL. CALIGVLA IMP. IV. P. R.

Tiberio successit monstrum hominis, Drusi Germanici optimi, & innocentissimi Principis filius, qui, exhaustis

haustis opibus Vrbanis, cùm in Galliam, prætentu belli Germanici, profectus esset, prouinciam florentissimam, & longa pace vberriam expilauit, bonisq; omnibus euerit. Nam maximum sub eius Imperio crimen, *esse diuitem.*

Dio. lib. lix

TI. CLAVDIVS IMP. V. P. R.

Qui post Imperauit, non solum, Galba dũce, Catos toties rebelles, & Domitio Corbulone, ceteros Germanos domuit, & continuit, sed etiam secundus à Iulio Cæsare in Britanniam penetrauit, rebusq; feliciter gestis, aliquoties Imperator salutatus, cognomentum Britannici, aliosq; titulos obtinuit.

Imp. an.
xliii. m.
viii. d. xx.
A. D. N.
xlii.
A. D. N.
xlii.
Dio. lib. lx.

CLAVD. NERO IMP. VI. P. R.

Illi susceptus artibus maternis, vltimus familiæ Cæsarũ, qui Imperium malè partum turpius perdidit, nominato, auctoritate, & persuasum Iulij Vindicis Galli, Sulpicio Galba Imperatore qua de re paucis, sequenti capite.

Imp. an.
xliii. m. vii.
d. xxvii.
A. D. N.
lv.

Bellum Sequanicum Vindicis tum Galbinianum, & Heluetiæ prima notabilis vastatio, & clades. nonnullorum Imp. gesta.

CAP. II.



G Julius Vindex natione Gallus, patre Senatorij ordinis, gente ex antiquis Gallorum regibus, magnis & animi, & corporis viribus, & virtutibus, militiæ sciens, ad omne præclarum facinus inperterritus.

Xiphil. in
Nerone.
Vindicis
laudes.

Gallia suaso
& auctori-
tate Vindi-
cis à Nero-
ne defece-
runt.

Suet. Galba.
A D. N.
LXIX.
Imp. an VII.
d. VII.

bellum, &

Cades.
Plinius lib.
x. Epist.
Dò, Ner-
na.

Is cum ea quæ à Nerone contra Imperij decus gerebantur
perspexisset, & indices turpiora vulgarentur, concione Gal-
lorum, qui gravissimas exactiones tolerabant; aduocata,
cum multa super Imperatoris probris, & sceleribus disse-
ruisset, non solum, vt à Nerone deficeret impulsit, sed Ser-
gium Sulpicium Galbam Imperatorem legerent, persuasit.
Præerat tum Hispaniis Galba, Gallis iam olim per bella
Germanica cognitus, iustitiæ laudè, & fortitudinis, tum
triumphalibus ornamentis ea tempestate clarus. Eum sæ-
pius cum Vindex admonuisset *humano generi adfertorem,*
ducemq; se adcommoaret, tandem, *conditione reciperet par-*
tem meam, partim spe, impetrauit.

SERG. SVLP. GALBA IMP. VII. P. R.

AT verò Virginius Rufus qui Germaniæ præerat, mo-
tu Galliarum audito, continuo contra Vindicem ex-
ercitum ducere cœpit, & primò Vesontionem, quæ
recipere negasset, obsedit. Nec absuit obsessis Vindex, ca-
stra & ipse ad urbem in conspectum hostiū posuit. Postea
conuenire colloquio ducibus placuit, dictus locus: remo-
ti arbitri. Et deniq; suspitione coniurationis contra Nero-
nem vterque adligatus, Vindex ad suos ex conuentu festi-
narò discessit, & veluti in hostes moturus, copias eduxit.
Quod cum Virginiani animaduertissent, iniussi, & inopi-
nati in obuios, imparatos, & parum constantes irruunt,
magnamq; partem, sine labore, periculoq; concidunt, i-
pso etiam Vindice interfecto, præda, & impedimentis di-
tissimis potiuntur. Casum Vindicis primò ægrè ferre Ru-
fus, post in laudem vertit, & pro Epitaphio esse testamento
iussit hoc versiculo.

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam.

Impe-

Imperium adseruit, non sibi, sed patriæ.

Sanè indubitatum à militibus Rufum Imperatorem appellatum esse, sed nec precibus, aut minis adduci potuit, vt Imperium caperet, siue non militum hoc munus, sed Senatus P. Q. R. esse existimauit, siue animo forti, & excelso, quæ alij per omne nefas exoptant, repudiauit; aut fortunæ inconstantiam extimuit, magis quæ Imperio dignus, quàm Imperator videri voluit, Galbæ à Senatu confirmato subito suas legiones tradidit. Galbæ AEduis, Sequanis, & omnibus qui à Vindice fecerant quartam tributorum partem remisit in perpetuū, publicèq; ciuitate donauit, nec multò post interfectus est, Othone Saluio, cuius fraude, & perfidia occiderat Prætorianis militibus Romæ Imperatore sublecto: à Germanicis, Aulo Vitellio.

M. SALVIVS OTHO VIII. IMP. P. R.

AUL. VITELLIVS IX. IMP. P. R.

Ceterum hæc tuendi Vindicis primò, tum Galbæ ratio, & studium non solum Gallis plerisque, sed maxime Helueticis postea, bello quod Vitellius contra eundem Galbæ Imp. suscepit, exitio, & ruinæ fuit. Auctor Tacitus, qui de Alieno Cæcina animi, bellig. iuxta immodico, qui ad Vitellij partes transierat, differens, ita hoc bellum Helueticum narrauit. *Irritauerant turbidum ingenium Helueticum, Gallica gens, olim armis, virisque, mox memoria nos minus clara, De cede Galbæ ignari, & Vitellij Imperium abnuentes. Initium bello fuit auaritia, & f. stinatio vna & vicesima Legionis. Rapuerant pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Helueticis suis militibus, ac stipendiis tuebantur. Aegre id passi Helueticis, interceptis epistolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonias legiones ferebantur, centurionem,*

Rufi integritas, & constantia.

Galbæ in Vindicianis liberalitas.

A. D. N. Ixx.

Imp. m. III. d. v.

Imp. m. VIII. d. v.

Lib. I. hist. Helueticorum origo cladis, & causa.

Bada infe-
rior. Vbi si-
licet thermæ.
Rheti tunc
in propin-
quo, Bada
enim ad ca-
stra vice 24.
p.m.

Castri scilicet
eo vbi
nunc opidum
loco. Nam
thermarum
municipium
iam direp-
tum.
Dörberg,
que iuxta
prima pars

Auenticum
Helueticorum
metropolis.

Vitellii acer-
bita erga
deductos.

Eodem ann.
D. N. lxx.

Et quosdam militum in custodia retinebant. Cacina belli au-
ditus, proximam quamq. culpam, antequam pœniteret, vltim
ibat. Motaproperè castra. Vastati agri. Direptus, longa pace, in
modum municipij exstructus locus, amœno salubrium aquarū
vsu frequens. Missi ad Rhetica auxilia nuncii, vt versos in le-
gionem Helueticos, à tergo aggredierentur. Illi, ante discrimen
feroces, in periculo pauidi, quamquam primo tumultu, Clau-
dium Seuerum ducem legerant, non arma noscere, non ordines
sequi, non in vnum consulere. Exitiosum aduersus veteranos
pralium: intuta obsidio, dilapsis veuistate* mœnibus. Hinc Ca-
cina cum valido exercitu: inde Rhetica ala, cohortesq. & ipso-
rum Rhetorum iuuentus sueta armis, & more militia exercita.
Vndiq. populatio, & caedes. Ipsi in medio vagi, abiectis armis,
magna pars saucij, aut palantes, in montem Vacetiam perfu-
gere. Ac statim, immissa cohorte Tbraicum, depulsi & confectū-
tibus Germanis, Rhetisq. per siluas, atq. in ipsis latebris truci-
dati. Multa hominum millia caesa: multa sub corona venunda-
ta. Cumq. direptis omnibus, Auenticum gentis caput, iusto
agnūne peteretur, missi qui dederent Ciuitatem. & deditio ac-
cepta. In Iulium Alpinum è principibus, vt cencitorem belli,
Cacina animaduertit, ceteros venia, vel seuitia Vitellij reli-
quit. Haut facile dictū est legati Helueticorum minus placabi-
lem Imperatorem, an militem inuenerint. Ciuitatis exscidium
poscunt, tela, ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitel-
lius quidem minis, ac verbis temperabat. Cū Claudius Cof-
sus vnus ex legatis, nota facundie sed dicendi artem apta tre-
pidatione occultans, atq. eo validior, militis animū mitigauit.
Vt est mos vulgo, mutabili subitis, & tam pronon misericor-
diam, quam immodicum seuitia fuerat. Effusus lacrimis, & me-
liora constantius postulando, impunitatem, salutemq. Ciuitati
impetrauere. Atque hic primus fuit, qui certè literis anti-

qua fide, & auctoritate, proditus sit memorabilis casus, & Heluetiæ calamitas. Nam quam Brenno attribuunt, ut supra ex Gottfrido Viterbiensi vidimus, non ea procul à fabulis, Nec grauiorem ab vlla memoria, præter quam Atila toti terrarum orbi communem attulit, Heluetij tolerauerunt. Vitellij vita, aut sauitia breuis fuit, Vespasiano obtinente.

FL. VESPASIANVS. IMP. X. P. R.

HVnc bonū Principē ab Augusti morte, post annos V I. & L. Romana respub. ex sanguis sauitia tyrannorū. quasi fauo quodam, ne penitus rueret, adsecuta est, rectissimo Victoris iudicio. Maximus bello, ut potē, qui in Germaniā, Britanniāq; Legatus missus tricies cū hostē confligit, duas validissimas gentes, superq; opida xx. & insulā vctim Britannia proximam in deditiōnem redegerit: pace melior. Legibus enim æquissimis mouendo, quodq; vehementius est, vitæ specie, vitiorum plura aboleuit, per omnes terras, quæ iu Romanum est, urbes cultu egregio renouauit. Mille gentes cōposuit, cū ducentas egerrimè reperisset, extinctis sauitiæ tyrannorum plerisq;. Itum sanè Imperatorem Heluetia semper Patronum, patremq; existimauit, siue odio Vitellij, aut quia ita de gente meritis, & de eo antè quædam adnotauimus.

TITVS VESPASIANVS XI. IMP. P. R.

HIc quoq; Germaniæ notus, & Heluetiæ, de eo ita Suetonius. Tribunus militum & in Germania, & Britannia meruit, summa industria, nec minore modestia, & fama, sicuti adparet ex imaginū eius multitudine, ac titulis per vtramq; prouinciā. Sanè nuper Agauni inscriptionem ipsi factam reperimus, sed quæ, præter nomen, & paucos

A. D. N.
cœcl.

Imp. an.
ix. m. vi.
A. D. N.
lxxi.
In Vespas.
Sueton.
Vesp. c. i v.

Imp. an. II.
m. II. d. xxx.
In Tito.
A. D. N.
lxxx.

characteres vix aliquid certi demonstrabat. Idem Aul. Cæcinam coniurationis manifestum cõfodi iussit, quo facto non solum proprias iniurias, sed etiam Heluetiorum vltus est.

T. FLAVIUS DOMITIANVS. IMP. XII. P. R.

Imp. an. xv.
d. v.
A. D. N.
lxxxii.

Cur Flauii
in Imperium
adsumti.
Lib. v. hist.
Libris de bello
Iudaico.
Eusebius
de excidio
Hieros.
Tacitus lib.
iv. & v. hist.

Rebelliones
in Gallia, &
Germania
sub Vesp.

Is multa virtutis simulatione, nec patri similis, fratris etiam acerrimus obtrektor fuit, adeo vt pleraq; quæ ille probasse visus, verterit in contrarium. Bellum vnum contra Catos suscepit, confecitq; , præter alterum ciuile cum L. Antonio, superioris Germaniæ præside. Qui rerum causas, momentaq; perpendunt sollertiùs, nullum in dubium vertunt, Deum Opt. Max. orbis terrarum imperium Vespasiani, nihil tale cogitantibus contulisse; propter acerrimam vindictam Vnigeniti sui, orbis conditoris, & liberatoris in Iudaica gente factam. Cuius gentis Strages, funera, excidia qui legere, aut cognoscere volet præter Tacitum, Iosephum & ipsum Iudæum oculatum, probumq; testem habebit. Sed, quod dicere omiseram sub Vespasiano patre, in Germania primùm Claudius Ciuilis turbauit, ingentiq; manu Batauorum, sociorumq; facta, legiones R. oppugnare; munimenta exscindere ccepit. Accessit postea Classicus, alæ Treuerorum præfectus. Ipse regia Gallorum stirpe, bello, paceq; clarus: Deniq; Iulius Sabinus Lingon Rheno à Vitellio præpositus, qui super infamam vanitatem, falsæ stirpis gloria incendebatur: pro auiam suam Diuo Iulio per Gallias bellanti corpore. & adulterio placuisse. Hi diuisis inter se muneribus, libertatis titulo, mox alia ausuri, in Romanos imperum fecerunt, cohortium, alarum, legionum hiberna omnia subuerterunt, cremaruntq; , iis solum relictis quæ Maguntiaci, & Vindonissæ

fita sunt. Sabinus etiam se Cæsarem salutari iussit, magnâ-
que & inconditam popularium turbam in Sequanos ra-
puit, *conterminam ciuitatem, & Romanis fidam. Nec Sequani
detrectauère certamen. Fortuna melioribus adfuit. Fusi Lingo-
nes. Sabinus festinatum temerè praelium, pari formidine, deses-
ruit. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. Ceteras re-
belliones Petilius Cerealis multis praeliis compescuit, in
quorum vno tanta Romanorum, barbarorumque caesa
multitudo, vt mortuorum cadauera præfluentis (Mosæ)
cursum obstruxerint.*

M. COCCETVS NERVA. IMP. XIII. P. R.
NERVA TRAIANVS IMP. XII.

O Primus Imperatorum antiquitatis Iudicio existi-
matus. Imperium apud Agrippinam nobilem Gallie
Coloniam suscepit, habens diligentiam in re mili-
tari, in ciuilibus lenitatem, in subleuandis ciuitatibus lar-
gitionem. Cumq; duo sint que ab egregijs principibus exspe-
ctentur, sanctitas domi. in armis fortitudo, utrobiz prudentia,
tantus erat in eo maximarum rerum modus, vt quasi quodam
temperamento virtutis miscuisse videretur. Traiani apud Hel-
uetios multa memoria. Eo sanè anno quo Imperiũ inijt
marmorea illi columna apud Castellum Aquarum erecta
cum hac inscriptione.

IMP. CAESARI.
DIVI. NERVAE. F.
NERVAE. TRAIANAE.
NO. AVGVSTI. GERM.
PONT. MAX. TRIB.
POT. COS. II. P. P. DES.
III. M. P. LXXXV.

Vindisch in
Ergonia.

xiphilinus
in Vespas.

Imp. an. I.
m. IV.
A. D. N. 2.
xcvii.
Imp. an. xix
m. vi. d. xv.
Victoris
epit. Traianus
laudes.

A. D. N.
xcix.

Quod millia
passuum, 85
iter aperuis-
set. Eius sit-
neris adhuc
vestigia, qua
Bada Aro-
uiam itur,
per quercu
siluam.

A. D. N.
 clolxxxiv

Hanc columnam patrum memoria in agris suburbanis opidi Aquensis repertam, Aegidius Schudi Glaronensis tum eius Comitatus Praefectus, antiquitatis obseruantissimus, in arcem transtulit, & ante arcis pontem collocauit.

P. AELIVS HADRIANVS IMP. XV. P. R.

Imp. an. xx.
 m. x. d. xxxix
 A. D. N.
 cxviii.
 Viët. Epit.
 Dio Cas-
 sius Adriano
 Spartianus
 Adriano.
 Hadriani
 diligentia &
 industria.

Immensi iste laboris, quippè qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium praeuertens, caloris, & frigoris iuxta patientissimus, qui etiam Alpinas, & Gallicas nives, & Aegypti ardores capite intecto pertulerit. Praefectus in Gallias, omnes causs. v. v. s. liberalitatis eius subleuauit. Socias Ciuitates, atq. tributarias, & subditos misericè iuuit, multas earum inuist, & quas nullus ante se Imperatorum viderat, atq. omnib. aliquid opis, & auxilij tulit. In primis arces omnes ubiq. contemplatus considerauit, quarum alias in loca magis opportuna transtulit, alias penitus subuertit, omniaq. illa simpliciter, non dico quo pacto generalia, & communia in exercitibus se haberent, sed arma, machinas, fossas, vallum, & mœnia alia priuatim vniuscuiusq. & eorum qui in ordine militabāt, & eas ducebant vitas. statua, hiberna ipse intueri, & exquirere voluit. Multa per licentiam in solutiorem morem lapsa, & quae fabricata fuerant, correxit, & emendauit: alia destruxit, & sustulit. Eius cum alia monumenta, tum in Heluetiorum finibus Pons Aelius in comitatu Burgundiae quem Pontarlinum vulgò nominamus, itinere illo cuius exstant adhuc vestigia, quod quondam Agrippa Galliae praefectus ex Lugdunensi prouincia, & AEduis, in Sequanos Rauracosque, & Rhenum perpetuis stratis perduxit.

T. AVR. ANTONINVS. PIVS. IMP. XVI. P. R.

Tante bonitatis fuit, vt hanc dubiè sine exemplo vixeris.
 quam-

Gollusius in
 suis memo-
 riis.

Imp. an.
 xxii. m. vii.
 d. xxiiii.

quamuis cum Numa contulerit etas sua, cum orbem terra nullo bello per annos XXIII. auctoritate sola rexerit. Ad id trementibus cum, atq; amantibus cunctis regibus, nationibusq;, & populis, ut parentem, seu patronum magis, quam dominum, imperatorem uè putarent, omnesq;, uno ore, in caelestrum morem, propitium optantes, de controuersijs inter se iudicem poscerent. Bellum quidem cum Germanis gessit, sed per legatos.

De Allemannis, eorum origine, rebus gestis, & contra eosdem R. Imp. bellis.

C A P. III.



Ihi antiquitates Heluetiorum peruestiganti animus non est Imperatorum gesta singulorum in medio promere, sed eorum tantum qui res Heluetias attigerunt, aut de quibus nostratibus memoria. Alia aliorum opera sit, hanc patriam, & benemeritis Principibus dabimus. Sed totiens aduersus Allemannos bella Imperatoribus pugnata, numquam depugnata, animaduerenti, incidit plerumq; dubitatio quando tandem Allemannorum nomen percrebuerit, & in literis à Scriptoribus R. collatum sit. Quando sanè, & quibus, certò adfirmare perdifficile, cetera sic habentur. Asinius Quadratus, qui, Agathia teste, res Germanorum cum cura scripsit, Allemannorum non unam gentem esse, sed ex multis confectam, promiscuamq; memoriam mandauit, idq; ex ipso nomine intelligi uoluit, quasi Allemanni sint Allerleyman, omnis generis homines. *Allemanni, inquit, Agathias, si Asinio Quadrato viro Italicensi fides prestanda est, aduenticij sunt. & ex varia hominum colluione costati, q; sane eorum cognomèio praefertur.* Vnde mihi non abs re futurum videtur inquirere, quoniam praecipua plurimas Germanic

Vist. Epit.
A. D. N.
CXXXIX.

Iul. Cap. P. 6.

Lib. I.
Allemanni
vnde dicti,
& qui.

gentes, vno veluti fœdere, animoq; coniunctæ in Romanos fines inuaserint, indeq; Allemannorum originem ducere. Id verò potissimum accidisse reperio, cum

Imp. an. XIX
d. XI.
A. D. N.
CLXII. :

M. AVR. ANTONINVS. VERVS. PHILOS.
IMP. XVII. P. R.

In Antoni-
no Ph
Gentium re-
belliones,
& turba.

Antonini
Philosophi
labores, &
victoria.

Sequani quo-
rum pars
magna Hel-
uetii Philoso-
phi composi-
ti, vnde eius
illa apud E-
questres me-
moriam, & in-
iurassè per-
rupto.
Idem Capi-
tol. Pertina-
ce. In Epi-
tome.

Rerum summam consecutus est. Tunc enim omnes propè barbarorum nationes, tamquam signo sublato, ab omni parte impetum fecêre, Romanoque Imperio excidium, & ruinam minata sunt. Auctor Capitolinus Gentes, inquit, omnes ab Illyrici limite, vsq; Italiam conspirauerat, vi Marcomanni, Narisci, Hermūduri & Quadi, Succi, Sarmatæ, Luringes, & Buri. Hi, aliq; tum Victoualis, Sossibes, Sicobotes, Rhoxolani, Bastarna, Alani, Peucini, Costioboci. Imminabat & Britannicum bellum, & Parthicum. Alio loco. Contra Germanos res feliciter gessit. Speciale ipse bellum Marcomanicum, sed quantum nulla vniquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transiit, & eo quidē tempore quo pestilentia grauis multa hominum millia, & populariam, & militum interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, seruitio liberauit. Postea, Magno igitur labore, etiam suo, gentes asperissimas vicit, militibus sese inuitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis, & prefectis pratorio, acceperunt, in ditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis. Deinde, Res etiam in Sequanis turbata censura, & auctoritate repressit. Eodem tempore Catos qui Galliam, Rhatiamq; irruerant Aufidius Victorinus præliis aliquot fregit. Heluius Pertinax, qui postea imperium attigit, Rhatiam, & Noricum ab hostibus vindicauit. In eandem sententiam Dio. Eodem tempore Germani qui trans Rhenum incolunt venere vsq; in Italiã,

attulereq; Romanis maxima, & grauissima incommoda, quibus Marcus occurrit, Pompeiano, & Pertinace legatis exercitus factis, quo in bello optimè se gessit Pertinax. De huius magni ducis, & Philosophi bellis paucis Eutropius. Cõtra Germanos, eo Principe, res feliciter gesta sunt. Bellum vnum gessit Marcomannicum sed quantum nulla memoria fuit, adeo vt Punicis conferatur. Deinde: Ingenti labore, & moderatione, cum apud Carnuntum iugi triennio perseueraret, bellum Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatae Sueui, atq; omnis barbaries commouerat. Hæc gesta, & orta sub Antonino Philosopho. Nec postea quies, aut finis fuit. Philosophum in Imperio secutus

M. AVR. ANTONINVS COMMODVS IMP. XIII. P. R.

Quo Imperante Claudius Albinus multas barbaras in Gallia gentes edomuit, sed Commodus optimi patris pessimus heres. Eum secuti

HELVIUS. PERTINAX. IMP. XIX. P. R.

M. DIDIVS. SALVIUS. IVLIANVS. XX. IMP. P. R.

C. PESCENNIUS. NIGER. IMP. XXI. P. R.

L. SEPTIMIUS. SEVERVS. IMP. XXII. P. R.

Hic se ita Seuerum, & terribilem barbaris nationibus exhibuit, vt, eo quidem administrante, nihil aufæ fuerint; adeo imperium R. firmavit, vt eius mortis hæc fuerit audita vox, *Turbatam reipub. ubiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo. Senex, & pedibus ager firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni: infirmum si mali.*

L. SEPTIMIUS. ANT. SEVER. CARACALLA
IMP. XXII. P. R.

Brenario
VIII.
Pannonia est
opidum.

Imperavit
an. xlv. m.
viii. d. xvi.
A. D. N.
clxxxl.
Imp. m. II.
d. xxv.
A. D. N.
cxciii.
Imp. m. vi.
d. v.
Imp. an. I.
Imp. an.
xvii. m.
viii. d. iii.
A. D. N.
cxciv.
Spartianus
Seuero.

Imp. an. v.
mens viii.
A. D. N.
ccxiii.

Herodianus
Lib. 17.
Allemania
Caracalla
domiti.
In Cara-
calla.
Iocus in Ca-
racallam.

A. D. N.
cclx xv 11.
In vita
Proculi.

Imp. an. I.
m. II.
Imp. an. III
m. IX.
A. D. N.
ccxix.
A. D. N.
ccxx.
Herod. lib. vi.

Imp. an.
xiii. m. vii.
m. xvii.
A. D. N.
ccxxiii.

VAticinium verū fuisse filius hic Caracalla prodidit. cuius luxu, & improbitate, non solum in eius perniciosam domesticam animati: sed aliarum insuper gentes, Germaniarum precipue Imperium adflixere. Idem tamen apud Rhætiam non paucos barbaros interemit. Allemannos hos fuisse titulus, quo se Allemannicum adpellauit, testimonium reddere potest, de quo ita Spartianus iocum Pertinacis in eum narrans. *Non abs re, inquit, est, etiam Satyricum quoddam in eum addere. Nam cum Germanici, & Parthici, & Arabici, & Allemannici nomen adscriberet, (nam Allemannorum gentem deuicerat) Heluius Pertinax, Pertinacis filius, dicitur ioco dixisse, adde, si placet, etiam Geticus Maximus quod Getam occiderat fratrem.* Hæc prima est quam literis Romanis resperio, Allemannorum distincta notatio. Postea promiscue nunc Germani, modò Allemanni, paruo discrimine vocati sunt, & frequentius Germani. Nam adhuc sub Probo Imp. Allemannos dictos esse Germanos Vopiscus tradidit. Illud tandem obtinuit, & Allemannorum nominis præcipua nobilitas, & celebritas fuit.

M. OPILIVS. MACRINVS IMP. XXIV. P. R.

*M. AVR. ANTON. VARIVS. ALAGABALVS
IMP. XXV. P. R.*

Eius inscriptio nominis Salodori ostenditur secundo Imperij anno, quã, suo loco, ante oculos obiiciemus. Sub eo Germani Gallias diripuerunt, exercitus ripas insidentes oppugnarunt, per vicus, & vrbes, magnis copiis discurrerunt, hostilia omnia exercuerunt, dum in eos

M. AVR. SEVER. ALEXANDER IMP. XXVI. P. R.

AB Alagabalo adoptatus moueret, copiasque educret, in quibus Mauri equites, Sagittariorumque ma-

gna vis

gna vis, quos ex Oriente collectos contra Germanos maximè pararat, quod huiusmodi milites, præcipuè Germanos infestant, quum & Manu longius iacula intorqueant, siniq; faciles ad incursum, recursumq; vipoè leues, atq; expediti: & sagittarij nuda Germanorum capita, prægrandiaq; illa corpora facile eminens, veluti signum aliquod coniungant, ait Herodianus. Sed cū bellum parum procederet, tumultu militari, siue fraude Maximini, qui imperiū arripuit prope Maguntiam, in vico Sicila notat Lampridius, interfectus est.

C. IVL. MAXIMINVS. IMP. XXVII. P. R.

RHeno traiecto, ingentem Germaniæ vastitatem attulit, vicos incendit, greges abegit, prædas fecit, plurimos interemit, cœpit innumeros, & nisi Germani in siluas, & paludes coniecissent, omnem Germaniâ subegisset, & prouinciam fecisset, de quibus omnibus ita ad S. P. Q. R. perscripsit. *Non possumus tantum loqui, quam ium fecimus. per CCC. millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captiuos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnavimus. Sunt qui paludem hanc, lacum Cōstantiensem fuisse crediderunt. Nam paludem etiam alij Scriptores appellarunt. Contenti de hinc Allemanni, sed nec diu, nec validè.*

M. ANT. GORDIANVS. IMP. XXII. P. R.

BALBINVS. ET. PVPIENVS. IMP. XXIX. P. R.

M. ANT. GORDIANVS. II. IMP. XXX. P. R.

M. IVL. PHILIPPVS. CVM. PHILIPPO. F.
IMP. XXXI. P. R.

C. MESSIVS. Q. TRAIAN. DECIVS.
IMP. XXXII. P. R.

Sagittarij
maximè cū
Germanis
infest.

Lib. sup. cit.
Her. lib. vii.
in Alexan.

Imp. an. II.
A. D. N.
ccxxxvi.
Maximini
gesta in Ger-
mania.
Iul. Capit.
Maximin.

Parum hoc
cerium.
In iis Strabo.

Imp. m. I.
d. vii.

Imp. an. I.
Imp. an. vi.
A. D. N.
ccxxxix.
Imp. an. v.
A. D. N.
ccxlv.

Imp. an. II.

A. D. N.
ccl.
Victoris Epi.
Pomponius
Decio.

Imp. an. I.
m. VI.
A. D. N.
cclii.
Imp. an. VII.
m. VI.
A. D. N.
ccliv.
In Chron.
Bren. 1 X.
In Gallienis.
Gallia status
his Imp.
A. D. N.
cclxix.

Lib. 1. hist.

Multos hic habuisset laudatores, si à Christianorum cruciatibus manus temperasset. Id autem maximè in odium Philipporum fecisse creditus est, qui eam pietatem profiteri videbantur. Cetera domi; belliq; artibus egregiis instructus *Ciuites in Gallia motus sedauit*, Contra Gotthos in Pannonia pugnavit, periitq;.

*C. VIBIVS. TREBONIANVS. IMP. XXXIII. P. R.
P. AVR. VAL. VALERIANVS CVM GALLI-
ENIS IMP. XXXIV. P. R.*

Sub his imperantibus non prouincias solùm vicinas Somnes, Rhætias, Noricum, Gallias, vastarunt, & diripuerunt Allemanni, alijq; barbari, sed in Italiam etiã, & Hispaniam penetrarunt. Auctores, Eusebius, Eutropius, Pollio: Tum verò varij in Imperio tyranni orbem Romanum distraxerunt. Gallias quidem Posthumi, Lolliani, Victorini, Marij, Tetrici tenuerant. Ipsæ sub Posthumo tutæ, & pace florentes, sub motis longè Germaniæ gentibus. Vbi fraude Lolliani interfectus est, pleræq; Galliæ Ciuitates, nonnulla etiam castra, quæ barbarico solo posuerat Posthumus, irruptione Allemannorum direpta, & incensa: Reformauit tamen Lollianus; sed nec ipse vitalis, cæsus à militibus in labore nimium ferre nequeuntibus. Gallienum tamen pacem Galliæ aliqua parte comparasse, inito cum Germanorum principibus fœdere, memoria tradidit Zosimus. *Gallienus*, inquit, *videns Germanicas gentes ceteris infestiores esse, quæ ad colas Rheni, Celticis nationes acrius vexarent, hanc partem sibi propugnandam ab hostibus sumpsit. Aliis, qui per Italiam, Illyricum, Graciamq; prædis agendis intenti essent, duces, cum eorum locorum exercitibus bellum facere iussit. Ac ipse quidem Rheni traiectus custodiens,*
quam-

quantum praestare poterat, interdum transitu hostes arceat, interdum transcuntibus suos instructos obicit. Sed quod cum ingenti multitudine perexiguas ipse copias habens, bellum gereret, in angustum iam coacta res ipsius erant, cum inito fadere cum quodam de Germanica gentis principibus ex aliqua parte periculum minuisse visus fuit. Nam ceteros ille barbaros arcebat, quo minus Rhenum continenter transirent, & irruentibus obstabat.

M. AVR. FLAVIUS CLAUDIUS IMP. XXXV. P. R.

Quadragesima millia Allemannorum apud Benacum in Italiae finibus interfecisse dicitur. Teste Eusebio: Au. Victor, numerum non addidit, tantum, *aduersum aciem Allemannorum haus procul à lacu Benaci dimicans tantam multitudinē fudit, ut agrè pars dimidia superfuerit.* Ab eodem morituro probatus, & sublectus

L. DOMIT. AVR. VAL. AVRELIANVS IMP.
XXXVI. P. R.

Quicquid Tetricum in Gallia regnantem in ditionem accepit, cum seditionibus, & turbis militaribus fatigatus toties ingeminaret
Eripe me his, inuicte, malis.

Gallias restituit. *Vindelicos obsidione barbarica liberavit.* Fuisse Allemannos qui oppugnarent Zosimus ostendit: Imperator, inquit de eo, *intellecto Allemannos cum finitibus sibi nationibus, Italiam incursionibus vexare decreuisse, non ab re de Roma, vicinisq; urbi locis sollicitus, satis magno Pannonia relicto praesidio, versus Italiam perrexit, & in extremis ad Istrū partibus conferto praelio multa barbarorum milia deleuit.* Quin tamen Marcomanni ab vno latere, dum alterum defendit, in Italiam irrumperent, omniaq; circa

Imp. an. 1.
m. x.
A. D. N.
cclxix.
Ls Chr.
In Epit.

Imp. an. 14
m. x1. d. vii.
A. D. N.
cclxxi.
Virgil. vi.
Aeneid.
Vopiscus
Aurelianus
Lsb. 1. hist.
Non procul
ab vltima
Suecia vr-
be. Idē Imp.
Gonemans
barbari e-
uersam, re-
stituisse di-
citur, &
Aureliam
inoccupasse.

Mediolanum euastarent, obsistere, aut cauere non potuit. Quo tempore ita Romæ trepidatum, vt, vltimo refugio, libri Sibyllini iam propè aboliti consulerentur. Idē tamen triūphauit, & inter ceteros, *Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmatae, Franci, Succi, Vandali, Germani, religatis manibus, captiui præcesserunt.* Aureliano interfecto, cū per septem menses Imperatorem nullum terrarum habuisset orbis, quæ eo tempore gesserint Allemanni, notum ex illa quam Cornificius consul, orationem habuit, cū de Imperatore legendo ad Senatum R. relatū esset, Ait n. *Referimus ad vos P. C. quod saepe reuelimus. Imperator est deligendus. Exercitus, sine Principe, rectē diutiūs stare nō potest. Simul quia cogit necessitas. Nam limitem trās Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse vrbes validas, nobiles, diuites, & potentes.* Lectus

M. CLAVDIVS TACITVS. XXXVII. P. R. IMP.

M. ANNIVS CLAVDIVS FLORIANVS

IMP. XXXVIII. P. R.

M. AVREL. VAL. PROBVS. XXXIX. IMP. P. R.

S Tatim vt Imperium adiit, cum ingenti exercitu Gallias petijt, quæ omnes, occiso Posthumo, turbata fuerant: interfecto Aureliano à Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates, prædam deinde omnem, qua illi, præter diuitias, etiam efferebantur ad gloriam. Et cū iam in nostra ripa, imò per omnes Gallias securi vagarentur, casis propè quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant solum, reliquias ultra Nicrum fluuium, & Albam* remouit, tantum his præda barbarica tulit, quā ipi Romanis abstulerāt. Pugnare non cessauit, regulos in ditionē accepit, agros colerent, arma ponerent, imperauit. Ex Germania tirones scripsit, quos militiæ ordinibus insertos per prouincias

diuisit,

A. D. N.
cclxxvi.

Imp. m. vi.
d. xx.

Imp. m. i.
d. xx.

Imp. an. v.

A. D. N.
cclxxvii.
Vopis, Probo.
Probi in Gal-
lia facta.

Neckar qui
prope Rot-
uillam fuit.
Albst. ex
Harcinia, &
S. Blasto in-
ter Valtshut,

diuifit. Res in Gallia reftituit. Rhetias fic pacatas reliquit, vt illic ne fufficionem quidem vllius terroris relinqueret. Quibus de rebus ita ad Senatū literas dedit. Ago diu immortalibus gratias P. C. quia ueftra in me iudicia comprobarunt. Subacta eſt omnis quā tenditur latè Germania. Nouem reges gentium diuerfarum ad meos pedes, imò ad ueftros fuppliees, ſtratiq; iacuerunt. Omnes iam barbari vobis arant, vobis iam ferunt, & contra interiores gentes, vobis militant. Supplicationes igitur ueftro more decernite. Nam & quadringenta millia hoſtiū caſa ſunt, & ſedecim millia armatorū nobis oblata, & ſepuaginta vrbes nobiliſſima captiuitate hoſtium vindicatae ſunt, & omnes penitus Gallie liberatae. Paullò poſt. Arantur Gallicana rura barbaris bobus, & iuga Germanica captiua noſtris praeſent colla cultoribus. Poſtreinò. Volueramus P. C. Germania nouum Praefidem facere, ſed hoc ad pleniora vota diſtulimus. Contra Francos, Burgundios, Vandalos pugnaſſe Probu Zofimus ſcripſit, Acres, inquit, pugnas commiſit, primū contra legiones Germanicam gentem, quos cum viciſſet, ac ducum eorum Semnonem, cum filio, viuum in poteſtatem redegiſſet, ſuppliees factos in fidem recepit, & captiuus, omniq; prada recuperata, quam habebant, certa quadā ſtipulatos dimiſit, ipſo quoq; Semnone, cum filio, reddito. Alterum contra Francos praetium pugnavit, quibus opera ducum ſtrenuè victis ipſe cū Burgundionū, Vandilorumq; copiis dimicauit. Sub Aureliano, & Probo Gallias inuaſerant imperij nomine, Bonofus, dux Rhetici limitis, & Proculus, de quo ita Vopifcus. Nonnihil inquit, Gallis profuit. Nam Allemannos, qui tū adhuc Germani dicebantur, non ſine gloria ſplendore contriuit, numquā aliter, quàm latrocinandi pugnant modo.

M. AVR. CARVS. MANL. AVREL. IMP. XL. P. R.

M. AVR. CARINVS. ET. M. AVR. ROMVL. NVMERIA-
NVS. IMPP. XLI. P. R.

Y 2

Sed

& Lauſſenberg Rheno inſluit. Sed hoc loco accipienda ea regio qua inter Nicrum & Danubium ſita, etiam nunc Alb, vel Alpidicitur (quod idem eſſe Strabo lib. 4. teſtatur) & Ulmam vsq; fere protenditur. Fruſtra hoc loco quidam Albin repoſuere ſignari rerum locorumq; Lib. I. hiſt. Alij Scriptores Logios vocant inter Saxones populos.

In Proculo Allemanni ab eo contriti.

Imp. an. I.

A. D. N.

cclxxxii.

Imp. an. I.

m. vi.

A. D. N.

cclxxxiii.

Sed huius Carini, qui occidenti præerat, cum Orientem teneret frater Numerianus, multis Galli iniuriis exacerbati, non solum tumultu, Bagaudarum nomine, facto, ducibus Amando, & Aeliano defecerunt, sed alias insuper ultra Rhenum gentes excitarunt. Quamobrem Diocletianus qui, interfecto Numeriano, Orientis imperium acceperat, cum tot occurrere hostibus, caeso pariter Carino, posse diffideret, Maximianum Herculium primo Cæsarem nominavit X. Martij. Tum verò imperij confortem adsumsit, Imperatorem salutavit, & occidendi præfecit, Galerio, & Cōstantio etiã postea Cæsaribus sublectis.

C. AVR. VAL. DIOCLETIANVS. ET. M. AVREL.

MAXIMIANVS IMPP. XLII. PR.

FL. VALER. CONSTANTIVS CHLORVS. ET.

C. GALERIVS VALERIVS MAXIMIANVS

NOBILISSIMI CAESARES.

Maximianus Imp. primò quidem superatis Alpibus, cum Agaunum venisset vota concepit, sacrificia Ioui Pœnino obtulit, omnem exercitum lustravit, quibus sacrificiis cum interesse, aut frui nollet Thebæa legio, quam paullò ante Diocletianus ex Thebaide, vbi præsidium agitaret deduxerat, Duce Mauritio, & in Occidentem miserat, primò decumari, pristino militiæ more reuocato, postea, cum in suscepta fide Christi perduraret, integram interfici mandavit, pauci inde elapsi sunt. Tum in Amandum, & Aelianum profectus, in deditiõem vtrumq; accepit, Gallos agrestes exarmavit, agrorum cultui pristino reddidit, tum verò Allemannos ultra Rhenum progressus multis præliis fregit, regionem eorum, ferro, flamaq; vastavit, tropæa in media Germania constituit, barbaras nationes, præsertim Francorum, deditas, &

sub-

A. D. N.
cclxxxiv.
A. D. N.
cclxxxv.
A. D. N.
cclxxxvi.

Imp. an.
xviii. m. x
d. viii.
Adsumti
quartum
post annum,
& cum Au.
regnarunt an
xiii. m. l. d.
xx.
Maximiani
gesta in Gal-
lia, & Ger-
mania.
Thebæa leg.
martyrium.

73

subactas in Galliam, quæ multis locis, propter frequentes irruptiones hostium, haut perinde culturæ erant, transtulit, agrisq; cõsignauit. Vnde Panegyristes. *Quid loquar intimas Franciæ nationes, iam, non de ijs locis, quæ olim Romani inuaserant, sed à propriis ab origine sui sedibus, atq; ab'vltimis barbaria litoribus auulsas, vt, in desertis Gallia' regionibus collocata, etiam pacem Romani imperij cultu inuarent; & arma delectu. Qui fuerint agri, & loci in quibus Franci collocati, alibi ostendit, Tuo, Maximiane Auguste, nutu, Neruiorum, & Treuerorum arua iacentia latus postlimino, & receptus in leges Francus excoluit. Pax ita aliquanta R. prouinciis fuit, commissis inter se barbaris nationibus. Vnde Belgicus ille Orator. Furit, inquit, in viscera sua gens effrena Maurorum: Gothi Burgundios penitus exscindunt: pro victis rursus armantur Allemanni: Itemq; Teruingi pars alia Gothorum, adiuncta manu Taisalorum, aduersum Vandalos, Gepidasq; concurrunt. Postea, Burgundiones Allemannorum agros occupare, sed sua quoq; clade quasitas Allemanni terras amiserunt, quas repetunt. Nec tamen ista nisi ad præsentiam Maximiani, vbi procul esse notuit subito arma in Romanos contulere Allemanni: Rhætias, Heluetiam, Rauracos, Sequanos per vastarunt, vrbes, & castella funditus euerterunt, vicos incenderunt, ferro, & occidione passim grassati sunt, in Lingones vsq; promouerunt. Obuius cum exercitu Cæsar Constantius factus, pulsus, fugatus, & fusus. Ipse saucius, occlusis opidi Lingonum portis, resti ex mœnibus submissis, attractus, vix hostium manus euasit. Collecto tamen animo, & copiis: quæ dies profugum viderat, eadem hostiam victorem accepit. Vix enim horis quinq; delapsis, suos pro victoria, & prædâ: Gallos pro salute, & libertate cohortatus, talem in hostes incautos, & præterita victoria*

Barba, ir sine
Franci in
Galliam
translati.

Barbarorum
inter se bella.

Allemanni
rursus Hel-
uetiam, &
Galliam in-
vadunt.
A. D. N.
ccxciv.
Eutrop. Bre-
uiar. ix.

*Pugna vin-
domiffensis
in Ergouia.*

*Romani Im-
perij limites
per Constā-
tium Caf.
restituti.
Itemq; vrbes
& castella.*

*Lib. III.
Cosmog.
Oratione ad
Prasidem
Gallie pro
restituendis
Menianis
scholis.*

securos impetum fecit, vt, Sexaginta millibus contrucidatis, reliquos in fugam coniecero. Qui cū se pariter collegissent, inq; Vindonissæ campis in Heluetia cōsedissent, aliosq; ex Germania cōuocassent, secundo prælio sic rursū afflixit, vt ne reliquæ quidem Allemannorū in Heluetia, aut Gallia remāserint, omnibus qui hostili essent animo vltra Rhenum profligatis. Hinc illa Oratoris exclamatio. *Quid memorem Lingonicam victoriam, & Imperatoris vulnere gloriosam? Quid Vindonissæ campos hostium Strage completos, & adhuc ossibus opertos?* Ita exiguo tempore Cōstantius, duobus præliis feliciter patrat, non solū Galliarum, & vtriusq; Germaniæ limites restituit, sed etiā quæ vastarant castra, & castella Allemanni, toto Rheno, Danubioq; reparauit, vt antè partim ostēdimus. Indicat Aedius panegyristes. *Toto, inquit, terrarum orbe, non modò quæ Romanus limes, virtute vestra recepto, sed etiam quæ hostilis, edomito, cum toties proculcata esset Allemannia, toties obstricta Sarmatia, Vritungi, Quadi, Carpi toties profligati, submittere se Gottho, pace petenda, supplicante per munera Persarū rege, vrebat animam vna illa tanti imperij contumelia, quòd Britannia adhuc in potestate Carausii esset.* Item. *Partho vltra Tigrim redactò, Dacia restituta, porrectis vsq; Danubij caput Germania, Rhetiaq; limitibus.* Verus, & antiquus Rhetici primæ terminus Danubij fons, Ptolemæo teste. Eumenius quoque. *Nam quid ego, inquit, alarum, & cohortium castra percenseam, toto Rheno, & Istri, & Euphratis limite restituta? quot vbiq; muri, vix repertis veterum fundamentorum vestigiis, excitantur?* Paullò post. *Nunc demum iuuat orbē spectare depictum, cū in eo nihil videmus alienum.* Atq; hunc ortū, hæc gesta Allemannis nomine, genteq; promiscuis fuisse putauerim, cū Germani, iidem nationis vniuersæ; modò

Alle-

Allemani, sumto nouo vocabulo, passim ab integris scriptoribus nominentur. Et quãuis nominis deriuatio Quadrati certa esse possit; virtutis tamen origine potius existimauerim. Vt enim primi qui Rhenum traiecerunt, Gallosq; sedibus expulerunt, Germani, hoc est, planè viri, re fortiter gesta, nomen inuenerunt, auctore Tacito: ita qui Romanorum seruitutem, potentiamque vltra ferre non potuerunt Allemãnos, hoc est, omnes viros dictos credibile iudicaro. In quam sententiam venisse etiam Gottfridus Viterbiensis videtur, his versibus.

Rhenus ab antiquis describitur esse Lemannus,

Indeq; nonnulli dictos referunt Alemannos;

Sed vox æquiuoca nomina falsa parat.

Illud ego nomen alia video ratione.

Quidquid prisca sonent, quod sentio, litera promet,

Lector ab hinc capiet, quæ magis apta sonent

Alle, sonat totum; man, vir. Si Theutona lingua

Hæc duo coniungat, totum vir litera signat.

L. geminata satis nomina clara facit.

Nam quod Otho Frisingensis Allemannos à Lemanno fluuio quem eum esse dicit qui ex lacu Tigurino egressus in Rhenum exoneratur, Limagum nunc potius vocant, frustra est, ex mei animi arbitrio. Allemannorum porrò cultum, & armaturam his paucis Agathias notat. *Plerisq; inquit, bello detecta sunt capita, per pauci casside operiti, armis decernunt, sed pectore nudato, & iergis ad infimos renes, amiculo præterea lineo, partim è corio succincti, & tibias contegunt.*

Germani
nominis
origo.

Libello de
morib. Ger.
Item Alle-
manni.

Part. eix.

Lib. I. gest.
Frid. I. cap.
VIII.

Lib. II.

*Constantini Magni preclara facta, & liberorum. Lentiense
bellum iuxta Acronium, & Iuliani Cæs.
insignes victoria.*

CAP. IV.

Imp. an. xxx

C. AVR. VAL. FLAVIUS CONSTANTINVS
IMP. I. P. R. CHRISTIAN. IN
OCCIDENT.



Constantino Cæs. Eboraci in Britannia mor-
tuo, cum iam antè Diocletianus, & Maximia-
nus imperio abiissent, ille Orientis, hic Occi-
dentis, Constantinus, qui postea, cum primus
Imperatorum Christianam pietatē cepisset,
confirmassetq; meritis suis Maximus dictus est, regnare in
Occidente cepit feliciter. Is primò contra Francos bella
habuit, quos præliis aliquot fractos, eorum reges etiam
bestiis pro munere obiecit; contra verò Bructeros, Che-
ruscos, Vargiones, Tubantes Allemannorum gentes eam
victoriam cōsecutus est, vt dixerit Nazarius panegyristes,
vnum hoc bellum, si debitis laudibus immorari liceret,
diem integrum absumenturum, quo factum modo vt quie-
tem ab his hostibus toto propè imperio habuerit. Con-
stantini liberi primùm ex parte à vera pietate discesserunt,
tùm verò paternam virtutem minime consecuti sunt. Ille
barbaris subiugandis fortitudinis exempla reliquerat: Hi
suo se sanguine commacularunt. Constantinus maior
natus, cum Constante minore Hispanias, Galliam, Italiã,
Africam Illyricum, Græciam, prouincias testamento ac-
ceperunt. Orientis imperium Constantius, & eius caput

A. D. N.
ccvii.
Eutrop.
Breviario x.
Constantini
contra Alle-
mannos vi-
ctoria.

A. D. N.
cccxxxvii.
Zosimus lib.
II. Eutrop.
x. Breviario.

Con-

Constantinopolim, cum Thracia & Aegypto. Nec longa fuit concordia fratrum. Orta inter Constantinum, & Constantem de Italia controuersia, Constantino apud Aquileiam interfecto, Constans, cuius fraude perierat, totius Occidentis imperium adiit

FLAVIUS CONSTANS IMP. II. P. R. IN. OCCID.

Ipsum aliquamdiu firmum, quamdiu scilicet virtuti locum fecit; Vbi se indignis amoribus adligauit, venationibus, & luxuriæ tradidit, ansam simul Magnentio Comiti ipsius occidendi, & imperij per vim occupandi obtulit. Magnentius statim Decentium, & Desiderium fratres Cæsares nuncupauit: Huic Hispaniarum regna: illi Gallias imperio administrandas dedit Imperij verò summam sibi reliquit. Bellauit Decentius cum Allemannis improspere. *Chondamarius* ait Ammianus, *rex Allemannorum, & Decentium Cæsarem superauit, aquo Marie congressus, & ciuitates multas claras vastauit, & opulentas.* Magnentius verò cum Constantino, qui iam solus, legitimus orbis R. arbiter, congressus in Pannonia, primò superatus est, tum secundò prope Ticinū victoriam adeptus multis post præliis fractus, dilabēte paulatim exercitu, seipsum Lugduni interemit. Primo sanè prælio vires Imperij concidisse, auctor Aurelius Victor. *Constantius, inquit, cum Magnentio in Pannonia apud Murfam dimicans, vixit, in quo bello, penè numquam amplius Romana consumi & sunt vires, totiusq; imperij fortuna pessumdata.* Magnentiano bello confectò, Occidentis totius, cum Oriente compos factus

FL. CONSTANTIVS II. IMP. III. P. R.

IN Gaudemadum, & Vadomarium fratres Allemannorum reges, qui crebris excusibus, & libertate ciuilibus

R. Imperij
diuisio inter
Constantini
liberos.
A. D. N.
cccxl.

Imp. solus
an. IX. m. IX.
d. IX.

Tyrannidem
tenuit an. III
m. VI. dies
aliquot.
A. D. N.
ccc. l.
Lib. XVI.
lib. f.

A. D. N.
ccc. l. i. i.
In Epit.

Imp. an.
VIII.
A. D. N.
ccc. l. i. i.
Ammianus.
lib. xiv.
L

*Constantius
in Rauracis
contra Alle
mannos.*

*Pacem, et
fidus cum
ijs fecit.*

*Lintzgeuser
ad lacum
Constantio-
sem.*

A. D. N.

ccclv.

*Bellum Len-
tense.*

Ammianus

Lib. xv.

Arbetio ab

Lentensibus

fugatus.

Et ipse ab

Arintheo.

præteriti belli, Galliam, Heluetiam, Sequanos, Rauracos populabantur, arma vertit. Copiis primo vere eductis, in Rauracis, Rheni ripas insedit, ne flumē nauium compage coniungeret, hostium accidentibus telis, in morem grandinis, prohibitus est. Cū ea ratione quid potissimum in hostes moliretur dubitat, ex indice fortē vadosum, certo loco, flumen agnoscit. Vnde facilē in hostes irrumperē licuisset, nisi præcipui militiæ ordines ex Allemannorum gente, popularibus pepercissent; & reges, mutato consilio, veniam delictorum quæsiuissent, quam Imperator, aduocata militum concione, haut grauatim, certis condicionibus, dedit, & fœdereicto muniuit. Inde Mediolanum in hiberna discessit. Nec multò post Lentensibus bellum indixit, eadem causâ. In Rhætia, Campis Caninis, cū substitisset, Arbetionem M. Eq. cum copiarum parte, præmisit, qui Brigantij lacu ripas sublegens, hostes eliceret, sed dum speculatorū, quos miserat, aduentum negligit, pauloq; incuriosius agit, repentē ab hostibus per insidias circumuentus, rix fuga, & noctis beneficio elapsus est, plurimis interfectis, in quibus tribuni decem. Id successus animos hostium sustulit, iamq; Romanorum munimenta, & castra oppugnare adausi, exscidium ferro, voce, vultuque minabantur, donec Arintheo, Seniunchoq; Comitibus, & Bappone duce, cum selecta Promotorum manu erumpentibus, in fugam fœdissimam cōiicerentur. Re in hunc feliciter modum restituta, Mediolanum Imperator, vt instituerat rediit, apud nostrates illi monumentum hoc positum.

IMP. CAES. VAL.

CONSTANTIO PIO

FEL. INVICTO. AVG.
 DIVI CONSTANT. PII. AVG.
 FILIO. FOR. CL. VAL. BONO.
 REIPUBLICAE NATO.

Dum verò Mediolani Orthodoxis exagitandis, tempus ponit, non minùs frequentibus nunciis concutitur, Allemannorum reges Francorumq; omnibus posthabitis, nemine contra nitente, ad internicionē vastare vniuersa Itaque animi anxius, cùm nec hostibus immittere se, nec florentissimas prouincias prædæ relinquere, aut perdere, pari vecordia, recusat, Iulianum patruelem Achaia accire, Cæsaremq; nominatum Galliae præficere constituit, & vñ Iduum Nouemb. eodem anno perfecit. Iulianus Cæsar, exiguo comitatu, Kal. Decēb. Mediolano egressus est, rectaq; Taurinos peruenit, vbi Coloniam Agrippinam, quod hætenùs de industria fuerat silētio oppressum, pertinaci barbarorum obsidione occupatam, & euersam accepit, Inde Viennam discessit, illicq; aliquam diu deliberationis nomine moratus, peteretne Francos, & Belgium, Allemannos, recta acie, per Decempagos inuadere potiùs existimauit. Motis igitur Vefontione castris, vbi opperiri se copias iusserat, inde humecto, & nubilo die profectus, cùm aeris, & nebularum intemperies pænè aspectum subducerent, hostes ex insidiis duas propè delessent legiones, gnaritudine locorum, & habilitate, nisi clamore attoniti loci auxilia præsto contulissent. Quod monumento Iuliano in posterum fuit, insidias & hostium fraudes vndiquaq; cauendi. Cùm verò audisset Argentoratum, Breucomagum, Tabernas, Salissonam, Nemetas, Vangiones, Maguntiacum, barbaros occupasse, eorum territoria

z. osimur lib.
 III.

A. D. N.
 ccc. lvi.
 Ammianus
 lib. xvi.

Strasburg
 Breucomag
 vicus
 Zaberem.

*Self.
Spirer
V Vormser.
Mentz.*

*Hodie lute-
tiam, aut Va-
risios vocant.*

A. D. N.
ccclvii.

*Allemanni
predabundi
Lugdunum
vsq; perve-
nere.*

*Sunt qui
hanc insulã
esse eam cre-
didere, quæ
infra Schaf-
husiam est,
ego potius Se-
ckingam
adfirmarim,*

incolere, primò Breucomagam in potestatem redegit, tum cum hostibus ubiq; occurrentibus congressus, partim cecidit, partim in alteram ripam profligauit, quibus ita compositis ad Agrippinenses liberandos discessit, Francisq; pacem petentibus, vrbeq; quam occupant, reddita, in deditiõnem suscepit, & in Denonum * opidum demum in hiberna discessit. Vix opidum tenuerat, & per municipia copias diuiserat, cum barbari, eius capiendi confidentia, vndiq; Cæsarem infedere, nec nisi post tricesimum diem cum frustra omnia tentassent, obsidium relinquere. Exacta sic hieme, quia licentiùs, & ferociùs agebant, insultabantq; Allemanni, eos omni ex parte aggredi, & in angustiis concludere decreuit. Missus Barbetio M. Ped ex Italia, cum xxv. millibus, qui secundum Rauracos impetum faceret, Iulianus cetera copiis cingeret. Sed dum ea consilia agitantur, inter vtriusq; exercitus castra fraude læti barbari, Lugdunum vsque penetrauerunt, ægreque ab vrbis mœnibus repulsi, omnia subiecta diripuerunt. Quod cum comperisset Cæsar aliquot equitum turmis itinera, quibus itineribus erant redituri Allemanni, obsedit, palantesq; & præda plenos impunè cecidit. Quibus gestis, & præsentia duorum fortissimorum exercituum territi hostes, alij in Rheni insulas, plerique in vltiorem ripam transire, omnesq; aditus, cæcis immensi roboris arboribus, interclusere. At Iulianus, cum ætate adulta, vadari flumẽ Rhenum intellexisset, Bainobaudem Cornutorum tribunum, cum expedita velitum turba, vt barbaros vrgerent, emisit, qui, traiecto, qua breuia dabant, fluuio, tum clipeis subiectis enati, opera memorabili insulam occuparunt, remque fortiter gesserunt, cæcis nullo discrimine, aut sexu hostibus, & tota insula eiectis.

His ita feliciter transactis, cum restituendis opidis, & castellis paullo antè euerfis, animum applicuisset Cæsar, & iam Tres Tabernas eduxisset, præsidio, & comæatu in annum munisset, Allemanni Barbetionem qui ad Rheni superiora, in Rauracis, & Heluetia, castra habebat, præcipiti impetu, vallo, munimentisq; eiecerunt, fugientemq; Augustam vsque Rauricam persecuti sunt: præda, & omnibus impedimentis occupatis. Inde noua inter barbaros coniuratio: Conuenerunt Chonodomarius, & Vestralpus, tum Vrius, & cum Suomario, & Serapione, Hortarius, omnes reges, maximisq; quantum fieri potuit, copiis factis, missò ad Cæsarem nuncio, terris abscederet, virtute sibi quæsitis, & bello, prope Argentoratum consedere. Iulianus nihil territus exercitum primo mane Tabernis eduxit: declinante meridie in hostium conspectum uenire. Ibi cum quiescere, proiecto in noctem aggere, Cæsar maluisset, prælium, & pugnam milites præoptauere. Itaq; ordinibus, pro loco, & tempore compositis, Cæsariani equites primò fusi, & fugati; pedites hostium impetum excepere, Cornutis maximè, & Braccatis militia peritis, & longo usu firmatis, contra innitentibus. Ibi veluti torrète ad rupem colliso barbarorum furor, & impotentia stetit, donec, sole decumbente, deficerent, plurimis caesis, nec paucioribus flumine Rheno suffocatis, ceteri fuga per tenebras dilaberentur, Chonodomario solo retracto. Iulianus consensu omnium Augustus, & Imperator salutatus. De hoc prælio, & Iuliano Victor *Iste, inquit, in campis Argentoratensibus, apud Gallias, cum paucis militibus, infinitas hostium copias deuicit. Stabant acervi montium similes: fluebat trans fluminum modo, captus rex nobilis Chonodomarius, fusi omnes optimates, redditus limes Romana possessionis.* Quantæ

In Rauracis enim ista, ubi tum Iulianus.

Barbetio ab Allemannis Heluetia, Castrisq; eieclus, fusi, fugatus.

Augusti supra Basileam.

Allemannorum coniuratio.

Prælium Argentoratense.

In Iuliano

Lib. III.

Cæſorum
hoſtium
numerus.In ſua Mo-
ſella.Ammianus
Lib. xvii.
Iulianus
Alleman-
niam vaſta-
uit.Pacem petē-
tibus dedit.Supplices
ſuſcepit.A D. N.
ccclviii.

autem fuerint hæc deletæ copiz ſolus, puto, in numero habuit Zoſimus, fauorene huius apoſtata, an ex verò? Quùm nunciãſſent, inquit, exploratores propter urbem Argentoratum, qua ad Rheni ripam ſita eſt, infinitam barbarorũ multitudinem tranſieciſſe, ſimul atq; rem cognouit, cum copiis, opere tumultuario, collectis, progreſſus eſt, & conſerta cum hoſte pugna, tropæum longè ampliſſimum ſtatuit, ſexaginta millibus hominum in ipſo pralio deletis, & aliis totidem in Rhenum præcipitatis atq; in flumine exſunctis De Argentorato, ex vi-
co, per eundem, credo, Iulianum, aut certè Valentinianũ i. qui ſucceſſit, in opidi formam reſtituto, & hac pugna paucis etiam meminit Auſonius, his verſibus

*Transferam celerem nebuloso flumine Nauam,
Addita miratus veteri noua mœnia vico,
A Equavit latias ubi quondam Gallia Cannas,
Inſecteq; iacent inopes ſuper arua caterue.*

Adeò inſignem victoriam conſecutus Iulianus ad Tres tabernas regreſſus eſt, prædam, & captiuos in Mediomatricem dimiſit. Inde Maguntiacum profeſtus ponte fluuium traiecit, & in Allemannis, ferro, flamaq; graſſatus eſt. Vltimò pacem implorauere, & veniam. Data in menſem decimum. Eius fiducia tres reges Allemannorum qui, bello præterito, auxilia hoſtibus ſuppeditarant, ſupplices, & trepidi ad Imperatoris genua accidere, conceptisq; ritu patrio, verbis, nihil moturos iurauere. Imperator rursus ad hiberna Pariſios, pace in hanc rationem ad tempus firmata, profeſtus eſt, & ne quid per otium transmitteret, tributis recensendis animum occupauit. Vix hibernis finitis, in Francos, qui Salij dicuntur mouit nihilq; adhuc timentes, veluti fulminis turbo, percuffit: ab oppreſſis quæ voluit impetrauit. Cumq; Germaniæ inferiora

compo-

composuisset, castella, & munimenta euerſa reſeciſſet, Rhenum rursus tranſiit, ſupplicemque regem Suomarium habuit, qui veniam, ea lege, meruit, ſi, captiuus redditis, maleſicio abſtineret, alimenta exercitui adminiſtraret. Omnia promtè expleta. Poſt Hortarij regionem petiuit Miſſi Nectica tribunus ſcutariorum, & Charito, qui captiuum abducerent, cumque pariter captiuos remiſſurum, comneatus largiturum, exciſa reparaturum adiuraſſet, dimiſſus eſt. Imperator ex Germania in alteram ripam regreſſus eſt. Verùm omni ex parte attentus, ne præteritorum recordatione, aut ſuoſte ingenio erumperent barbari, nouosq; motus concirent, & de fide quorundam iam dubitaret, Hariobaudem ſpectatæ virtutis, & fidei tribunum, ad Hortarium regem, ſpecie legationis, dimiſit, qui poſteà quæ agerentur, per barbarici ſermonis notitiam inueſtigaret. Ipſe temporis intereà quod eſſet, reparandis opidis, caſtellis, horreisq; nouis conſtruendis, in quæ annonam ex Britannia, & aliis locis, deuectam inferret, abſumſit. Cùm intellecta ab Hariobaude percepſſet, exercitum Maguntiacum duxit, ponteq; nauibus colligato, in hoſtium finibus improuiſus adparuit, rapinisque, & incendiis inimicos exercuit, cædeque, & vaſtatione ad regionem cui Capellatij, vel Palas nomen eſt, peruenit, ibique caſtra poſuit, & Macrianum Hariobaldumq; fratres, qui regnum non procul obtinebant, in deditiōnem ſuſcepit. Hos rex & ipſe Vadomarius ſecutus eſt, cuius erat domicilium contra Rauracos. Is Conſtantij Imperatoris literis, & cōmendatione, antiquaq; clientela notus, non tam culpæ alicuius adſinis, quàm deprecator pro Vrio, Vrficino, & Verſalpo regibus aduenit. Cùm etiam legatos, qui pacem exorarent, miſiſſent.

*Tenebat is
Palatina-
rum infero-
rem, vel Ho-
tarij ſuſ-
tinentem.*

A. D. N.
ccclix.

*Amniansus
lib. xviii.*

*Nunc pſalter
vel Palati-
natum di-
cimus.*

*In Briſgaw,
ex cæſarar-
umiam.*

A. D. N.
cclx.

Amm. lib.
xx.

Iulianus
Imperator,
& Augustus
in Rauracis.
saluatus.

Iulianus in
Francos.

Amnianus
lib. xxi.
Heluetiam,
& Tauria-
corum pa-
rum.

Omniſibus data. Sicq; hiberna petita At verò Conſtanti us
Auguſtus, cùm res in Gallia geſtas, audiſſet, ſiue inuidia, &
æmulacione, aut, quia ſic flagitarent rebelles Sarmatæ, &
Quadi, ſibi Iulianus mitteret Celtas, & Petulâtes ſtrenuiſ-
ſimos militiæ ordines, & exercitus robur, imperaſſet, æ-
gerrimè accepere milites, concitatisq; poſteâ animis, ſe-
parationem copiarum abnuerunt, utq; rebellionis pœnâ
effugerent, Iulianum, qui nihil vniquàm aliud ambiuerat,
ex palatio extractum Auguſtum, & Imperatorem magnis
clamoribus adpellauerunt, temereq; arrepto ex Cornicu-
larij coruice torque, caput eius pro diademate obuclau-
erunt. Ipſe renitenti ſimilis, cùm ſe quæ tamdiu deperierat
aſſecutum intelligeret, commemoratis pro tempore in
militum corona ſuis factis, eorundemq; volûtate, & ani-
mis collaudatis, ad Conſtantium Auguſtum, ut quæ acta
eſſent adprobaret, legatos deſtinauit. Cùm hæc ita in R au-
racis vbi tum agebat, abiſſent, in Francorum regiones ex-
pediuit, captisq; plurimis, & occiſis, pacem pro arbitrio
orantibus dedit, præſidiisq; Rhenani limitis exploratis, &
correctis, in Rauracos rediit, locisq; recipere quæ Alle-
manni tenebant, ut ſua, iisq; pleniore cura firmatis, per
Veſontionem, & Sequanos, Viennæ hiematurus abſceſ-
ſit. Vbi, dum firmandis conſiliis in futurum, dies impen-
dit, & noctes, & apertone peteret Marte Conſtantium, an
ad concordiam omnibus alliceret modis hæſitabundus
ſubdubitat, grauis nunciuſ animum perculit, Vadomariũ
regem à quo nil timebatur in Rhætias propinquas inua-
ſiſſe, in prædisq;, & rapinis impunè verſari. Ita conſiliis ad
tempus poſitis, de vlciscendo hoſte vnicè ſolicitus, Libi-
nonem Comitem cum Petulantibus, & Celtis qui Alle-
manno occurrerent, properè expediuit. Hoſtem Libino

apud

apud Sanctionem adsecutus. Nulla mora pugnam iniit, primusq; interfectus est, animumq; morte comperta, hostibus adauxit, validiusq; irruentibus Romani caesi, & fugati. Fama fuit Vadomariura regem Constantij literis sollicitatum, his Iulianum rebellionibus in Galliis distineret, promisso furtim auxilio, & opibus, quibus bellū duceret. Sed Iulianus cum sibi belli moras spe, & voluntate longiores interiici animaduerneret, timeretq; ne Vadomarij exemplum ceteri Allemannorum principes sequerentur, regem insidiis praecipare tentauit, misso, quasi ad amicum, nulliusq; rebellionis compertum Philagrio Notario cum mandatis, Allemanno literas ne redderet, nisi Rhenu traiecisset. Vadomarius siue nihil hostile timeret, siue eadem arte luderet, innocentemq; confidentia profiteretur, ad vltiorem ripam in Rauracis inuitatus a Notario accessit, moxq; conuiuio lauto acceptus, dum incautiū agit, re inopinata, vinculis se oneratum perspicit, indeque in Hispanias transportatus est. Hoc facto ex animi sententia elatior Iulianus, nihil remittentibus curis, barbaros summis viribus opprimere, ne in posterum resurgerent, constituit; traiecitq; per noctem Rheno, ne rumore hostes in montium, & siluarum remotiora, & secreta dilaberentur, ferro, caede, flamaq; cuncta compleuit. Postremo pacem obsecrantes, & firmam quietem pollicitos, data obsidum multitudine, in deditioem suscepit. Tum vero sic rebus per Galliam compositis, hostibus omnibus vltra Rhenum submotis, Romani imperij finibus restitutis, & nouis praesidiis auctis, & confirmatis, pace vndiq; comparata, defectionem publicè professus, cum paucis animi sui sententiam apud milites explicuisset, ad Daciam, & Pannonias praecipandas profectus est, Sallustio Praefecto

Seckingam esse putant quod ita est

Vadomarius rex Allemannus captus per insidias.

Summa gestorum Iuliani in Gallia.

prætorio Galliarum constituto. In Thraciam cum venisset, certum de morte Constantij nuncium accepit. Febri is, & incærore contra Iulianum bellum parans acerrimum, in Cilicia contabuerat 1 v. Non Oct. Ita rerum solus arbiter triumphabundus

FL. CLAUD. IULIANVS IMP. IV. P. R.

Constantinopolim ingressus est, tum ad bellum Persicum, quod cæperat Constantius, se accinxit. Persecutionem interim in Christianos, ciurata religione, quã hætenus, & toto illo tempore quod in Galliis transegit, præ se tulerat, nouam, & incognitam molitus. Commissa demum cum Persis pugna, quem Nazareum & Gallileum per contemptum, & ignominiam vocitabat DE VM, & iustum ultorem cum esset expertus, telo diuinitus, transfuerberatus occubuit VI. Kal. Iulij, Electus militari voto ordinis Domestico- rum

FLAV. IOVIANVS IMP. V. P. R.

*De Valentiniãni I. & Gratiani F. Imp. fortiter gestis, & sequenti-
tium Imp. Quando primum Allemanni
Heluetia partem occuparunt.*

C A P. V.

Iouiano bono magis, quàm strenuo Principi, successit
V. Kal. Martij,

FLAV. VALENTINIANVS. I. IMP. VI. P. R.



Odẽ tempore, veluti classicum insonantibus quatuor orbis cardinibus, ita vndiq; barbaræ gẽtes proximos sibi limites, persultabãt. Allemannis quidẽ, vt inde mihi, vt hætenus, principium ducatur, parua rebel-

*Imp. an. 1.
m. vii. d. xx.
A. D. N.
ccclxi
Amianus
Lib. xxii.
xxiii.
xxiv.
A. D. N.
ccclxii.
Iulianus di-
uinitus tu-
refectus.
A. D. N.
ccclxiii.
Imp. m. vii.
d. xxii.*

*Imp. an. xi
m x d. viii.
A. D. N.
ccclxiv.
Amianus
lib. xxvi.*

rebellionis causa fuit. Legatis eorum ad Comitatum missis, dona, ex consuetudine dari solita, leuiores fuere, quam ab nouo Principe sperauerant. Hinc iræ, & indignatio, & proiecta in medium munera per contemptum, indignum iudicantibus petere, aut expectare quæ vi consequi possent. Accessit Visatij officiorum Mag. in eosdam asperitas sæua, & agrestis. Igitur regressi in maiora, & tristiora apud populares omnia auxere. Iustum, eâ causâ, bellum furentibus, & cæcis cupidine & iracundia, In Rætiam primò, Heluetiamque, & Rauracos impetum dedere, & præda, & vastatione impunè satiati sunt. Daglaipho quidem in præsens occurreret hostibus, mandatum, moxq; cum copiis Imperator subsecutus, apud Senonas hiemem habuit. Neque ideo quiescere Allemanni. Ineunte enim Ianuario, concreta glacie, flumina patrio more transuecti etiam licentius quam antea extra limites grassati sunt. Obuij Carrieto, & Seuerianus Comites, malè accepti, ille etiam morte interfectus est.

Tertius Iouinus Mag. Equ. multis secundis successibus, rem prolapsam restituit, terque prælio, diuersis locis, & copiis, congressus egregiam victoriâ reportauit, feliciterque defunctus, Parisios latus, & ouans regressus est; & postea Consul præmij, & honoris loco designatus. Interea Saxones, & Franci Germaniæ inferiora agitabant, quibus reprimendis dum Valentinianus incumbit, Rado regulus Allemannorum Maguntiacum inuasit, & præsidij vacuam prædatus est. Dùm Viticabius Vadomarij filius iuuenis ferox, & inquietus in Rauracis, & Heluetia paria meditatur, forte à domestico trucidatus est. Et eius morte paulò excursiones acquiescere. Sed Valentinianus

*Allemanni-
ce rebellionis
causa.*

*Allemanni
in Heluetiâ,
& Rætiam.*

A. D. N.
ccclxv.

*Ammianus
lib. xxvii.
Iouinus Al-
lemannos
pluribus
præliis vicit
Saxones, &
Franci.*

A. D. N.
ccclxvi.

Valentini-
nus contra
Allemannos
Rhenum
traiecit.

Allemani
victi.

Sultr. op. in-
fra Rotuilla

sinistra Ni-
cri ripa.

A. D. N.
ccclxvii:

Valentini-
ni cura &
magnitudo

animi

Amniansus
L. xxviii

Valentini-
nus Rhenum

munivit.

A. D. N.
ccclxx.

Barbaros in-
ter se com-
mitit.

Burgundio-
nes instiga-
tu Imp.

contra Alle-
mannos.

gentem toties rebellem, tantisq; Romanorum, & socio-
rum cladibus, & ruinis clarā, subiugare, & funditus euer-
tere cogitans, quā maximis copiis ex Illyrico, Italiaque
conclis, Rhenum cum Gratiano F. traiecit, diebusq; ali-
quot emensis, cū qui resisteret, appareret nemo, lata,
teſtaq; corruptit, & incendit, Apud Solicinium castris po-
ſitis demum nunciuſ fertur certus de hoſtibus: & copia
ſtatim inſtructa; variè deinde dimicatum, non ſine Roma-
norum cæde, & Imperatoris periculo. Tandem hoſtes
fulſos montium, & ſiluarum latebræ exceperunt, Impera-
tor Treueros, milites in hiberna abière. Proximo vere cū
obſides pacis hoſtes dediffent, ne milites obtorpeſcerent,
id quoq; ad imperij decus, & firmamentum, tum prouin-
ciarum, & Sociorum tutelam arbitratus, magno animo
& opera vtibili, Rhenum omnem, à Rætiarum exordio
ad Oceanum magnis munire molibus inſtituit, caſtra, &
munimenta antiqua altiùs extulit, ne vſpiam latère hoſtes
poſſent, nouas turres, & propugnacula, locis oportunit,
condidit, quantum Gallia porrigitur longitudo cuncta
firmavit, etiam vltra Rhenum, operibus ſupra Nicrum ca-
ſtra, præſidiaque collocavit, & hoſtium agros præſtinxit.
Idem quoque ſecundum Danubium contra Quados, ce-
terosq; barbaros fieri mandauit. Sed cū neq; ſic com-
peſcerentur Allemanorum gentes, Macriani præcipuè
regis ſolicitatu, & perſuaſionibus adeoque magis, magis-
que intumeſcerent, barbaras inter ſe nationes committe-
re decreuit. Maneribus itaq; & promiſſis Burgundionum
animos corrumpens, hominum bellicoſorum, quiq; im-
menſæ turbæ viribus adfluèrent, proindeq; ſinitimis om-
nibus metuendi eſſent, vt Allemannos vicinos ab vno la-
tere inuiderent, ſe alterum occupaturum, literis inſtiga-
uit,

uit. Paruêre Burgundi, cateruasq; lectissimas misêre, que
 cum ad Rhenum confedissent Romano militi, exstruendis
 munitionibus intento, nec armis militaribus accincto,
 maximo fuêre terrori. Illo in loco, cum moras aliquam-
 diu traxissent, nec Imperatoris promissa, aut copiaz appa-
 rerent, se irrisos rati, captiuos interfectis, ad suos rediêre.
 Hanc tamen occasionem Burgûdici apud proximas gen-
 tes tumultus, haut quaquam negligendam putauit Theo-
 dosius Mag. Eq. eius qui postea magna laude imperauit,
 pater. Allemannos enim per Rhætias, & Heluetiam metu
 Burgundionum palantes, pluribus locis, & congressibus
 cecidit, captiuos in Italiam transportauit, & sede ad Padû,
 iussu Principis, assignata, ad agrorum cultum compulit.
 Neque cessauit Valentinianus. Sed cum Macrianum regê,
 aperto Marte, domare nequiret, quin adultis viribus va-
 lentior resurgeret, ad dolos alios cõuertit, cognitoq; per
 transfugas, ubi opprimi posset, Seuerû pedestrium ducê,
 cum expedita manu, Rhenum nauibus traicere mandauit,
 ipse quoque per nocturnas tenebras, relictis, in altera
 ripa, impedimêtis, enauit. Et regem quidem Macrianum,
 re subita, oppressisset, nisi milites, solita peruicacia, manda-
 torum negligentes, per rapinas, & incendia innotuissent,
 eademq; opera regis transfugio viã aperuissent. Imperator
 cum ad quinquagesimû lapidê hostiles agros inflamasset,
 voti falsus, intemperantia militari, Treueros mœstus se
 abdidit, captaq; in contrarium sententia Allemannorum
 reges, Fraomarium, Hortarium, & Bitheridem, in Comi-
 tatum accitos, militû certis ordinibus præfecit & honori-
 bus deuinxit, quamuis Hortarium prodicionis conuictû,
 & cum Mariano conuenire postea literis deprehensum,
 flama interfecerit. Inde muniendis Rheni ripis perseue-

Theodosius
 M. Eq. Alle-
 mannos plu-
 riens vicit.
 Valentiniani
 contra Alle-
 mannos eos-
 dem, cõsilia,
 & gesta.

Marcell.
 Lib. xxix.

*Ammian.
Lib. xxx.
huius moni-
menti alibi
declarata
sententia.*

*Valentinianus iuuentu-
tem Rhena-
nam, in qua
Helvetij, or-
dinibus ad-
scripsit.
Lib. III.*

*A. D. N.
ccclxxv.*

rauit. Dumque apud Basiliam munimentum ædificat, Robur vulgò incolis dictum, Illyricę cladis nuncium accepit, cui cum succurrere nihil potius existimaret, ingruente iã hieme, prohibitus, hostibus præterea per Allemanniam nondum pacatis, in sequentem annum distulit. Postea Macrianus ad colloquium inuitatus, haut refutauit, magnoque fastu, & Satellitio, murmureque circumsonantium clipeorum in medium profectus, non perinde inuitus cœderis oblatas condiciones accepit, & quoad fuit, contanter, & cum fide seruauit. Iuuentutem postea Rhenanam, in qua, nulla dubitatione, Heluetij, ordinibus adscripsisse Valentianum, & hac quoque parte, Gallię consuluisse, auctorem habemus Zosimum *Valentinianus, inquit, imp. rebus Germanicis recte constitutis, in futurum quoque, tempus securitati Celticarum nationum prospicere se debere arbitratus est. Quapropter maxima iuuenum multitudine, tum de barbaris Rheni adcolis, tum de subiectarum Romano Imp gentium agricolis, collecta, numerisque, militariibus adscripta, sic eos in bellicis rebus exercuit, ut horum militum exercitationis & experientia metu, totos nouem annos, nemo Transrhenanorum subiecta Romanis opida vexarit.* Hęc Zosimus, quamuis annorum numerus parum constet. Pubescente vere, relicto in Gallia Gratiano, quem Augustum, salutauerat, militari arbitrio, & consensu Valentinianus Treueris mouit, Illyricumque iter, nulla mora, corripuit, Carnutumque, paucis diebus peruenit, vbi cum Quadorum legati, in consistorium admissi, paulò ferocius, quàm supplices decebat, essent prolocuti, ita efferbuit vt, suffocatis vitalibus, paulò post morte decesserit. xv. Kal. Decemb. relicto in Occidēte
F. L. GRATIANO. ET. F. L. VALENTINIANO. II. IMPP.
VII. P. R. F. F.

Mors

Mors Valentiniani insignium calamitatum quæ postea orbem R. concusserunt adeo que oppresserunt, principium fuit. In Oriente quidem Alani, Hunni, Gotthi; in Occidente Allemanni Lenticenses arma priuim in manus sumserunt, Rhætiis Heluetiæque finitimi. Hi fœdere posthabito, cum per anni tempus Rhenus concreuisset, in ripas vltiores euaserunt, Celtasq; & Petulantes propulerunt, mox ad sua se prædis onusti receperunt. Vbi verò audiuerunt magnam exercitus partem Gratiani, in Illyricum, contra barbaros, Valenti Imp. auxilio abiisse, tum verò animis, armisq; exultare cœperunt, veluti voti compotiti, & rerum domini. Collectis igitur omnium pagorum incolis, ad quadraginta bellatorum millia, alij septuaginta fuisse prodiderunt, rerumq; successu, & opibus inflati, Rhenum proruperunt, & in Elsatiam prope Argentuariam castra metati sunt. Gratianus, reuocatis quanto cyùs cohortibus, alijsque, quas in Gallia retinuerat, coniunctis, Narmienum parti copiarum præfecit: partem aliam Mallobaudi Domesticorum Comiti commisit. Iamq; copiarum instructæ in pugnam ruisissent, nisi Ducum discordantia contineret; hoc, in hostes ruendum: illo, trahendum bellum, dum deferuesceret barbarus tumor, tutius asserente. Mallobaudes tandem obtinuit, & in hostes commota signa, eaq; virtute pugnatum, vt ex tanto numero vix quinque millia euaserint, quæ tamen plus postea laboris, quam integri discriminis attulisse crediti sunt. Cum enim in montes proximos se coniecissent, frustra imperatorem diu habuerunt. Demum insistente exercitu, cum nullus salutis locus superesse videretur, supplices deditionem fecere, & in militiam allekti sunt. *Lenticenses*, inquit, Ammianus *intantum*

Impararunt simul an.
VII m. IX.
A. D. N.
ccc. xxxvi.
Lenticenses in Heluetiâ, Rauracos, & Sequanos solita leuitate.
A. D. N.
ccclxxviii.

Horburg prope Colmariam, Prælium Argentuariense, prope Colmariam in Elsatia.

A. D. N.
ccclxxxix.

Iurassum, Vogesum, Alpes Rheticas.

Lib. xxxi.

Lib. xxxl.

Allemani
in Heluetiâ
& Rauracos à Gratiano Imp. traducti.
Pro gratianorum actione
Cof.

Eorumdem
in Heluetiâ
sedes.

Imp. an. viii
m. viii. dies.
xxviii.
A. D. N.
ccclxxxiii
A. D. N.
ccclxxxvi

Gratianum iugulis suis, omni perseverandi studio, contemplantes, post deditiōem quam, supplici prece, impetrauere, oblata, ut præceptum est, iuuentute valida, nostris tirocinij permiscenda, ad genitales terras innoxij abire permisi sunt. Partem crediderim domos rediisse. Nam quin ex hac, aut alia Allemannorum gente in Heluetiam, & Rauracos traduxerit, agrisq; consignatis, terram colere, riparum curam tenere, vacua complere iusserit Gratianus, illâ, quam apud eundem Imp. orationem habuit Ausonius Burdegalensis, negari non potest *Voca, inquit, Germanicum, deditiōe gentium. Allemannicum: traductiōe captorum. Vincendo, & ignoscendo, Sarmaticum.* Nec enim alio, quàm hoc tempore, neq; alia in loca hæc traductio facta. Sæpe alias in Heluetiam Rauracos, Sequanos, Galliamq; propè totam barbari ex Germania impressiones fecere, vrbes, opida, castella, diripuere, vastauere; tamen hætenus semper, aut virtute Imperatorum repulsi, aut suapte in Germaniam ultra Rhenum regressi, numquam in Heluetia, aut Gallia superiore, fixas sedes collocare potuerunt, quod ex enarratis huc vsque Imp. factis, & bellis manifestum est. Atque ita prima fuit Heluetiæ, vt libertatis, ita agrorum imminutio, Allemannis sub tributo totum propè Tigurinum pagum, à Rhenus, ad Vrsam occupantibus. Quamuis nō ignorem magnam eius iam pagi partem Rhætia primæ attributâ, & proinde in prouinciæ formam, vt illa, redactam, Gratiano interfecto

FL. VALENTINIANVS II. IMP. VIII. P. R.

legitimus Italiam tenuit. Maximus verò, cuius insidiis, optimus, & sanctissimus adolescens interemptus fuerat Gallias per aliquot annos habuit. Quo apud Aquileiam vita, & imperio

imperio spoliato, Eugenius pariter tyrannus, fauore Arbogastis Comitis, Valentiniano etiã Lugduni per fraudem suffocato. Imperium Occidentis inuasit. Sed non multò post & ipse interfectus.

F L. THEODOSIVS. MAGNVS. IMP. IX. P. R.

cùm iam aliquot annos Orienti, præfuisset, in vtroq; orbe rerum summam consecutus est. Nec multò post vita, & imperio functus, relictis Oriente Arcadio: in Occidente Honorio filii Imp. vtroq; sub Fl. Stilicone, vtriusq; militiæ duce. Annales Heluetiorum referunt, Heluetios à Theodosio quidem contra Eugenium tyrannum, cui cetera in Gallia parebant, sponte stetit, eam maximè ob causam, quòd eius vilitatem aspernarentur, vtpotè, ex officiorum notario, factione Arbogastis, in Imperium adsumti, tum etiã impietatem respuerent, quòd sub eo gentilium, & idolorum restituerentur passim, cultus, & cerimoniam. Ad id verò inductos, & persuasos cõcionibus, & hortamentis cuiusdam monachi, qui, ea de causã, ex Italia, in Heluetiam descenderat; qui cùm se deniq; cum Theodosio omnibus copiis coniunxissent, præcipuam victoriæ causam eidem Imperatori præbuerint; vnde ab illo, & posteris eius priuilegia multa acceperint, & immunitates, in primis verò vt suis legibus, & modo viuere possent. Omnis exactionis, & vectigalis expertes. Quid quid eius sit, priuilegijs his diu vti, aut frui non potuerunt, barbaris vndiq; opprimentibus, Romanumq; nomen, vt leges, radicitus extirpantibus; vt iam videbimus.

A. D. N.
cccxiv.

Imp. in occi-
dente
m. vii.

Nicolao
Schradingo
teste qui hel-
lum Sueuicū
scripsit car-
mine Hel-
uetij pro
Theodosio
contra Eu-
genium, &
quare.
Vide Baroniū
Tomo IV.
Annal.

Barbarorum undiq; irruptiones, & Gallia, & Helvetia
ruina, tum Burgundionum in hac
sedes.

CAP. VI.

FL. HONORIVS IMP. X. P. R.

Imp. an.
xxviii.
m. ii.
A. D. N.
cccxcv.
Stilico bar-
baros com-
pressit. I V.
consulatus
eius.



Defuncto statim Theodosio Sueui Rhatias,
Franci Belgium Britanniam Scoti, & Saxo-
nes tentauere. Fl. Stilico Comes compressit
hos gentium motus fortiter, & prouincias
feliciter restituit. Auctor Claudianus eorum
temporum poeta princeps, panegyri quam ad Honorium
Imp. cecinit, vbi his Imperatorem adloquitur, de Stilione
memorans

Hunc tamen in primis populos lenire feroces,
Et Rhenum pacare iubes. Volat ille citatis
Vectus equis, nullaq; latus stipante caterua,
Aspera nubiferas qua Rheua porrigit Alpes
Pergit, & hostiles, tanta est fiducia, ripas
Incomitatus adit, totum properare per amnem
Antonitos reges humili ceruice videres.
Ante ducem nostrum flaus sparsere Sugambri,
Casariam, pauidog; orantes murmure Franci
Procubuere solo: turatur Honorius absens,
Imploratq; tuum supplex Alemannia nomen.
Bastarna venere truces, venit adcola Silua
Bracterus Harcinia, latiq; paludibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Chirufci.
Accipit ille preces varias, tardog; rogatus
Annuit, & magno pacem promanere donat.
Nobilitati veteres Germanica sœdera Drusus.

Marte

vbi not Imperium notatq; R. significat Romanum.

Marte sub ancipiti, sed multis cladibus eruta.
 Quis victum meminit sola formidine Rhenum.
 Quod longis alij bellis potuere mereri,
 Hoc tibi dat Stiliconis iter.

Eadem clarius, illâ quam ipsi Stiliconi laudationem dixit.

Miramur rabidis, hostem succumbere bellis,
 Quam solo terrore ruant, non classica Francis
 Intulimus, iacuerunt tamen non Marte Suevos
 Contudimus, queis iura damus. Quis credere possit?
 Ante tubam nobis audax Germania seruit.
 Cedant, Druse, tui, cedant, Traiane, labores:
 Vestra manus quidquid dubio discrimine gessit,
 Transcurrens egit Stilico, totidemq; diebus
 Edomuit Rhenum, quot vos potuistis ab annis.
 Quem ferro, alloquis: quem vos cum milites, Solus.
 Impiger à primo descendens fluminis oriu
 Ad bifidos tractus, & iuncta paludibus ora
 Flumineum perstrinxit iter: ducis impetus undas
 Vincebat celeres, & pax à fronte profecta,
 Cum Rhenu crescebant aquis. Ingentia quondam
 Nomina, crinigeri flauentes vertice reges,
 Qui nec principibus donis, precibusq; vocati
 Paruerant, iussi properant, segniq; verentur
 Offendisse morâ, transuecti lintribus amnem,
 Occursant ubicumq; velis. Nec fama se felicit
 Iustitia, videre pium, videre fidelem.
 Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
 Illi terribiles quibus otia vendere semper
 Mos erat, & feda requiem mercede pacisci,
 Natis obsidibus pacem tam supplice vultu,
 Captiuoq; rogant, quam si post tergâ reuincti,

Paneg. I.

Ita lego, &
 distinguo.
 male vulga-
 ta.

Ut & super-
 viora.

Duo enim
 Rheni ostia
 de quibus
 Tacitus, alij
 ista de Fran-
 cis, quorum
 reges ab an-
 tiquitate cri-
 nigeri, ad
 Petrum vsq;
 Lombar-
 dum, sunt
 qui, cirrige-
 ro, malinis
 legere.
 In eadem
 sententia, &
 verbis Hero-
 dianus lib.
 hist. vi.

Numquid im
fractis, Nec
enim Rheti
ymquam
satis domiti
apud quos
eius suminis
ortus.
Franci Sali
dicti.
Dae Rheni
ripas, altera
sinistra, siue
Romana,
que in Gallia
altera bar-
bara que in
Germania.
Hac super re
lib. I. c. vlt.
Transrhena-
na siue anti-
qua.
Ista lega &
interpretor,
bello & ex-
ercitu pra-
liisq.
Male haec o-
mnia in vul-
gatis, & cor-
rupte.
libell de bello
Getico.

Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.
Omne quod Oceanum, fontesq; interiacet Istri
Vnius incursum tremuit. Sine cede subactus
Seruilio Boreas, exarmatiq; Triones.
Tempore tam paruo, tot praelia, sanguine nullo,
Perficiis, & Luna nuper nascente, profectus,
Ante redis, quam plena fuit: Rhenumq; minacem,
Cornibus* infractis, adco mitescere cogis,
Vt Salius* iam rura colat, flexosq; Sugamber
In falcem curuet gladios, geminasq; viator
Quum videat* ripas, quae sit Romana requirat.
Vt iam trans fluitum, non indignante Caico,
Pascat Belga pecus, mediumq; ingressa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent.
Vt procul Harciniae per vasta silentia siluae
Venari tuto liceat, lucosq; vetusta
Religione truces, & robora numinis instar
Barbarici, nostra feriant impune bipennes.
Vturo quin etiam, deuota mente, iuentur,
Vtloriq; fauent, quoties sociare cateruas
Orant, iungq; tuis Almannia signis.
Non doluit conuenta tamen spreioq; recessit
Auxilio, laudata fides. Prouincia missos
Expellet citius fasces, quam Francia* reges,
Quos dederis, * acie nec iam pulsare rebelles;
Sed vinculis punire licet. Sub iurice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Alio loco, super hac Stiliconis nobili expeditione.
Vtllanè posteritas credet: Germania quondam
Illa ferox populis, quae vix instantibus olim
Principibus tota potuit cum mole teneri;

*Iam se placidam præbet Stiliconis habenis.
 Ut nec præstitis nudato limite tentet
 Expositum calcare solum, nec transeat amnem,
 Incus, seditam metuens contingere ripam.*

Et sanè quamdiu huic Comiti fides, & in Imperatorè suum amor & constantia fuit, Occidentis imperium, (de eo mihi sermocinatio, Orientale eadem causa perdidit) forte, & imperterritum. Vbi semel purpuræ auram imbibit, de quo regno filio Eucherio parando cogitare cæpit, non solum prouincias omnes efferatissimis nationibus prædæ, ludibrioque exposuit, sed etiam exitium sibi, filioque accelerauit. Orosius sincerus, & inculpatus, ut vita, ita scriptis, in pauca huius rei tragœdiam contulit. *Interea Comes Sulicho Vandalorum imbellis, auara, perfida, & dolosa gentis genere editus, parui pendens quod sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suum, sicuti à plerisque traditur, iam inde Christianorum persecutione à puero, priuatoque meditante, in imperio quoquo modo subsistere nitebatur. Quamobrem Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima, & quibuscumque sedibus suppliciter, & simpliciter orantem, occulto fœdere fouens, publicè autem, & belli, & pacis copia negata ad terendam, terendamque rem publicam reseruauit. Præterea gentes alias copiis, viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum, Hispaniarumque prouincie premuntur, hoc est, Alannorum, Sueuorum, Vandalorum, ipsorumque simul motu impulsorum Burgundionum, ultra in arma sollicitans, deterfo semel R. uominis metu, suscitauit, eas interim Rheni ripas quater, & pulsare Gallias uoluit, sperans miser sub hac necessitatis circumstantia, quia & extorquere imperium genero posset in filium, & gentes barbara tam facile comprimit, quam commoueri ualerent. Itaque ubi Imperatori Honorio, exercitumque R. hæc tantum*

Rhenum.

Stiliconis ambitu, & scelere Imperium R. perditum, tantum instar in vno. Lib. vii.

Honorio Imp. cui desponsa Maria Stiliconis filia tum eius soror Thermania, sed ut trag. obiit priusquam marito iungeretur.

A. D. N.
ccccviii.
A. D. N.
cccix.
anno scilicet
sequenti.

rum scelerum scena patefacta est, commoto iustissime exercitu,
occisus est Stilicho, qui ut unum puerum purpuram indueret
totius humani generis sanguinē dedit. Occisus est & Eucherius,
qui ad conciliandum sibi fauorē paganorum restitutione tem-
plorum, & euersione Ecclesiarum imbuturum se regni primor-
dia minabatur. In eandem Stiliconis perfidiam Urbē pec-
cunia emungentis, ut Alaricum haberet ad omnia para-
tum, iuste exclamauit D. Hieronymus. *Quis hoc credit? que
digno sermone historia comprehendenti: Roman in gremio suo,
nō pro gloria, sed pro salute pugnare? imō ne pugnare quidem.
Sed auro, & cuncta suppellectili vitam redimere? Quod non
uitio Principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere semi-
barbari proditoris, qui nostris contra nos opibus armauit iners
mes. Et Rutilius haut malus auctor.*

Linucrio II.

*Quo magis est facinus diri Stiliconis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperij.
Romano generi dum nititur esse superstes,
Cruelus summis miscuit ima furor
Dumq; timet quidquid se fecerat ipse timeri
Immisit Latiā barbara tela neci.
Visceribus nudis armatum condidit hostem,
Illate cladis liberosore dolo.
Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat
Et captiua prius quā caperetur eras.*

Rome orbis
domina ab
Alarico
capta.
A. D. N.
cccix.
Sigebert.
chr. Anno.
lib 3
Crocus Van-
dalis cum
maximo o-
mnium gen-
tium Coni-
tatu in Gal-
liam, &
Hispaniam
peruenit.

Alaricus igitur cum suis Gothis Italiam vniuersam sub-
egit, & interē lanauit, Romaniq; orbis dominam, cum
tot secula in summo flore, & dignitate stetitset, post Ion-
gam obsidionem deniq; in potestatem redegit. ix. Kal. se-
premb. Crocus verò Vandalorum rex, siue monitus Got-
thorum exemplo, siue à Stilicone sollicitatus, aut sua spē,
adsumtis ex Sarmatia Quadis, Alanis ex Pannonia, per

Germaniæ mediterranea latè vagatus, non paucioribus partim metu direptionis, aut cædis, partim prædæ libidine sociis adiunctis, in quibus Marcomanni, Heruli, Turcilingui Allemāni, Saxones, & proximi Rheno Burgundiones, flumine traiecto, pridie Kalend. Ianuarij, Arcadio v̄i. & Probo Coss. auctore Prospero, horum malorum inspectore, & locupletissimo teste, in Galliam impetum fecit, longèque per Germaniam primā, & Belgicam secundam victoriā exercuit. Maguntiacum, multis hominum millibus interfectis, euertit, Vangiones, Nemetes, Argentoratuni, Rauricam diripuit, per Heluetiam, & Valesiam cæde, prædæq; cuncta compleuit, totaq; Gallia, incendij modo, grassatus, demum in Hispaniam cum copiis impune penetravit. Hanc Occidentis vastitatem, & ruinam descripsit, & deplorauit D. Hieronymus. *Presentium, inquit, miseriarum pauca percurram. Quod rari huc usq; residemus non nostri meriti, sed Domini misericordie est. Innumerabiles, & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes, & Pyreneum est, quod Oceano, & Rhodano includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Allemanni, & hostes Pannonij vastarunt. Maguntiacum capta, atque subuersa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata: Vangiones, longa obsidione, deliu: Rhemorum vrbs præpotens, Ambiani, Airebates, extremiq; hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitania Nouemq; populorum, Lugdunensis, & Narbonensis prouincie, præter paucas vrbes, populata sunt cuncta. Non possum absque lacrimis Tolosæ facere mentionem, quæ, ut huc usque non rueret, sancti Episcopi Exsuperij merita præstiterunt. Ipsa Hispania iam iamq; peritura quotidie*

A. D. N.
ccccvi.
In chr. Cas-
siod. in chr.
Zosimus
lib. vi.

Archidia Se-
dunensis Ec-
clesia.
A. D. N.
ccccix.
Prosper. &
Cass.
Epistola da-
ta ad Age-
ruchiam
anno 407.
Gallie va-
statio mise-
rabilis.

Lib. VI. de
uero iudicio.

Vandalorum
nomen ex-
plicat.

*

Propter fre-
quentiam in
ea Colonia-
rum R. &
praefidorum.

Orat. ad
Theod. Iun.
Peccata cau-
sa vastatio-
nis.

Epi III

Lib. V I.
Galliarum
flagitia &
deinceps or-
bis R. totius

Lib. III.
Saluani
querella me-
morabilis de
sui temporis
moribus, quā
lege, & ru-
besce, & su-
pescē, nostra
ob flagitia,
Dei miseri-
ordiam.

contremiscunt. Et Saluianus Massiliensis Episcopus Exco-
gitata est, inquit, in perniciem nostram, ac dedecus gens igna-
uissima, qua de loco, in locum pergens, de orbe, in orbem tran-
siens, vniuersa vastaret. Ac primo de solo patrio effusa in Ger-
maniā primam, nomine barbaram, natione Romanam, post
cuius exitium primum arsi regio Belgarum, deinde opes Aquit-
anorum. Pacatus verò. Vnde igitur, inquit, exordiar, nisi à
tuis Gallia malis, quas illa pestis insederat & hauri iniuria tibi
vindicas privilegium miseriarum. Meruisse verò peccatis
Gallias adeoq; orbem R. & suis sceleribus tradi praedæ, pœ-
næque & supplicio barbaris sanctissimi supra memorati
Ecclesiae Doctores Hieronymus, & Saluianus prodidère
Nostri, inquit D. Hieronym. peccatis barbari fortes sunt, no-
stris vitiiis Romanus superatur exercitus. Postea. Infelices nos,
qui tantum displicemus Deo, ut per rabiem barbarorum illius
in nos ira desecuiat. Quam fuerint Galliarum mores dislo-
luti, vitiiis omnibus corrupti, Saluianus qui eadem semper
ante oculos habebat, perpetuam flendi, & lacrimarum
causam pluribus perscripsit. De Aquitanis enim loquens.
In omnibus, inquit, Gallis sicuti diuitiis Aquitani primi fuere,
sic vitiiis. Nusquam enim improbior voluptas, nusquam inqui-
natio vita, nusquam corruptior disciplina. Hanc pro muni-
bus sacris dederunt Domino retributionem, ut in quantum eos
beneficiis suis ille ad se illexerat ad propitiandum, in tantum
illi flagitiis suis laborauerint ad exacerbandum. Sed hec mul-
tò flebilius, & in genere prioribus libris. Ipsa, inquit, Ec-
clesia Dei, qua in omnibus debet esse placatrix Dei, quid est alia
ad quam exacerbatrix Dei? Aut praeter paucissimos quosdam,
qui mala fugiunt, quid est alia omnis catus Christianorum,
quam sentina vitiorum? Quotum enim quicquam inuenies in
Ecclesia. aut non ebrius sum, aut non belluicium, aut adulterum,

aut

aut fornicatorem, aut raptorem, aut ganeum, aut latronem, aut homicidam; Et quod his omnibus peius est, præter hæc, cuncta sine fine? Interrogo enim Christianorum omnium conscientiam ex his, vel flagitiis, vel sceleribus, quæ nunc diximus, quotus quisq; hominum non aliquid est eorum? aut quotus quisq; non totum? Facilius quippè inuenies qui totum sit, quàm qui nihil. Et, quod diximus, nihil, nimis fortasse grauius videatur esse censura; plus multo dicam. Facilius inuenies reos malorum omnium quàm non omnium. Facilius maiorum criminum, quàm minorum, id est, facilius qui & maiora crimina cùm minoribus, quàm qui minora tantum sine maioribus perpetrarit. In hæc enim probrositatem morum, propè omnis Ecclesie plebs redacta est ut in cuncto populo Christiano genus quoddam sanctitatis sit, minus esse vitiosum. Addit ille plura, tamquam alter Hieremias peccata populi deplorans, stiloque lugubri in memoriam reuocans. Idem firmiter adseuerat ad eò excreuisse magistratum iniquitate, Romano in imperio, pauperum, & viduarum oppressionem, & contemptum, ut optabiliores sint visi barbari, imo plures eos præuenerint, ad ipsos fugiendo. Ait enim. Interea vastatur pauperes, vidue gemunt, orphani proculcantur, in tantum, ut multi eorum, & non obscuris natalibus orti, & liberaliter instituti, ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ afflictione moriantur: quærentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram immanitatem ferre non possunt. Tu cetera lege, quæ vitu disertissimus, & pietissimus octo libris, hoc argumento, hoc barbarico tempore, hæc ex causa complexus est, & ad nostros mores, flagitiaq; compara, & miraberis, ut interea bellis, discidiis, erroribus, fame, peste plectamur, nos iam pridem Turcis, Tartaris, & siquid lenius, aut barbarius aliud est, prædam non esse. Certe v:

Lib. V.

nus Principis diuina virtute, & victoriis hæcenus nostra
salus stetit. Lugebat hæc eadem iam decennali spacio
S. Prosper Aquitanici.

Hæc, cæde decenni,

Vandalicis gladijs sternimur, & Geticis.

Non castella petris, non oppida montibus altis

Imposita, aut vrbes amnibus aquoreis

Barbarici superare dolos, atq; arma furoris

Eualuere omnes. Vltima pertulimus.

At hoc maximo omnium dolore, supra dictum optimum
Saluianum habuit, quod cum faterentur Galli illa sibi ob
sua contra diuinam Maicitatem præcipuè commissa à bar-
baris inferri; nō moribus solum obsecundarent pristinis,
sed in deteriora etiam prolaberentur. Cum enim eorum
tunc temporis scelera in medio opposuisset, vrgerè instit-
tit. *An fortè falsum est, & odiosè potius, quàm verè ista dicun-
tur? Non oratoria probatione, qua vti alij in causis solèt, ut ar,
ut producam quoscumq; ad probandum, aut paucos, aut ex-
traneos, aut minùs idoneos testes: ipsos interrogemus, à quibus
acta sunt. Falsum sit quod diximus si negarint. Fatentur enim
& quidem, quod est grauius, sic fatentur, ut in ipsa confessio-
ne non doleant. Idem enim nunc est animus in fatentibus, qui
in agnibus fuit. Sicut tunc non puduit flagitia committere,
sic nunc omnino non pœnitet flagitia fecisse.* Hæc vera ergo
vastationis Galliarum urbium, & opidorum & R. Imperij
ruinæ causa, sceleribus, & peccatis expiandis. Alij aliam
retulère, sed quæ politica, & humani iudicij, nulla Dei iu-
stitia imbuti. Crocum eundem Vandalorum regem, ex
matre quæfissè quid faciendo Magni consequeretur no-
men. Illam respondisse. *Si, fili famosus esse in orbe cupis, ma-
gnarū edificia ad u à maioribus exstructa destrue, egregiasq;
vibes*

In prologo
de proud.
Dei.

Gallos tot
barbarorum
oppressioni-
bus, & sup-
plicis non
meliores
factos.
Eodem li. v.

Almo lib.
III hyste-
riarum.

urbes destruens, eorū incolas gladio exstingue. Neq̄, enim meliora prioribus potes condere habitacula, aut bellando nominis tui gloriam amplius propagare. Hoc rerum, gentiumq̄; tumultu, & ruina cū Burgundi, qui vltra, sed proxime Rhenum agitabant impulsī essent, & in Galliam transiecissent, non, vt aliæ gentes cædē, aut incendiis, vastationeq̄; debacchati sunt, sed quem proximè cæperant agrum, Sequanorum, & Aduorum, tū verò Heluetiæ eam partē, quæ Vrsā, & Rhodano, Iuraq̄; includitur, occuparūt, Burgundiāq̄; Minorē, habita regionis Sequanorū, & Aduorum ratione, à se nominarunt, quod nomē ad Imperium vsq̄; Friderici II. perdurauit, Sunt qui eodē tempore agrū Auenticensē Nuithones in sedisse memoriæ tradiderint, quod quā verum siriā non disputo, & antè huius nominis mentionē fecimus. Nuithones inter Sueuorū gētes recenset Cornelius Tacitus. Regnum verò instituerunt Burgundiones, quod à Francis primò, excisa Burgundionum regum stirpe antiqua, euersum, postcā reparatum, & in Germaniam, magnam partē, translatum, postremò in plurimas partes scissum, & diuisum est. De quib. omnibus pluribus agā, si prius quæ prisca scriptores de Burgundionibus memorata reliquerint, proposuero.

De Burgundionum origine, & progressu, conuersioneq̄.

CAP. VII.



Auca quæ de Burgundionibus certò, & bona fide, tradita. Plinius inter Germanos numerat, Vandalorum gentem. Tenuēre Vandali quæ inter Vistulam & Oderam fluuios loca interiarent, vbi scilicet hodie Pomerania

NB

Burgundiones Heluetiā occuparunt.

Ideò ea Burgundia Minor dicta.

Flauius Vissa id est Sica Ruff

D. Rhennus in sua Germania. Lib. de Ger.

Lib. IV.

qui sint Vandali.

Sequani et Adui com nomine habent maiore Burgundia et Heluetia in dicto limite minorum.

Tabul. V.
Burgundio-
num sedes
antiqua.

De verb.
fig.
Vnde dicti.

Lib. XII.
Secunda
corum sedes.

Lib. XXVIII.

Burgundi
Rom. sobo-
les.

Pulsi à Got-
this apud
Allemannos
sedes collo-
cauere.

Prussia, Polonia. Ptolemæus Burgundos contra Sanna-
trios montes iuxta Vistulam posuit. Hæc Burgundionum
prima, & antiquissima sedes vbi Polonia Minor, inter Mo-
rauiam, Daciam, & Hungariam superiorem. Burgundos
Drusus, & Tiberius Cæsares postea, domita vltiore Ger-
mania, secundum Albim habitare iusserunt, ex mea senten-
tia. Sic annuere videtur Isidorus. *Burgundiones, inquit, quom-
dam à Romanis subacti vltiore Germania, per castrorum li-
mites positi à Tiberio Cæsare, in magnam coaluerant gentem,
atq; ita nomen ex locis sumserunt, quia crebra per limites ha-
bitacula constituta, Burgos vulgò vocant.* In eadem senten-
tiam supplementum Eutropianum Ad Albim idem Dru-
sus Romana præsidia collocavit, vt supra, vbi de præsidiis
actum, perspeximus. Ex hac verò per castra, & habitacula
communione cum Romanis, factum est vt Burgundionū
posteriores Romanos se stirpe, & origine iactitarint, non ali-
ter atque AEdui, & Bataui, Romanorum fratres præse fe-
rebant. Ammianus vbi de literis Valentiniani Imp. ad Bur-
gundios missis meminit, *Gratanter, inquit, ratione gemina
Principis sunt acceptæ literæ, prima, quòd iam inde temporibus
prisca sobolem se esse Romanam Burgundij sciunt, dein quòd
Salinarum Finiumq; causa Alemannis saepe iurgabāt.* Primus
qui postea bellum cum iis gesserit de quo mentio sit, Pro-
bus imp. fuit. Sed cum adhuc in sua sede hoc cap. II. est,
cum Vandalis. Zosimus testis, vt in Probo supra vidimus.
Ab illis sedibus pulsos per Gothos, Allemanni in vicinos,
& suos recepere, Tempore Maximiani, & Diocletiani,
Mamertino auctore, qui cum multa de concordia vtrius-
que Imperatoris dictasset, labores susceptos narrasset, fa-
mem, annona; pestilentiam salubritate, ipsis ad imperium
euectis, mutatas adfirmasset, tum verò opportunè ad im-

perij pacem bella inter barbaros concitata cōmemorat. *Furit, inquit, in viscera sua gens effrena Maurorum, Gotthi Burgundios penitus excindunt: rursus pro victis armantur Alemanni, Gotthi iam Antonini Caracallæ imperio noti, eos enim tumultuariis præliis dum ad Orientem transit deuicerat, ut refert Spartianus. D. Hieronymus Gotthos ab eruditus antiquitus Getas esse nominatos testatus est. Gethas trans AEmum apud Danubium sedes habuisse prodidit Diodorus. Itemq; Xiphilinus. Claudianus plerumque Gethas vocat, quos Ecclesiastici scriptores ^{præter} dicunt, quos Alexander Magnus cuitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Caesar declinauit. Orosio teste. De Gotthorum gentibus Procopius *Gotthica gentes multa quidem, & alia fuere prius, quàm nunc Omnium aut maxima, & potissimum Gotthi, & Vandali, Visigotthi & Gepedes. Iam dudum & Sarmata, & Melanchrani appellati sunt, qui Gethicas gentes vocent. Qui omnes nominibus quidem inter se differunt, cetera conueniant. Nam & albi sunt omnes corpore, flaua coma, proceri quoq; & ad spectu probi, legibus quoq; eisdem viuunt. Quæ verò fuerit Burgundionum vltima hæc, secundum Rhenum, altera parte, siue in Germania, statio, & sedes vnus designauit Ammianus satis clarè. Bellum Iuliani Cæsaris contra Allemannos edifferens *Postquam, inquit, sepimenta fragilium penatum inflamata, & obrucata hominum multitudinem, casosq; cadentes multos, aliosq; supplicantes, Ventum esset ad regionem cui Capellatium, vel Palas nomen est, ubi terminales lapides Allemannorum, & Burgundionum confinia distinguebant, castra sunt posita. Ex quibus apparet Burgundos, secundum Mœnum, versus Vitenbergensem Ducatum, & Palatinatum tenuisse, inter Sueuiam, & Turingiam, eam regionem scilicet, quam cum***

Oratione die natali dicta.

A. D. N. ccx.

De Gotthi in vita eius. Imp. comm. in. Genesim. Lib. VI. In Domitiano. Lib. I. Lib. III. bell. Vand. Gotthica gentes.

Lib. xviii. Burgundiones in Palatinatu Rheni inferiore. Qua maxime Franconiam spectat & salt.

Lib. 2.

Lib. 1. rerum
Geth.Bellum inter
Burgundos
& Alleman-
nos.

Lib. XXVIII.

Franci post eorum discessum occupassent, Franciam, aut Franconiam nominarunt, cū Allemanni cetera quæ propter Acromum, totamq; Harciniam, & Rheni superiora, occuparent. Id quod satis expressisse videtur etiam Procopius, de Gethico bello. *Post hos, inquit, in Orientem solè sunt Toringi barbari qui Caesaris permissu, sedes has tenuere, & ab his Burgundiones haut procul ad Notum ventum vergentes inhabitant: tum Sueui, deinceps & Allemanni gens valida, liberi omnes, & iam diu hæc incolunt loca. Eisdem gentes, certis locis, coniunxit Iornandes de Marcomiro Gothorum rege verba faciens, ut in Sueuos impetum dederit. Regio, inquit, illa Sueuorum, ab Oriente Boiarios habet. Ab Occidente Francos, à Meridie Burgundiones, à Septentrione Toringos, quibus Sueuis tum iuncti aderant Allemanni, ipsiq; Alpes omninò erectas, & rigentes habent, unde nonnulla fluenta Danubium insuunt nimio cum sono vergentia. Subolescente verò latius, longiusq; Burgundionum multitudine, cum, quàm acceperat, fines ultra, ad Rhenum vsq; scilicet, protenderent, Allemanniq; qui beneficium fecerant, pellerentur, bellum inter vtramq; gentem coortum, quod non nisi alterius partis, aut potius vtriusque emigratione noua finitum est. Auctor idem Belgicus Orator quoad bellum Burgundiones, inquit, Allemannorum agros occupare: sed sua quoq; clade quasitas Allemanni terras amiserunt, quas repetunt. Sed magis exasperauit vtramq; nationem Valentinianus Imp. cōcitatis, promisso auxilio, & fauore, contra Allemannos Burgundiorum animis, super qua re in hunc modū Ammianus. Valentinianus, inquit, versando sententias multisiformes, anxia sollicitudine, stringebatur, reputans multa, & circumspiciens quibus commentis Allemannorum, & Macriani regis frangeret fastus, sine fine, modoq; rem*

Romanam

Romanam confundentes. Immanis enim natio abinde, ab incunabulis primis, varietate casuum imminuta, ita sapius adolescit, ut fuisse longis seculis aestimetur intacta, de diu, de diu, consilia alia, post alia Imperatori probanti Burgundios in eorum excitari perniciem, bellicosos, & turba immensa viribus adfluentes, ideoque metuendas finitimis vniuersis, scribebatque frequenter ad eorum reges, per taciturnos quosdam, & fidos, ut eisdem tempore praesentibus, superuenirent. Pollicitus ipse quoque, transito cum agminibus Rheno, occurrere pauidis, pondus armorum vitantibus, insperatum. Vandalorum demum aduentu, Rheno traiecto, proximas Sequanorum, Aduorum, Heluetiorum infedere, sicuti diximus regiones. De eorum conuersione ad Christum ita tradidit Socrates, sub Valente. Res plane commemorabilem, inquit, eodem ferme tempore gesta commemorabo. Est gens quaedam barbara, locum trans Rhenum fluminem incolens, quos vulgo Burgundiones vocant. Isti vitam a Republica remota perpetuo degunt, sunt autem fabri lignarum omnes, & ex ea arte mercedem, qua suscipiunt vitam, adquirunt. Hunnorum gens crebro in eorum fines inuasionem faciens agros depopulata est, & complures eorum non raro trucidauit. Itaque illi non ad hominem ullum auxilium petendi causa confugiunt, sed Dei alicuius potestati se totos permittere, in animos inducunt. Ac cum mente complecterentur, Romanorum Deum, illis qui eum metuant & reuerentur, firmum adferre praesidium, omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt: atque ad civitatem quamdam Gallia profecti, postulatum ab Episcopo, ut Christianorum baptismo donentur. Is cum illis septem dies praescripsisset ad ieiunandum, eosque in fide erudisset, octauo die lauacro baptismatis tinxit, & cum pace dimisit. Illi vero animo fidem contra tyrannos gradiuntur: nec spes eos sefellit. Quippe Vptaro Hunnorum rege, nocte, cum se nimio cibo ingurgitasset, medio disrupto, Burgundiones Hunnos duce carentes adorti, pauci cum permultis, tria nam millia contra decem impetum faciunt, commisso praelio, victoriam consequuntur. Ex illo tempore gens ea Christiana

Lib. VII
cap. xxx.
Burgundio-
rum ad Chri-
stum conuer-
sio miracu-
losa.

In eadem
sententia,
aut errore
Sigeberius.

Lib. VII.
hist.

A D. N.
cccc. I.

Lib. I. P.
Libello de
antiq statu
Burgund.

religionem ardenti studio excoluit. Haec tunc Socrates. quae
quam vera sint haut perinde certum, & exploratum habeo.
Multa contra nituntur. Nam primò satis constat ex supra-
dictis Burgundiones unà cum Vandalis VII. Arcadij con-
sulatu in Galliam venisse, ut sub Valentiniano III. fieri non
potuerit. Deinde verò iam sub Honorio Imp. cuius res ge-
stas persequitur Orosius Christianos fuisse, & in Gallia
tenuisse, idem scriptor inculpatæ fidei, ut qui pleraque visa,
& perspecta narravit, testatus est. *Providentia Dei*, inquit,
omnes Burgundiones Christiani modo facti, Catholica fide,
nostris clericis, quibus obedire, receptis, blandè, mansuetè, in-
nocenterq; vivunt. Non quasi cum subiectis Gallis, sed verè
cum fratribus Christianis. Imò iam antequàm in Galliam
transirent sub Anastasio videlicet pontifice Christianæ
pietatis cognitionem habuisse, ex ea quam is pontifex de-
dit ad Germaniam, & Burgundiæ Episcopos, epistola, pro-
babile videri potest. Et hæc de Burgundionum ad Christum
conversione. Nam iuris Italici fuisse, quod Paullum Iure-
consultum tradidisse, eo, credo, libro, ubi de huiusmodi
conditionis hominibus memoriam habet, voluit Para-
dinus, nemo ignorat falsam esse, nisi qui Paulli scripta, &
Paradini alucinationes adhuc minus intellectas, &
perspectas habet. Quid enim leges, aut iura,
vbivi, & armis disceptatio
erat.

De

De Regibus Burgundionum, & quando Burgundia in Francorum potestatem redacta.

C A P. VIII.



Vi fuerint Burgundionibus reges cum Rhenum ultra agitent, & quid præclare patuerint etiam per obscurum. Imperatum regibus ex Anniano notum. Eos enim omnes Hendinos cognominatos, sicuti summos Sacerdotes Sinistas, prodidit memoria. Non sanè quòd perpetuam, & hereditariam potestatem haberent, aut exercerent, ut non facile regno abire cogerentur, si videlicet malè gesta respubl. si prælium aduersum; si alimenta negasset reges, adeò dignitas potius fuit, quàm imperium. Nam reges in Sequanis primum, regia auctoritate constituisse post videbimus. Antiquissimi cum ultra Rhenum essent reges, seu potius duces,

HVNIMVNDVS.
 TORISMVNDVS.
 VALDRICVS.
 SIGMVNDVS.
 BERMVNDVS
 VALMIRVS
 VVINDERICVS
 GANSERVS.
 ATHANARICVS.

Athanaricus duxit uxorem Blisindam, siue Belesindam Marcomiri Francorum ducis filiam, ex qua filios duos habuisse dicitur, Gaudiselum, & Gundiochum. Parenti successit populi arbitrio Gaudiselus, eoque duce, & auctore ex Germania in Galliam, Rheno trajecto, cum Vandalis,

Lib. xxviii.
 forte
 Handgraf-
 sen. Hen-
 dini.

*Handgraf-
 sen. Hen-
 dini.*

A. D. N.
 ccclxxxvi.
 Franci tunc
 adhuc in Ho-
 landia, Fri-
 sia Gueldria,
 antiqua se-
 de.
 A. D. N.
 cccc vi.

vt supra vidimus, immigratum, & sedes in Sequanis, AEduis, & Heluetiis captæ. Et facile aliquandiu tenuerunt, tot tyrannis, gentibus, populis Galliam, aut tenētibus, aut lacerantibus, cū Constantinus, Gerontius, Maximus Imperium sibi in ea vindicarent. Hinc Aquitanā, & Narbonensem Gotthi, Franci Belgicam, aut occupassent, aut occupare niterentur. Sed vbi Constantius Comes primò tyrannos ex Gallia sustulit, Vandalorum reliquias penitus exhausit, Gotthos toties rebelles pacauit: demum in Burgundiones qui soli superesse videbantur, arma, & signa conuertit, quos, cū deditonem ante confictū fecissent, non solum iisdē in sedibus confirmauit, sed in fœdus, & amicitia adsumsit, eoq; propensius, quòd Christiani omnes essent, barbarosq; aliorū populorū mores penitus exuissent, pacatē & piē, vt ex Orosio, qui eodē tēpore viuebat, & illa scribebat, supra vidimus, cum Gallis Romanisq; agerent, nam non malos ingenio fuisse, sed candidi, & simplicis animi, pluribus locis ostendit Sidonius qui etiam tunc temporis viuebat. Confirmatis sedibus Burgundiones, quòd vererentur, ne per ducum faciones, quibus hactenus, vt regibus, vsi fuerant, res publica periclitaretur, more aliarum gentium regem nominare constituerunt. Gaudiselus fuit Athanarico natus.

GAVDISELVS REX BVRGVNDIONVM
PRIMVS IN GALLIA.

MUltæ is virtutis, & pietatis, eoq; rege maxima fecerunt opes Burgundionū incrementa. Habuit vxorē Theudelinā alij Seudelinā vocāt, quæ prima corpus S. Victoris Thebæi Salodoro Geneuā transtulit, ibiq; Basilicā eius nominis magnificā cōdidit. Vfus in omnibus consilio Domitiani Geneuensis & Rustici Oodourensis

A. D. N.
ccccxii.
A. D. N.
cccc. iij.

A. D. N.
ccccxv.
Sig. lib. xi.
de occid. reg.
Burgundi in
Gallia Romanorum
federati.
In epistolis.

A. D. N.
ccccxviii.
Reg. A. xiv.

*Octodunū id est
St. Martinus in Vallay.
Martinus*

Episcoporū qua de re, suo loco. Reliquit filios duos Gūdicariū, quē nonnulli Gundiochū nomināt, & Sigmundum.

GVNDICARIVS REX BVRGVND. II.

Magno, & bellicoso animo, sed quæ illi, gentisq; suæ excidij, & interitionis propè causa fuit. Nā cū paucos annos per quietem, & pacē, ad exemplū patris, transmisisset, siue Francorum sollicitatu, qui in Belgio progrediebantur, vel suapte, quæ res secundas comitatur, insolētia, armā arripuit. Prouinciā, Allobroges, Massiliā vsq; peruasit, inde conuersus in Belgiū vsq; excurrit, prædā ingentē fecit, fines regni longē, lateq; propagauit. AÆtius tādē Comes Gallia cum imperio à Valentiniano III. præfectus, variis præliis attritum, ad pacē repetēdā aegit, radicētus gētem excisurus, nisi Gotthi in Aquitania, Armorici, in Gallia rebellascent, & indies maiores gentiū, barbarorūq; motus vndiq; concitarentur. Pollebat AÆtius Allemannorum copiis, & opibus, quibus & reliquis barbaris timendus erat, qua factū ratione crediderim, vt non paruā Allemanni, qui alterā Heluetiæ partē occupabāt, illi, qua potiebantur Burgundi, vt hostili, & rebeli vastitatem attulerint. Gundicarius occubuit prælio quod AÆtius cū Atila, Catalaunicis cāpis, iniit, quo etiā Theodoricus Gotthorū rex interfectus est, & centum octoginta hominum raillia, cū paulō ante Sigmundus, qui Sequanis præerat, dum eidem Hunnorum genti occurrere, & cōtra niti conatur apud Basileam cecidisset. Gundicario superfuerunt filij duo Gundericus quē Iornandes Gunderiacum vocat, & Hilpericus.

GVNDERICVS REX BVRGVND. III.

Huius, vt nec fratris magna est memoria, nisi quod Theodorico Gotthorum regi auxilio adcurrisse,

Reg. A. XIX.
A. D. N.
ccccxxxi.

13

A. D. N.
ccccxxv
Prosper
chronico.
Sig. lib. XII.

A. D. N.
ccccli.
Sig. li. XIII.

Catalaunus
nū. alios
Chalon

Regnum
an. XLII.

A. D. N.
cccclvi.

contra Ricarium, Sueuorum regem, ex Callæcia in Galliam erumpentem, memoriæ commendatum est, id quæ rogatu Auiti, qui post Valentinianum Occidentis imperiū acceperat, Eorumque opibus non solum Ricarium Gallia pulsum, sed etiam morte adfectum, Sueuos in Hispania debellatos, Callæcia, Lusitaniaque peruastatis, institutoque, pro Ricario Aclulfo rege. Gundericus reliquit filios quatuor. Gaudebaldum, Hilpericum, Guotmarum, & Gaudegisilum, quem alij Odesillum nominant.

A. D. N.
cccclxxiii.

GVNDEBALDVS, HILPERICVS, GVOTMARVS, GVNDEGISELVS, BVRGVNDAE TETRARCHAE.

Burgundia
in tetrarchias.

Ira in partes regnum paternum diuisum, sed nec æqualiter nec animis contentis, quare in partes bifariam secessero. Gaudegiselus fratrum minimus Gundebaldo maiori se cõiunxit: eos per vim hereditate excludere conati reliqui, iuuenta, tum Allemannorum auxiliis, proximè quos regni partes sortiti erant, feroces, prælium apud Augustodunum inierunt. Victus Gundebaldus, se ad tam certos amicos, in tam fidam, tutamque latebras contulit, abiectis insignibus regniis, ut cum nulla fugæ indicia exstarent, casus in acie creditus sit. Proinde cum, veluti confecto bello, rebus securis, & lætis, Transrhenana auxilia domum rediissent, victores Viennæ agerent, ita derepentè Gundebaldus ex latebris erupit, eamque urbem obsidio sic circumuallauit, ut nec fugiendi spes, nec auxilij fiducia esse potuerit. Primo tumultu captum Hilpericum securi percussit, uxorem reginam, lapide ad collum colligato, in profluentem præcipitauit, Threnam s. seu Macutumum, ut alij nominant,

claustro

Callæcia
est pars Gallie
in ubi
S. Gaudis
est ostello

B

Austriam

Turen. Greg.
Hist. Franc.
lib. 11.

claustro virginali inclusit, sola Clothilde, quæ minor esset, & pulchritudine omnes mortales fœminas superatura videbatur, conseruata, vnde, eius, & totius regni Burgundiciruiua, & excidium postea deriuauit. Gundemarus, re adflicta, & in extrema spe, se è turri defendens, subiectus ignibus, viuus exustus est. Ita rerum potitus Gundebaldus, Gaudegifilo tantùm Burgundiam Minorem siue Heluetiam tenente.

GVNDEBALDVS. SOLVS BVRG. REX IV.

Nec multò post etiam C. Ludouicus apud Francos regnum adiuit, qui cùm regni sui principio legatos ad Gundebaldum pro pace in Burgundiam misisset, eadem operâ de egregia Clothildis pulchritudine, moribusq; nuncium accepit. Sed vt ea euenerint præstat ex Aimone scribere, qui omnium locupletissimè, nec ineleganter, tradidit. *Miserat, inquit, idem Princeps, Ludouicus, legatos ad Gundebaldum Burgundionum regem sercudâ pacis gratia: qui dũ palatio immorantur. Clothildem puellam contemplati, inquirunt qua sit: dictum eis est, neptem regis esse, ex fratre progenitam, quæ, inquitunt, orbata parentibus, nunc sipe alitur regia. Regressi itaq; legati, nuntiant perfecta esse pro quibus ierant: inter cetera dicunt, vidisse se puellam adeo forma venustam, vt cuilibet potentissimo regi nuptui possit tradi, quam, inquitunt, regia manantem è stirpe, patre eius hac vita carente, patruus ab incunte nutrit atate. Hoc audito, rex Clodoueus amore capitur puella, sperans se ex hac occasione regnum Burgundie arripere posse. Dirigit è vestigio quemdam sibi familiarissimum nomine Aurelianum, qui munera puella à se missa perferens speciem eius diligentius contemplaretur. Huic imperat, vt puellam adeat, de nuptijs voluntatem regis edicat. &*

*F. sine
quotidiano*

A. D. N.
ccccxxxix.
Reg. an.
xxx.
A. D. N.
ccccxxx.
iv.

*13
Ludouicus
An. 662
Dorsey.*

Ita scribendum separatum. Nam illud C. Cuius, siue regem significat, vt C. Lotarius, etc. alias Clodoueus nominatur. I. cap. xiii. Hist. Franc. Clothildis & Clodouei amoris principum.

quid animi illa super hac re habeat agnoscat. Ille præcepto patrens Burgundie partes ingreditur, palatio ad propinquas socios siluis se abdere iussit, ipse habitu mendici circumamictus ad aulam properat, & ut futura sibi domina colloqui possit, explorat. Tunc forte illa ad Ecclesiam processerat Domino vota searum solutura precum, erat quippe dies dominica. Aurelianus inter ceteros pauperes præ foribus stans egressum eius opperiebatur. Expletis missarum sollempniis egreditur puella, egenus, ut ei mos erat, elemosinam largitura. Accedit Aurelianus, ut mendicus stipem postularetur. Cumque illa aureum illi porrigeret, ipse apprehensam manum eius, pallio supra brachium reducto, nudam ori suo osculaturus admouit. Illa pudore puellari rubore perfusa domum repetit. Mittit continuo puellam, quae inueniunt, ut putabat, mendicum ad se deduceret, quem coram positum taliter adloquitur. Quid tibi, o homo, visum, ut elemosinam accepturus, manum meam veste denudans osculareris? Cui ille, interrogata omittens, tale dedit responsum Dominus meus rex Francorum, audita generositatis tuae excellentia, desiderat te habere coniugem. Ecce anulus eius, & cetera ornamenta sponsalia. Illa ubi de tori copula audiuit legato in hac verba respondit, Non est fas Christiana mulieri paganum sortiri maritum. Sed si hoc cunctorum proordinauit conditor DEVS, ut ille per me creatorum agnoscat suum, petita non abnuo, quinimodum omnipotentis fiat Domini iussio. Illo dicente, regem eius desiderio per omnia assensum prebiturum, rogat illa ut secretum apud se hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto sentiscat. Qui fidem dans se id nulla proferre ratione, regreditur ad regem quem prospero nuncio reddidit alacrem. Iterat igitur Clodouicus eundem Aurelianum ad regem dirigit Gundobaldum, ut sponsam requirat suam nuptiali foedere sibi copulandam. Qui regem adiens Burgundionum, mandata ei depromit regis Francorum. Ille se nescire fatetur quae eius sit sponsa: nec se vlla posse dare sponsa.

Sed

Sed tibi, inquit, cauendū ne publica affectus contumelia ex hac
 pellaris aula, qui nostra venisti exploratū regna, Cui legatus,
 Hæc, inquam, mandat dominus tuus, rex, noster Clodouus. Si
 vis mihi Clothildem meā reddere sponsam, locū de signa, quo eā
 recepturus adueniā. At ipse miratus quod nepiē suā peteret Clo
 douus, conuocatis regni primoribus, consilium cum eis habuit,
 quid esset facturū. Qui Francorum veriti animositate, ne in
 Burgundiā pararent expeditionē, si eorum regi memorata non
 traderetur puella, talia suo principi dedere cōsilia. Requirit, in
 quirit, dominus noster quid puella desideret animus, & utrum
 eadē regis Francorū delatus fuerit anulus. Quod se est ut hæc illa
 vellet, & forte iā sponsalia munera suscepit, reniti non poteris,
 quin potius legatis eā tradere maturabis. Burgundiones namq̃
 omnes plus consilijs, quā armis suā tutantur rempublicā. In
 quisiua puella fauetur supra memorata se suscepisse dona, regis
 que copulā mēte velle cupida. Gundebaldus, licet inuitus, Clo
 doue eam tradidit legatis, nihil ei de suis tribuens thesauris.
 Susceptā ergo sepe dictus Aurelianus Clothildē deducere festina
 bat ad regē, que finib. appropinquans regni sui patrii imperat
 Francis qui secū erāt, ut prædā capiāt, incendiāq̃ villarū in re
 gno Burgundiæ faciāt. Nec mora, illi haud secus, ac iussi fuerāt,
 perficiunt iniectōq̃, circūiacentibus villis incēdio, auersaq̃ præ
 da, Burgundia egrediuntur, Francorū repetentes soū. Hoc illa
 cernēs, dixisse fertur. Gratias tibi, inquit, summe DEVS refero,
 quod inuitū vindicta paternæ misericordie conspicio. Nuptiæ Suestio
 nis peractæ. Hæc Aimō, quæ pluribus adscripsi quia, me
 morabilia multa, & his nuptiis faces accensæ quibus non
 solum Burgundia sæpius conflagrauit, sed ipsa Burgun
 dionum regum stirps antiqua penitus in nihilum cōuer
 sa est. Gundebaldus verò, siue omnia sibi tuta Franco
 rum adfinitate putaret, siue fœdus Odoacer Italiæ Rex

A D N.
 cccclxxx
 vii.

A. D. N.
ccccxc.
Paul Dia-
conus lib.
xvi.
Parad. de
antiq. statu.

A. D. N.
ccccxcv.
Gundegifeli
contra fra-
trem cōstita.

A. D. N.
ccccxcix.

illuſiſſet, ſuperatis cū ſuis Burgundionibus Alpiſus, ma-
ximam eorum manum in Liguriam, Inſubriam, & AEmi-
liam immiſit, quæ eas prouincias effuſè populata, dum
Odoacer Theodorico contra niti conatur, & ne Italia
pellatur omnibus viribus incumbit, captiuos omnis ge-
neris plurimos fecit, victor que præda & opibus auctus in
Burgundiam rediit. Vbi verò Theodoricus totius Italiae
potitus eſt, eiusq; fama, & gloria totum orbem claritudi-
ne peruafit, nihil priùs habuit quàm vt eius amicitiam, &
poſteà ad finitatem conſequeretur. Itaque in eius gratiam
captiuos omnes Epiphanio Ticinenſi Epifcopo, qui eam
ob cauſam ex Italia in Burgundiam venerat, condonauit
ad numerum 6000. tum demum filio Sigifmundo Ama-
labergam Theodorici ex ſore Amalefreda neptem col-
locauit. Gaudegiſelus verò qui Minori Burgundiæ impe-
rabat, ſiue fratris inſolentiam pati non poſſet, ſiue minùs
ex æquo ſecum agi exiſtimaret, animis exulceratis, vt fra-
trem Gundebaldum euerteret, clam ad Clodoueam le-
gatos miſit, cum promiſſis regnum ſe cum eo diuiſurum,
perpetuumque ſoluturum tributū, ſi ſuas. in opprimendo
fratre, opes, & vires communicaret. Conditionem ſuſce-
pit animo lubente Clodoueus, non iis de cauſis tantum,
ſed etiam quòd indies, vindicem ſe ſoceri, & ad finiū præ-
ſtaret tandem, ab vxore exagigaretur, & verò quia fauere
Alarico Gotthorum regi videretur Burgundus, quem
pro inimico bello perſequi cogitabat Francus. Statim igitur
exercitū deſtinauit Clodoueus. Qua re cognita Gun-
debaldus pactarum inſidiarum prorfus inſcius ad Gaude-
giſelum miſit, obſecratum, vt ſibi aduerſus Clodoueam
hoſtiliter in ſe irruentem ad eſſet, & ſecum commune re-
gnum à communis hoſtis impetu tutaretur. Reſponſum

per

per simulationem benignum, & ut petierat, accepit. Cùm autem tres exercitus ad Diuionem, quo obuiam vsque Franco adierant, Burgundi conuenissent, Godegiselus ad hostem transit, cõiunctisq; copiis, re inopina, percussum Gundebaldum facillè profligauit, regnoq; toto Franci potiuntur, sola Auenione, quo in loco se Gundebaldus incluserat, tenente, & resistente, sed nec diu, nec satis validè. Itaq; deditiõnem paullò post, facere coactus, ingentique auri summa, Acedij amici liberalitate, Clodoueo perluta, promisso etiam in posterum tributo annuo, & quæ ultra Ararim, nunc ducatum Burgundiæ vocamus, sunt, in potestate Francorum relictis, Gundebaldus regno restitutus est, Gaudegiselo in partem æqualem admissõ. At, hoc factõ, nõ tam placatus, quàm ira, & furore nouo correptus Gundebaldus omnem in fratrem effudit belli tempestatem, Viennæq; inclusum artissimè circumfedit. Captam proditiõne urbem ferro, cædeq; compleuit, fratrem, & quidquid cum eo militum, aut principum fuit, interemit, victoriã crudelissimè exercuit, quam tamen postea Auiti præcipuè Viennensis Episcopi Catholici auctoritate paullum repressit. Sunt auctores qui Gundebaldum tãdemum post deuictum fratrem: leges Burgundis dedisse, rempublicam constituisse tradiderint. Id autem fecisse ut tyranni nomen, moremq; effugeret, conuocatis, & in concilium admissis Principibus, & Comitibus Burgundorum, Romanorumq;: Ita eos vocabant, qui illas Galliarum partes tenebant, antequàm ipsi, Rheno traiecto, eas inuaderent, & de se nominarẽt. Vnde illa verba Principio eius institutionum. *Itaq; primum habito consilio Comitum, Procerumq; nostrorum studemus ordinare. deinde. Sciãt itaq; optimates, Comites, consiliarij, Domestici, & Maiores domus*

Greg. lib. II.
Aimo. lib. 1.
Sig. lib. xvi.

A. D. N.
cl. lll.

Greg. eodem
Lib. II.
cap. xxxiii.
Gundebaldus Burgundionum legislator.

nostra, & consiliarij, & Burgundiones quoq; & Romani Ciuitatum, & pagorum Comites. Fuerunt verò qui has leges cõdiderunt Comites triginta, quorum nomina cum antiquitatis, & ipsorum iactura neglecta. *Nomina autem triginta Comitum qui hanc manibus constitutionem subscribentes roborauerunt, breuitati studentes omittam.* Præerant iudicijs ex Comitibus in certum numerum electi, & ea quidem ratione vt alter iudicum esset ex incolis, siue Romanus; alter Burgundus, siue aduena, nec liceret alterutro absente sententiã ferre. Ait enim. *Nullam causam, absente altero iudice, vel Romanus comes, vel Burgundio iudicare præsumat.* Non aliter verò quàm præscriberent leges iudicare, aut decernere fas erat iudicibus, nõ solum in ceteris omnibus rebus, sed etiam iis quæ ad fiscum regium pertinere videbãtur. *Nec fiscus noster aliquid amplius præsumat, quàm quod de solutione multa legibus legitur constitutum.* Quòd si quis iudex esset, qui ab omni fraude alienus, per legũ aut ignorantia, aut negligentiam, aliter, quàm commandaret illa, decreuisset, pecunia damnabatur. *Si quis sanè iudicum tam barbarus, id est, non incola, sed aduena, & ex Germania, vel regionibus alijs, extra Romanorum diuionem profectus, quàm Romanus, per simplicitatem, aut negligentiam præuentus, vt forsitan ea que in lege continentur non iudicarit, & à corruptione alienus est, triginta solidos soluat.* Si deniq; aliquid controuersum esset, aut nondũ legibus sancitum, & determinatum rex ad eundem erat, ipse constituerebat. *Si quid verò est quod legibus nostris non tenetur insertum, hoc tantum ad nos referre præcipimus iudicantes.* Earum legum aliquot summam si subiunxero, non abs re antiquitatis facturum me arbitror, & rem fortè gratam iis qui his veterum monumentis delectantur.

Datur

13
Comes antiquitatis idem qui iudex. Vnde legibus Rituariis c. 55 & 90. Si quis iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit qui & grauior vel grauior P. Diacono lib. 5.

Datur potestas parentibus relinquendi, & distribuendi liberis quæ munificentia, & benignitate Principis acceperunt, quod antè non licebat.

Si possessiones inter liberos diuiserit pater, partemq; sibi seruarit, & aliam duxerit vxorem, eius tantum portionis, & partis ex ea nati liberi participes fient.

Qui à Principe, aut eius propinquis, aliquid benignitatis acceperint, eius erigant, & conseruent titulos, vt & ipsi, & eorum liberi, regi obligatos sentiant, & inde confiteantur.

Hinc origo armorum & insignium à dominis & arcibus.

Qui subditum, aut seruum regis occiderit, non aliter quàm sanguinis effusione, punietur.

Quòd si defendendo se contra vim interfecerit, pecunia luet: pro cæde nobilis solidos aureos LXX. pro ciue L. pro mechanico, XXXVII. cum dimidio dependet.

Quisquis mancipium sollicitauerit, equum, equam bouem, vaccam, furto auerterit, Romanus, siue incola, aut Burgundus, moriatur. Ablata restituantur, aut eorum æstimatio, pro seruo solidi XXV. pro equo bono X. pro medio, cri V. pro boue II. pro vacca. I.

Si seruus furatus sit, moriatur. Dominus furti æstimationem soluat.

Si non sit mancipium CCC. flagelli ictibus puniatur, Dominus æstimationem præstet.

Qui equi campanellam furatus sit, equi æstimationem luat.

Qui homini libero pugnum impegerit, fuste, aut pede percusserit, pro vno quoque ictu solidum exsoluet, pro violentia, (fredam, aut fredum in legibus vocat, hoc est, Freuel.) VI.

Qui mancipio: mediam partem, vti & pro violentia.

Qui hominis liberi capillos inuolauerit vna manu sol. II. vtraque: sol. IV. puniatur. Pro violentia: VI. damnetur.

Mancipium qui homini libero pugnum infregerit, pro vno quoque ictu centum flagelli plagas accipiet.

Homo liber qui seruo fugituo literas commendatitias dederit, manum amittet. Seruus CCC. flagelli ictus tolerabit & pariter manu deminuetur.

Vulnus vultui illatum triplo (trigeldum nominat) æstimabitur, eò quòd vestibus absconditur.

Omnia Burgundio qui in domo alterius quaestione mouerit, earum aedium domino solid. VI. exsoluet, pro uolentia XII.

Pro raptu filiae non violatae, sed parentibus restituta, raptor secuplo (sexgeltum legibus haec poena dicitur) multabitur.

Homo liber qui in suspicionem uenerit coniurationis contra Principem, ipse, & XII. ex eius propinquis sese iureiurando coram iudicibus confessu (in aracho,) purgabunt.

Qui pro debito peierauerit, nouies litis aestimatione damnabitur. Nuingtum appellat.

Maritus bona uxoris absque liberis decedentis non habebit, sicuti nec illa mariti.

Monialis parentum hereditatem adire poterit. Si fratrem habuerit tertiam tantum partem sibi illa vindicabit. Sed haec monialium hereditates ipsius uita defunctis ad earum propinquos redeunt.

HAEC pauca de Gaudebaldi legibus. Ex quibus eorum temporum mores, & aequitatem intelligas, adeoque non tam huic regi defuisse artem, & scientiam iuste, & pie gubernandi, quam animum, & uoluntatem. Quod iis omnibus usuuere solet, qui ambitione, ira, & odio obcaecati humana, diuinaque nullo in discrimine ponunt, dum cupiditati, & regnandi libidini morige-

rentur, quæ plerumq; nisi morte & tristi exitio modum, aut finem non agnoscit. Quod sanè Gundebaldo accidit. Franci enim cognita non solum Gundegisili nece, sed etiam eorum Francorum, quos ad quinque millia illi præsidio reliquerant internicione, maiore ira, iustioreq; ut videbatur, quàm antea causâ, in Burgundiam exercitû duxerunt, tanto omnium ardore, tantaq; minarum mole, ut vltima desperatio Burgundum ceperit, nullo ultra fallendi loco relicto. Ad Ostrogotthos in Italiam fuga elapsus est priusquàm copiis hostium circumvallaretur. nec multò post mœrore, & ægritudine in exilio distabit. Tunc Proceres Burgundi, Ludouico regi, & Clothildi commendarunt Sigismundum, Gundebaldi filium, egregia virtute, & pietate iuuenem, cui regis liberalitate Burgundia Cisararica, siue Sequani & Heluetij permissi, uti & fratri Gundemaro, quem ita amore fraterno complexus est, ut quamuis ipse solus regnum paternum à Franco accepisset, eum tamen regem vocari non ægrè habuerit.

A. D. N.
13 IX.

Imp. an. XII

SIGISMUNDVS BVRG. REX. V.

DVxerat, ut ante monuimus, Amalabergâ Theodorici Italix regis neptem, ex qua Sigericum progeniuit. Ei mortuæ aliam induxit nec opibus, nec nobilitate parem, quæ res Sigerici adolescentis magnanimi animum non parum offendit, eò quidem magis, quòd eam, eo genere, & facultatibus, maternis ornamentis, & mundo excoli, & iniolescere pati non posset. Quapropter cum matris laudandæ, & eius deprimendæ finem non daret, ad eò nouercales stimulos in suam perniciem concitauit, ut, ea, adolescentem appetiti regni insimulante, pater vxori deditus ad quiescentem filium duos suorum

Otho Frisingensis filiam fuisse scribit chro. lib. V. c. 1.

Sigmundus filium fraude nouerca interficiendū curauit.

Intromiserit, qui, laqueo ceruici iniecto, Spiritum intercluderent. Aimo gladio occubuisse scripsit. Ea finis fuit & libera nimis linguæ, & incauti in matrem amoris, principium verò extremi doloris, quo parens, re, fraudeque comperta, de eius morte, & cæde adfectus est. Ita enim indoluit, vt ab eo tempore nullam lætitiæ partē attigerit; sed in orationibus, gemitibus, sacris ædificiis in honorem DEI, & SS. Martyrum condendis, si qua ratione DEVM, quem tantoperè offendisse non ignorabat, propitium, & remissum parare posset, finem, aut modum nullum fecerit. Accefferunt denique Franci, qui eius facti titulo, cùm Burgundiæ magnoperè inhiarent, rùm Clothildis hortatu, pœnas ab eo grauissimas repetiuerunt, quas tamen eo animo, & satisfaciendi desiderio pertulit Sigismundus, vt in gratiam cum DEO rediisse, & in præcipuum honoris gradum collocatum, miracula apud eius tumulum edita satis demonstrauerint. Hac de re operæ est precium Aimonem audire, qui cùm rationē, qua Clothildis filios ad excindendam Burgundiæ regum Stirpem vehementissimè incitauerat, edisseruisset, Regesque eâ motos, valisidissimum exercitum in Burgundiā duxisse, confirmasset, ita de Sigismundo orationem orditur. *Tunc temporis Sigismundus Basilicam SS. Mauritiij, sociorumq; eius, magnis exstruebat impensis, in loco nuncupato Agauno. Circa eundem quippè locum magnanimitatem suæ ostendit deuotionis, dum esset vir optime mentis, & sanctarum locupletator, Ecclesiariū. Nā & prædiorū illi loco contulit copiā, & clericorū ordinē psalentiū constituens sancta legionis martyres propitios sibi adsciuit. Meminerat enim se coniugis persuasionib. deceptū, vnicū amississe filiū. Quē dū illa odio prosequitur nouercali in tantū exosum fecerat patri, vt felle cōmotus iuberet eū puniri gladio.*

A. D. N.
15 x. v.

Eius ob hoc
facinus penitentiæ &
dolor.

Lib. II.
cap. III.

Cap. IV.
Sigismundus S. Mauritiij edem condidit.

Sigismundi
integritas,
& ad Deum
preces.

A. D. N.
15. XVIII.
Idem prelo
cum suis
victus.

Captus.

A. D. N.
15. XXI.
Et cum Si-
glando, &
Gundebaldo
filiis interfe-
ctus frustra
deprecante
Auito viro
sanctissimo
& vindictā
promittente
Sigismundus
inter Sanctos
miraculis
declaratus.

Nec multò post facti pœnitentia ductus, secum ipse reputans quid sceleris admisserit, ad sepulcra Sanctorum recurrrens saepe, humiliq; prostratus, eos erga se clementissimos fore esflagitans, rogabat, ut si quid minus perfectū, diuinæq; maiestati aduersum in suis reperiretur actibus, ad eorum interuentu, iustus iudex in hoc saculo potius, quàm in futuro puniret examine. Quam petitionem ad effectum iuxta votum peruenisse constat. Audiens quippe exercitum aduenire Francorum, instruit & ipse copiosam suorum manum, atq; aduersus eos pugnaturus aciem dirigit. Congregatione igitur facta, Francis acriter preliantibus, victi Burgundiones fugæ praesidio se committunt. Sigismundus verò cum tutelam SS. Agaunensium martyrum citato expeteret cursu, à Clodomiro Francorum rege, qui cum persequebatur captus, atq; Aurelianis perductus, carceri est mancipatus. Tunc beatus Auitus qui in territorio eiusdem urbis Abbatis fungebatur officio, rogare Clodomirum cepit, ne tam excellentis nobilitatis, insignisq; bonitatis virum neci traderet. Quod ille audire derectans, eū in villa, cui Calamponia nomen est, perducit, ac ibidem cum filio capite casum in puteum proiici iussit, de quo postmodum sublatus, atq; ad Basilicam SS. Agaunensium deuectus martyr, cum digno honore est sepultus. Quem sanctorum collegio Christum dominum adnumerasse, ideo non ambiguum habetur, quod fabricitantes quiq; si pro remedio animæ ipsius, salutare fideliter fecerunt offerre sacrificium, continuò ab infirmitatis suæ liberantur incommodo. Hactenus Anno Sigismundus fatetur literis fundationis hoc se pro sepulcro beatorum martyrum, monasteriū constituisse de consilio LX Episcoporum, & totidē Comitum. Consensu verò, & auctoritate Lotarij Francorum regis, & eius fratrum. Testes adfuerunt, & subscripserunt quatuor Episcopi. Maximus Geneuensis, Theodorus Sedunensis,

dunensis, Victor Gratiopolitanus, & Viuentiolus Lugdunensis. Comites verò Vindemarus, Fredemūdu, Gādolphus, Benedictus, Agano, Bonifacius, Theudemundus, Fredeboldus, alij. Celebravit concilium Epaonense. D. Sigismundi corpus præcipuo in honore fuit Agauni ad Caroli IV. Imp. ætatem. Is ex Italia per S. Mauritium in Germaniam rediens, inde Bohemiã ad sportauit magna pompa, filiumque, qui postea magna laude, & reipublicæ Christianæ bono imperauit, Sigismundum in Diui honorem, & memoriam nominauit. Auctor Ioan. Dubrauius Episcopus de Carolo ex Italia reduce mentionem faciens. *Ex hoc, inquit, itinere Agaunum diuertit. Vbi præter reliquias D. Mauritiq̃, corpus insuper Sigismundi Burgundia regis multis incultum miraculis iacere cognouit. Ibi instat oppidanos pro illo poscere, tamquam populari suo, propter linguæ Vandalicæ* commercium, nec destitit incepto, quàm illud impetrat, secumq̃ Pragam cum maxima omnium veneratione adportat. Burgundi Proceres collectis animis, & viribus, cum captum, & abductum Sigismundum comperissent Guotmarum fratrem eius regem nominarunt.*

GVOTMARVS REX BVRG. VI. ET. VLT.

CLodomirus Francus habitã contra Burgundos victoriã, in Sigismundum eorum regem crudelitate haut diu lætatus est, statimq̃ vindicta ab Auito prædicta non in eum solùm, sed eius etiam stirpem redundauit. Cum enim contra Guotmarum regem rursus copias produxisset, dum incautiùs pugnat, & interfectus, & capite eius conto præfixo ludibrium etiam hostibus fuit, quã pugnam ita Aimo sæpe memoratus retulit. *Auctor verò necis eius, Sigismundi non diu lætatus est in hoc facto. Nam,*

A. D. N.
c. l. ccc. lvi.
S. Sigismundus Pragam
Boemia
transiit.
Lib. xxii.
hist. Boemice.

Imo quia
Vandalorũ,
quorum reliquias Boemii,
Burgundiones pars, &
cum illis in Galliam
transferunt.
A. D. N.
c. xix.
Regnavit
an. viii.

Vindicta in
Clodomirum.

Eod. lib. 11.
& cap. 1v.

A. D. N.
clxxii.Clodomirus
interfectus
A. D. N.
lb. xxvi.

sequenti anno, idem Clodomirus, commoto exercitu, partes Burgundia deuastaturus aggreditur. Cui occurrit frater eius defuncti, ac fraternæ cedis uindictæ pugnam cum eo non dubitauit conferre: Sed Burgundiones, more sibi solito, animositate Francorum non ferentes, hostibus terga nudarunt. Rex uero Clodomirus iuuenta alacrior, armis munitus & ipso presentis certaminis prospero successu animatus, dum audacius, quam debuit, hostes insequitur, pernicitate equi, cui insederat, uentus, agrum inimicum, sui nimium negligens, antecessit. Quem illi à suis desertum à se uero circummentum conspicati, telis eminus urgere cœperunt, confosusq; lateribus interemerunt. Non tamē multo post Lotarius, & Hildebertus, super infitam regnorum amplificandi cupiditatem, etiam fratris mortem ulturi, Burgundiæ bellum intulerunt, Guotmarumq; Augustoduni obsessum, in eas angustias compulerunt, ut urbs quidem deditionem fecerit, ipse uero in Hispaniã, tum Africã profugerit, ubi exsul mortuus est. Franci inter se regnũ diuiserunt. Sed nõ eatenus ultio Sigisimundi stetit. Prælio occiderat Clodomirus, partem acciperet oportebat Clothildis, quæ tot cladum, & cædium primam præbuerat causam. Itaq; cum ab ea Clodomiri filios enutriti sollertius Hildebertus, & Lotarius accepissent, & eorũ etiam regni partem occuparent, duos quidem Theodobaldum, & Guntharum præsentem, & inspectante cum gemitu, & lacrimis Clothilde reges contrucidarunt, Clodoaldũ etiã pari modo tractaturi, (is tertius filiorũ erat,) nisi secreta amicorum manus subduxisset. quibus in hanc sæuitiam è medio sublatis, regnum etiam Clodomiri per partes tributum obtinuerunt, & ne Theodoricus Metensium rex, frater ex patre tertius, agrè ferret, aut contra aliquid moliretur, illi Burgundiã eã quam tenuerat Gaude-

marus,

Vide facinus
hanc historiam
à la Cour font
re. de Clo
ilde

Aimo lib.
cap. xii.
A. D. N.
lb. xxxi.
Clodomiri
filiũ à patre
crudeliter
trucidati.
Theodoricus
primus Fran-
corum Bur-
gundia rex.

marus, hoc est Sequanos, & Heluetiã quæ eius regno proxima erant, concesserunt. Primus is Francorum, excisa, antiqua. & legitima Burgundorum regū subole, & stirpe Burgundiæ regnū, nomēq; vsurpauit. De quo pauca alia subiungam, vt & de ceteris Francorum gentis, qui Burgundis imperarunt, si prius quædam de origine, & progressibus Francorum in medium coniecero.

De Francis, eorum origine, & progressionibus, donec Gallia totius imperium obtinuerunt.

C A P. I X.



Rancorum nomen recentius est, gens vetusta: Illud Valeriani, & Gallieni imperio aut non multò antè, notum, & Romanis monumentis inditum, quo tempore, Celticos, & Francicos, Postumo, qui tyrannidē in Gallia cœperat, adfuisse, contra Aureolū, & Claudiū Gallieni daces Trebellius Pollio memoriã mādauit, & deinceps Frãci rebus gestis celebres, & vbiq; fama nominati. Eorum antiquã sedes in Oceani litoribus inter Caucos, Frisos, & Saxones, & Sugambros. Imò ipsi Franci non alij quàm antiq; qui Sugambri, Augusti imperio iã celebrati. Atq; hinc ille de Sugambria, & Troianis fabulæ Sugambrorum, vti & Sueuorum, qui alterum tunc ad Albim latus colebant, nō exiguam partem in Galliam transtulit, Tiberius, cum nisi diuisis, & disiunctis eorum viribus continere eos posse diffideret. Suetonius de eo. *Sueuos, & Sugambros dedentes se in Galliam traduxit, & in proximis Rheno agris collocauit.* Vnde Lyricorum rex ad Augustum.

*Te cade gaudentes Sugambri
Compositis venerantur armis.*

A. D. N.
cclx.

*In Gallienis.
Vbi hodie
Vvestuallo-
rum pars.
Seegemper
pugnatores
Lacenses, lin-
gua Germa-
nica.*

In Tiberio

*Ode xiv.
Lib. iv.*

Hanc verò Sugambros, aut Francos traducendi rationē,
& alij Imperatores secuti. Nam Probus Imp. iisdem sedes
destinavit, cum petissent, & Maximianus, & Constantius,
& Iulianus. Sed sub eodem Probo sedibus, quas adsigna-
set. parum contenti, piraticam exercere cœperunt, Hispa-
niamque, Europam, & Africam circumuecti totum panē
orbem prædationibus exhaurerunt, opibusq; saluis ad sua
redierunt. Zosimus auctor. *Indem cum Franci, inquit, ad
Imperatorē, Probum, accessissent, & ab eo sedes obtinissent,
pars eorum quadam defectionem molita, magnamq; nauium
copiam nantea totam Græciam conturbavit, In Siciliam quoq;
delata, & urbem Syracusanam adorta magnam in ea cadem
edidit. Tandem cum in Africam adpulisset, ac reiecta fuisset,
adductis Karthagine copiis, nihilominus domum redire nullum
passa detrimentum potuit.* Huius piraticæ artem à Saxoni-
bus vicinis accepisse videtur Franci. Saxones in ea nomi-
nati. Sidonius ad Lampridium, qui Burdigalam profectu-
rus, ad Theodoricum regem legatus, scribit.

*Isthic Saxona cerulum, videbis,
Adfuetum antè salo, solum timere.*

& panegyri ad Auitum, cum alias gentes quæ imperium
vastabant recensuisset.

*Quin & Aremorius Piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus & assuetio gæucum mare findere lembo.
postea Saxonis incursus cessat, Cætosq; palustri
Adligat Albis aqua.*

Cum verò alias Romanis subditas gentes, & regiones in-
festare solerent, Franci, tum maximè insulam Batavorum,
& inde Galliam. Eâ Ins. primus Cæsar Iulius ita descripsit.

Mosa

Lib. 1. hist.
Franci py-
rate.

A Saxonibus
edocti.

Sperare, pro
timere. Fi-
gura poetic.

Comm. IV.

Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta quæ appellatur VVahalis, insulam efficit Batauorum, neq; longius ab eo millibus passuum LXXX, in Oceanum influit. Batauiæ liberatæ laus Constantio Cæsari data. Panegyristes. Multa ille Francorum millia qui Batauiam, aliasq; cis Rhenum terras intraferant interfecit, depulit, abduxit. Alius Encomiastes ad Constantium Constantij F. Terram Batauorum sub ipso quondam alumno suo à diuersis Francorum regibus occupatam, omni hoste purgauit, nec contentus vicisse ipsos in Romanas transfudit nationes, ut non solum arma, sed etiam feritatem ponere cogeretur. De qua quidem translatione superius dictum, vbi Constantij facinora. Sed neq; licet eorum pars bona Neruiorum & Treuerorum agros obtinuisset propterea quieuerè reliqui, quin non solum Batauiam subiugarent, sed etiam plerasq; ad Rhenum, & in Gallia reliqua vrbes R. oppugnarent, & expugnarent. Zosimus. Ex Pannonia Constantius in Italiam rediit. Cum autem videret omnes Romanis vbiq; subditas prouincias barbaricis incursionibus interceptas, Francos, & Almannos, & Saxones iam quadraginta sitas in Rhenum vrbes cepisse, prorsum easdem deuastasse, ciues, & incolas infinita multitudinis cum innumerabili spoliolum copia secum abduxisse, &c. Repulit acriter, & Romanas vrbes, & prouincias vindicauit Iulianus, de cuius cum his gentibus bellis satis multa supra cõmemorauimus. Et, credo, Franci quiescere potuissent, nisi etiam ex suis sedibus in quas se, Gallia relicta, receperant, Saxonum, Quadorumq; aduentu, & impulsu reiicerentur. Eos tamen idem Iulianus sibi supplices factos non solum suscepit, sed etiam in militiae ordines conscripsit, Zosimo teste, qui cum Iuliani multa præclarè facta recensuisset, terroremq; maximum barba-

Constantij
Cæs. contra
Francos
gesta.

Lib. III.
Constantij
M. filius.

Eod. lib.

ris incussum adferuisset, ait, Omnes iam propemodum in ijs locis barbari spem omnem abiecerant, tantum quod non ad inter-
 nationem perituras existimabant suorum reliquias, cum Saxo-
 nes, omnium eas regiones incolentium barbarorum & animis,
 & corporum viribus, & laborum in praeliis tolerantia fortissi-
 mi habiti, Quados nationis suae partem in solum ab Romanis
 occupatum emittunt, At finitimis Francis eos transitu prohiben-
 tibus, qui metuerent ne iusta Caesari causam, praeberent, se rur-
 sus inuadendi, nauibus constructis, Rheno praeuertenti paruen-
 te Francorum imperio regionem, in Romani iuris solum contineo
 derunt, & ad pulsus in Batauiam nauibus, quam diuisus Rhenuis
 insulam efficit, quauis insula flumine a maiorem, Saliuorum na-
 tionem Francorum a parte profectam, & vi Saxonum in hanc
 Insulam suis e finibus reiectam, expulerunt. Hac insula prius
 Romanis parens in uniuersum, a Saliis hoc tempore posside-
 batur. Caesar, ea re cognita, Quados ille vicissim quidem aggre-
 diebatur, sed iusso prius exercitu cum Quadis acriter pugnare,
 Saliuorum neminem occidere, nec prohibere quod minus in Ro-
 manorum fines, illi transirent, quod non ut hostes Romanam
 regionem peterent, sed per vim, & coactionem a Quadis pelle-
 rentur. Hac animaduersa Caesaris humanitate Saliu partim ex
 insula, cum rege suo, Romanum in solum traiciebant, partim ad
 limites, in fuga, se conferebant. Omnes Caesari supplices fa-
 cti, sponte sua, se cum rebus eius fidei permittebant. Post pauca.
 His rebus ita constitutis, & Saliu Caesar, & Quadorum parte,
 & quosdam incolentes insulam Batauniam legionibus adscri-
 psit, quorum ordines nostro quoque tempore superflues esse vi-
 dentur. Ita Zosimus. Ordines illi inter Auxilia Palatina, in
 quibus etiam Bataui Seniores, Saliu vicini. Franci siue supra
 memorata Romanorum in se humanitate, & benignitate
 adducti, siue tantum terrae occuparent, quantum necesse

vide.

Ex his satis
 Francorum a
 nobis facta
 descriptio
 sedis confir-
 mata.

Franci se Lu-
 liano permi-
 sere: & ab eo
 in Ordines
 adscripti
 sunt.
 A. D. N.
 ccclviii.
 corrupte.
 Scribo Batauniam.

videbatur, paullulum substitere, ab iniuriis, & prædationibus manus abstinentes, sed eatenus, vt cum à Gallia tẽperarent in Germania tamen progressiones non exiguas facerent, adeoq; ad Mœnum vsque sedes mouerent, Turingiam, siue Cattorum regionem, & quæ ab ipsis Francia Orientalis dicta, infederent, Marcomiro, & Sumnone ducebatur. Vnde, suo tempore, rectè eos D. Hieronymus inter Saxones, & Allemannos collocauit. *Inter Saxones, inquit, & Allemannos, gens non tam lata quàm valida, apud historicos Germania, nunc verò Francia vocatur.* Erãt enim Franci ad Rhenum, & Mœnum, Saxones Albim à tergo obsidebant, ab altero Mœni latere Allemanni, & Burgundiones, qua adfinitate factum, vt Athanaricus Burgundionum rex, quod antè tetigimus, Blisindam Marcomiri Franci filiam sibi matrimonio adiungeret. Breuis verò hæc fuit populi inquieti, & ad omnia mobilis pax, & tranquillitas. Cum enim Maximum tyrannum in Italiam contra Valentinianum Iuniorum maximas ex Gallia, totoq; Occidente copias traduxisse comperissent, subito in Galliam traiecerunt, obuia quæq; vastarunt, Quintinum, & Heraclium quos Maximus in Gallia reliquerat duces, prope Treuerim prælio, cum omnibus copiis propè deleuerunt. Arbogastes demum militiæ Comes ex Francorum gente, interfecto apud Aquileiam Maximò, à Valentiniano cum imperio in Galliam missus, cum pleraq;, quæ in tumultu erat, composuisset, etiam Francos, auctoritate sua, pacauit, datisque obsidibus volentes ad pacem trãstulit. Cum sub initio imperij Honorij, rursus mouissent, Stilico magister militiæ ad officium quoq; coegit, vnde illa quæ superius etiam intexuimus, de Stilicone Claudiani.

A. D. N.
ccclxxxvi.
Sig. chr.
In vita Hi-
lariensis.
Franci in
Germania
Franciam
Orientalem
constituere.

A. D. N.
ccclxxx
viii.
Sigm. I.
Imp. occid.

A. D. N.
ccclxxxix.

A. D. N.
cccxcv.

*Ante ducem nostrum flauis sparsere Sugambri
Casariem, pauidosq; orantes murmure Franci
Procubere solo.*

alio loco.

*Rhenumq; minacem
Cornibus infractis ad eò mitescere cogis
Vt saltus iam rura colat, flexosq; Sugamber
In falcem curuet gladios.*

Paullò antè.

*Ingentia quondam
Nomina, crin' gero flauentes veritice reges,
Qui nec principibus donis, precibusq; vocati
Paruerant, iussi properant, segniq; verentur
Offendisse mora.*

quæ de Francis, & eorum præcipuè regibus intelligenda esse paullò post aperiemus, cum morem Francorum regibus fuisse ostendemus capillos alere. Fidem quidem, & amicitiam hac quidem vice ita seruarunt Franci, vt Vandalis, & eorum sociis in Galliam irrupentibus, opponere se non dubitauerint, quamuis multitudine victi facile sedibus suis se continuerint, nec tamen ita vt non multò post Vandalos persecuti sint, eorumq; rege Godegiseo interfecto, vltra viginti millia ceciderint, totam Vandalorum gentem extirpaturi, nisi Alani succurrissent, qua clade percussis Vandali, in Hispaniam transeundi, & Galliam relinquendi demum consilia susceperunt. Franci, re fortiter gesta, vt hac quoq; parte amicitiam qua deuinctos se Romanis probare cupiebant, plenius ostenderet, relicta Gallia vltra Rhenum ad suas sedes repetiuerunt. Ibiq; tam diu agitarunt dum Constantium Comitem, & supremum Honorij in Gallia ducem Burgundionibus sedes induxisse, & amicitiam cum iis stabilis, in suum maximè contemptum acciperent, & interpretarentur. Tunc enim animis

vehē.

A. D. N.
cccc. vi.
Franci pro
Romanis
contra Van-
dalos.

A. D. N.
cccc. ix.

A. D. N.
cccc. xiv.

vehementissimè perturbati Rhenum transierunt, obuia
 quæq; vastarunt, Treuerim prouinciæ caput ceperunt, ca-
 ptamq; cum diripiissent, subdito incendio, cõbuserunt,
 in omnis generis homines ferro, flama, & omnibus cru-
 ciatibus grassati. Nam, vt scripsit Saluianus, *quos hostis in
 excidio non peremit, eos post excidium calamitas obruit. Si-
 quidem alios impressa altius vulnere lentis mortibus enecarunt,
 alios ambustos hostium flamis grauis pœna cruciauit, quidam
 interierunt fame, quidam nuditate, alij tabescentes, alij rige-
 tes. Iacueruntq; passim viriusq; sexus cadauera nuda lacera,
 ciuium oculos infestantia, ab auribus, canibusq; dilaniata.* Eos
 demum Castinus Domesticorum comes, Constantio ad
 consulatum, gerendum euocato, domuit, & receptis vrbi-
 bus, vltra Rhenum propulsauit, Mortuõ Marcomiro Frãci
 demum in aliarum gentium morem regem sibi præfecere
 Pharamundum Marcomiro natum. Primus is rex, omniũ
 Francorum suffragiis, & voluntate imperare cœpit, cum
 hætenus ducibus belli, quos scilicet Scriptores Romani,
 Græciq; etiam reges nominabant, non alia tamen, quàm
 in bello auctoritate, apud Franciæ gentem defuncti. Huic
 Clodio successit cognomento Gomatus, propter insignẽ
 comarum elegantiam, & amplitudinem. Is cum aliquan-
 diu in Toringia habuisset arcem Diesburgam, missis in
 Galliam exploratoribus, cui adeò Franci inclinauerat, &
 tam diu; Omnia turbata accepit, bellumq; esse inter Ro-
 manos duces Bonifacium, Castinum, tum Mauortium, &
 Gallionem. Occasionem negligendam haut ratus copias
 ex Germania transportauit, Romanos resistentes obtriuuit
*Tornacum obtinuit, & inde vsq; ad urbem Cameracum pro-
 perauit, ubi pauco tempore residens Romanos si quos sibi inue-
 nit; peremit, & exinde ad Somenam fluium perueniēs omnia*

Franci in
 Galliam, &
 in ea eorum
 gesta
 crudelia.

Lib. III.

A. D. N.
 ccccxv.
 Franci pri-
 mum regem
 elegerunt.
 A. D. N.
 ccccxix.

A. D. N.
 cccxxx.

A. D. N.
 cccxlv.
 Sigebertus.
 la Somme,
 Casari Sa-
 maris.

A. D. N.
ccccxlviii

A. D. N.
ccclii.
A. D. N.
ccclv.
Meroueus
primus sedē
firmam in
Gallia fixit.
vnde ceteri
Merouingi.

A. D. N.
ccccviii.
A. D. N.
ccccxi.

A. D. N.
ccccxix.
A. D. N.
ccccxxv.
A. D. N.
ccccxxx
lv.

occupauit. Hunc consecutus Meroueus; qui eò facilius, quæ occuparat pater tenuit, quòd Atilæ, & Hunnorū cū quingentorum hominum millium multitudine aduentu terribiti Romani, & omnes in Occidente reges, fœdere se potius obligare contra communem omnium hostem, flagellum enim Dei se venditabat, quàm mutuis in se bellis hostibus prædæ, & ludibrio esse existimarent. Adfuit igitur Meroueus Romanorum duci Aetio campis Catalaunicis, dextrumq; cornu, eo in prælio, vnà cum filio Hilderico tutatus est. Interfecto Aetio, cæsoq; pariter Valentiniano cū omnia in summa perturbatione versarentur, Occidens sine capite, sine rectore esset, Meroueus Senonum urbem, siue Parisiōs, & Aurelianum, totamq; eam Galliæ partem, quam Franciam deinceps auctores nominauere occupauit, primusq; firmam in Gallia sedem Francis defixit, in cuius proinde memoriam, & famam ceteri, qui successerunt, reges, ad Carolinos vsq; Merouingi nominati. Post Merouicum regnauit Hildericus, quem cū regno expulissent propter morum insolentiam, & luxum Franci, Aegidium Romanum ducē sibi cum imperio præesse iusserant. Sed qui in ~~Merouico~~ ^{Hilberio} animi improbitatem ferre non poterant, eò minùs Romani tyannidē tolerare potuerūt. Reuocatus ~~opera~~ ^{opera} præcipuē Viridomari principis apud Francos viri, & Merouico amici, rex, primum contra Aegidium prælium habuit, vicitq; Coloniam, & ceteras Belgicæ vrbes in potestatem redegit, reliquumq; tempus fortiter, & cum laude transmisit, quodq; caput est Clodouē ex se natum successorem, regemq; Francis reliquit. Qui non solum, cæso qui supererat duce Sigio, Romanorū imperium in Gallia finiuit, Burgundos tributarios fecit, Visigothos, qui Narbonensem, & Aquitaniam tenebant domuit.

domuit, sed debellatis præcipuè, & in extremam seruitutem adactis, prælio Tolbiaco, Allemannis, Gallia totius imperium Francis in perpetuū confirmavit, de quo prælio pauca mihi dicenda sunt, tum quæ deinceps Heluetiæ fuerit condicio, & status. Sed hæc fuerūt quæ de Francorum origine, & rebus gestis dum Galliam occuparent mihi in præsens adducenda putavi. Nam de illis, sexcenta plena volumina, quæ qui volet per me, non apud me legere, & videre licebit.

Allemannorum prælio Tolbiaco clades, antiquæ libertatis, & dignitatis spoliatio alia.

C A P. X.



Alliã, vt diximus, gentes ex Germania plures occupauère, sed principatum Visigothi, Burgundiones, tum Franci, & Allemanni tenuère. Omnes primò, dum exterminando Romanorum imperio omnibus opibus enituntur, sedesq; pro regione, & populorum multitudine diuersas sortiuntur, quieti inter se, & pacifici. Post, dū omnia metuunt, siue animi libidine, & ampliorum cupiditate, arma commisère. Sed Visigothi, Burgundionesq; vt viribus impares, ita facillè fortioribus cesserunt, aut potius principatum posuère. Allemannorum, & Francorum maiora momenta fuère. Hi demum, vt contra Allemannos victoriam, sic quoque totius Gallia imperium diuinitus pugna Tolbiacensi depugnata obtinuère. Confecerant Allemanni quàm maximas vtraque Rheni ripa copias, ingentique adparatu in Germaniam inferiorem, quam Franci à principio occuparant, contenderant, Coloniam quæ earum partium caput tunc temporis, obsessuri. Illis instructa acie prope Tolbiacum obuius factus Clodoueus

Summa gestorum Clodouei.

*Tolbiacum est
Tosbrial uer
Cologne.*

*Ces alle
may est
dey suant
ou suob
comand
& plusieurs
Rays.*

Praelium
Tolbiacum.

Lib. I. c. xv.

Oratio Clo-
douei.

Clodouei
in victos
crudelitas.

Francorum rex, primò cum equitatu repulsus est, maxima suorum cæde: iamq; in eo erat, vt vinceretur, nisi Christi nomen, potentiamq; , quam toties Clothildis coniux Christianis imbuta moribus prædicauerat, in memoriam reuocasset, votoq; se nouo sacra nostræ religionis suscepturum, si vinceret, obligasset. Quod & euenit. Conuersis enim velut fortitudine cœlitus inspirata militum animis, ita in Allemannos irruerunt, vt sustinere non potuerint, cæsi, & fugati sint. Qua de re Aimo. *Rege in infidelitate permanente, tandem commouetur exercitus, bellumq; à Francis, & Allemannis totis regnorum viribus excitur. Tunc rex Clodoueus, signo suis dato, bellum adgredi imperat. sed inter praeliandum, suos grauius hostium mucrone sterni conspiciens in hanc vocem prorupit. CHRISTE, inquit, potentissime DEVS, quem Clothildis coniux mea colit pura mente, tropæum meæ tibi voueo fidei, si tribuas his ex hostibus triumphum victoriæ. His peroratis Allemannos inuadii timor, Francos accedit virtutis ardor. Igitur hostes terga vertentes victoriæ Clodoueo relinquunt, ac demum regem suum gladio casum conspicientes iure tributario Francis se fore seruituros libentissimè spondent. Hactenus Aimo. Sed non contentus victoriæ ea, aut dedicatione, tributouè Clodoueus, Allemannorum fines peruasit, ferro, flamaq; omnia vastauit, superstites, & captos extrema seruitute adfecit, laudem, decus, gloriam quam tot annis, bellis, rebusq; fortiter gentis Allemanni occupauerant, & in Primis libertatem funditus exstinxit; aut in Francos transtulit, crudelem se, & infatigabilem præbuit, adeo vt non pauci metu, & sæuitia victoris superatis Alpibus, in Italiam ad Theodoricum Gotthorum regem cõfugerint, & ab iis, quos hostium loco habuerant, opemq; , & auxilium deprecati sint. Pro adflctis, & fugitiuis scripsit in hæc*

sententiam Theodoricus, eò quidem confidentiùs quòd Clodouei sororem in matrimonio habebat. *Tua de Allemannis victoria gratulor; eamq; mihi tecum statuo communè. Tuam enim virtutem, meam existimo felicitatem quandoquidè ita postulat necessitudinis ius; meumq; de animi tui magnitudine iudicium excellens; & qui omnia superat, meus in te singularis amor. Hostium Duces; auctoresq; amentia pœnas dedere. Scelus eorum cruore piatum est. Tua summa prudentia est ita prœterita agnoscere; ut futuris prospicias. Magnificus triumphus, ac te dignus est, multitudinem in fontem, cui fortuna belli, ac numen pepercit, tibi supplicare; teq; illi salutem, ac incolumitatem concedere: ut secundum superos nullus sit, cui plus se acceptum referre ipsi prædicent. Tu quoq; ceteras admirabiles virtutes tuas, hac clementia palma, ac condonanda vite laude cumulâre statuas; qua vna re, quàm proximè potes ad Deum optimum, maximum accedere; ut te, & sibi natum, & regnare seculum nostrum latetur, gloriaturq; se cum veterũ felicitate certare. Gentis Allemannorum antiè nobilissima reliquii ignosce, quæ, ut calamitosorum fata sunt, vano metu percussa, in meum hominis tibi coniunctissimi, sinum se contulere, erroremq; hunc misericordia dignum iudices; eosq; pace tua perfrui, ac finibus suis uti; ac quas à libertate maiestatis tue proficisci par tibi videbitur, legibus parere iubeas. Spondeo nihil eos in posterum, nisi pia erga te, & grata beneficij tui recordatione acturos, cogiturosq;. Sin quid secus agerent, non magis tibi saluus eorum cõdutor, quàm mihi voluntatis eorum sponsori, & quasi vadi hostes forent, & qui deprecatoris munere fungor, vltoris partes, vicemq; susciperem. Integros, florentesq; viciisti; quæ gloria accedat, si persequi exsangues, & confectos in animum inducere magnitudo tua possit? Nihil pro popularibus, nihil pro adfectibus meis deprecor. Sum tantum tui,*

Litteræ Theodorici pro Allemannis.

Allemania
seruitute
adfecta.

gloriae tuae memor. Nec quidquam persuadere tibi studeo, nisi prius mihi probassem, id & laudi, & gloriae tuae conducturum. Ita amice, & beneuolè Theodoricus, sed his non tam Allemannis libertatem, aut aliquid priscae dignitatis recuperavit, quàm persecutionis finem, & seruitutis initium fecit. Tota Allemania partim fisco, partim belli ducibus, & quorum operam, praecipuam expertus, praeterito bello, fuerat Clodoueus, assignata. Omnibus etiã non magnis eius partibus, quò magis in officio continerentur, Comites dati, qui verò cunctis in vniuersum praesert Dux nominatus, qui quandoq; Dux Allemanniae, quandoq; Sueviae propterea quòd maxima inter Allemannos Sueuorum pars, à Scriptoribus, & instrumentis dicitur. Curialis sedes Allemanniae Rancuillae posita. Ibi qui iudiciis praesert Comites xvi. constituti. Quod ex rebus gestis S. Fridolini, qui hoc tempore, & Clodouei regno, in Heluetia magna sanctitatis, & miraculorum fama agitabat, vt suo loco pluribus ostendemus, manifestum est. Nec postea Allemannorum fama, aut gloria fuit.

Heluetia status, & condicio post praelium Tolbiacum de seruitute, & manumissione, lege Salica, tum nobilitate, & aliis.

C A P. X I.



Vis Heluetiae totius postea status, & condicio fuerit, dicere non difficile est. Nam illa pars quam habuerant Burgundi, ubi defecerunt eorum reges, eam, qua sub ipsis usu fuerat, etiam sub Francorum regibus rationem, & libertatem obtinuit: quam possederant Allemanni seruitute,

13.
De Feudis.
De Vassalibus
et Clientibus &c.

tute, vnà cum ipsis adfecta est. Et ferè hæc diuifio Heluetiæ permansit, dum in ea Francorum imperium fuit, (licet Gallia omnis variè, vt fuerunt regū liberi, distributa esset) vt scilicet Tauriacus, siue Figurinus pagus, & quæ ad Vrsam vsque Heluetiorum sunt, Allemanniæ ducibus parent, cetera Rectores peculiare habent, qui Rectores Minoris Burgundiæ, nonnumquàm Duces Transiurani, Franciæ Scriptoribus nominantur. Seruitutis autem ex Stoicorum sententia tria genera. Vna quoties non est potestas viuendi vt velis, vt si homo carcere contineatur: altera cum quis dominio alieno contra naturam subiicitur. tertia quam seruiunt mercenarij, obæratj, addicti, clientes. Allemannis secunda cōditio obtrigit. Ita enim victi, & subiugati, vt præter quàm manu captis, & bello seruatis, quæ seruorum descriptio, & mancipiorum est, nihil libertatis, aut dignitatis reliquum manserit, qui proinde nō solum omnibus bonis, & possessionibus exciderint, sed etiam in perpetuo vitæ discrimine fuerint, quamuis eas seruitutis leges, & iura paullo post pietas, & mores Christiana imbuti mansuetudine aliquantum temperauerint. Quamuis igitur venire, distrahi, cædi, & alijs modis seruilibus tractari non conueniret; tamen ita sui potestate exuti erant, vt nihil omninò, nisi domini voluntate agere, moliri possent, non alio migrare, emere, vendere. Et si quid accessionis, aut emolumenti facerent, in rem domini vertebatur, nullo illis, aut perexiguo vsu, quippe qui nec testamenta condere nec legare, aut legata obtinere, in scio domino, vnquàm valerent. Non pauci tamen aut precio, aut opera, aut Principū beneficio, & dominorum in libertatē vocabantur. Manumissionis, & libertatis antiquitūs certæ formulæ Romanis erant. Namque ea inter

Allemani-
ca Heluetia
in seruitu-
tem redacta

Diog. Laert.
lib. vii.
seruitutis
tria genera.

Allemanno-
rum condi-
tio & serui-
tus.

Id maxime
cognoscitur
ex mancipijs
qui adhuc
sunt in Hel-
uetia, maxi-
me eodem
pago Trigu-
rino.

Manumissio-
nes antique
de officio
procons.

legis actiones recensetur. Vndi Marcianus *Apud legatum proconsulis nemo manumittere potest, omnino enim non est apud eum legis actio. Manumitti igitur seruus dicebatur, cum dominus eius aut caput eiusdem serui, aut aliud membrum tenens, dicebat. HUNC HOMINEM LIBERVM ESSE VOLO, & emittebat eum e manu: Prætor autem vindicta, hoc est, virga, eiusdem serui capiti imposita, ita dicebat, DICO EVM LIBERVM ESSE MORE QVIRITIVM.* Inde conuersus ad lictores addebat. *Secundum tuam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta.* Tum licitor accepta à prætore vindicta, aut virgula; caput serui, percutiebat, faciem palma, tergumq; verberabat. Quibus actis, nomen manumissi in acta referebatur, adiectâ causâ manumissionis. Hæc apud prætorum ratio erat in iis quæ apud prætorem, sollenni more, libertate donabantur. Addit Caius. *Non est omnino necesse pro tribunali manumittere. Itaq; pleriq; in transitu manumitti solent. Cum aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum causa prodierit prætor. Postea neglectæ hæc cerimonie, itemq; verba illa sollennia, & à licitoribus serui in libertate positi. Hermogenianus. Manumissio per lictores hodie, domino tacente, expediri solet, & verba sollennia licet non dicantur, vt dicta accipiuntur.* Alias simpliciter, his verbis, liberum te esse iubeo, aut liber esto, aut abito quo voles, vel nihil te moror, utebantur. Plautus, *Liberum te ego iussi abire? Alibi Mea quidem causa liber esto, atq; abito quo voles.* Alia in comedia idem lepidissimus poetarum. *In hunc diem nihil te moror, abi quò lubet.* Legibus Salicis etiâ certam manumissionibus obseruatio fuit, præsertim si publicè, & à Principe fierent. Tunc enim, qui libertatem consecutus erat numum manu, quasi precium, porrigebat Principi, quem cum excussisset, pro elec-

mosina

Boet. in Top.
Fest. lib. XI.
Val Prob.
Notis Donatus Adelp.
Sig. lib. I. de
Lud. c. XIII.

De manumissionis vindicta.

In l. man. ff. de manumissionis vind.

Menech.
Act. v.
Sticho.
Manumissiones lege Salica.

mosina in pauperes erogabatur. Id intelligo ex literis manumissionis Ioannis Schudi Glaronensis, quarum literarum exemplum ego, cum alia mihi suppeditent, eo libentius interferam, quod Aegidio Schudi Glaronensi ex eadem nobilissima, & antiquissima familia tantum debent antiquitatis amatores, quantum alteri nemini. Ex igitur sic habent. *In Nomine sancta, & indiuidua Trinitatis. H. Ludouicus Diuina fauente gratia Rex. Nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet, & futuri, quia nos rogatu Purucharti dilecti Comitis nostri, quemdam proprium seruum nostrum Iohan nominatum, in praesentia fidelium nostrorum, per excussionem denarij de manu illius, iuxta legem Salicam, in elemosinam nostram liberum dimisimus, & ab omni iugo seruitutis absoluiimus, eius quoque absolutionem, hoc scripto firmauimus, quam in omni tempore firmam, inuiolabilemque mansuram esse volumus. Praecipientes ergo iubemus, ut sicuti reliqui manumissi, qui per huiusmodi, titulum absolutionis, a Regibus, vel Imperatoribus Francorum noscuntur esse relaxati ingenui, ita deinceps memoratus Iohan, bene ingenuus, atque securus existat. Et ut istius ingenuitatis pagina firma, stabilisque consistat, Annulo nostro eam consignari iussimus.*

Barcardi.

Ernustus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicappellani recognouit.

*Data II. kl. Iun. Anno Incarnationis Domini
L^o CCCC VI. Indict. VIII. Anno Regni Do-
mini H. Ludouici VII. Actum in Rottuila
feliciter. Amen.*

Ex his, patet id quod diximus libertatem a Principibus Francis per excussionem denarij dari, idque in concilio procerum, & publice, & plerumque rogatu, & fauore eorum

qui apud Principem multum possent: Hoc autem modo seruitute, lege Salica, soluti, LIBERAE CONDITIONIS homines dicebantur. Hinc alius quidam ex eadem familia ita Instrumētum orditur. *Nouerint omnes praesentes, & futuri, Quòd ego Henricus, dictus Schude, vir Glaronensis, LIBERAE CONDITIONIS, unà cum filiis meis Ioanne, & Rodolpho villico, &c.*

Villici vocantur in Instr. quos Meyer Germanice nominabant.

Nobilitas prisca & vera.

Valuassores qui. Const. feud. lib. 11 tit. x. Vasalli quos rasselos & lendos Aimo sepius vocat.

Libello de eadem gente.

*Datum Glarona in domo Plebani: Anno Incarnationis Domini M. CC. XX. Kal. Iunij. feria secunda, Indiēt. VIII. Sed iam liberi, & ab omni seruitutis onere vindicati, bona ca, & possessiones, quas eatenus pro Domino habuerant, restituebant domino, aut emebant, aut beneficij nomine, & feudi accipiebant, vel denique conducebāt, custodumq; praediorum munere fungebantur. Quòd si feudum à Principe, vel Duce, vel Comite, vel Marchione acciperent, eadem operā nobilitatem consequerentur, & inter nobiles refererentur. Idem priuilegium obtinebant qui à maiore, aut minore Valuassore feudo donabātur; si modò ij longam annorum seriē numerare possent, qua feudum, onusque militiē ei adnexum in familia sua resedisset, quae certa, & antiqua nobilium definitio, Nobilis enim ex genere, & vita militari aestimabatur. Propriè Valuassores maiores dicuntur, qui à Principe, aut iam dictis potestatibus feuda impetrant. Minores, qui à maioribus, qui etiam Valuassini, ad Valuassorum maiorum differentiam. Cum feudo nomen mutabant, nec liberti, sed vasalli dicebantur. Vocabulum sumtum ab antiquis Germanorum moribus. Hoc enim nomine Comitatus, & comites significare volebāt. *Gesellen.* Unde & *Gessatarum* nomen alii deduxerunt. Tacitus de Germanis. *Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur. Magnaq; & comitum**

emulatio, quibus primus apud principem suum locus, & principam, cui plurimi, & acerrimi comites. Hac dignitas, ha vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari in pacem decus, in bello praesidium. Frustra vero sunt qui eandem clientis, & vasalli rationem esse putarunt, quamuis non negem in quibusdam inter se conuenire. Nam clientibus onus militiae nullum est adnexum. Vasallorum condicio est, ut cum electus edicatur, in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum censum belli, & domini praesidio inferant, quod Heribannum antiqui Germani, siue Franci nuncuparunt, ab voce heer, quae exercitum notat. Bannum generale nomen, quo significatur edictum, siue citatio. Heribannum, citatio ad delectum. Vtroque nomine etiam poena notatur, edicto non obtemperantis. Clientes praedia sua pleno iure possident: Vasalli praedia feudalia tantum ususfructus iure perpetui, vel temporarij. Proprietas est dominorum, a quibus acceperunt, beneficij nomine. Ususfructum hoc loco voco cum Oberto, quod alij interpretatur utile dominium, propterea quod Vasallus rei in feudum datae utile, non directam vindicationem habet. Clientes denique dabant se in patronorum fide, & ab eis ferebant sportulam, aut crenam rectam: Vasalli vel vltro nobis fidem suam offerunt: vel nos collatis in eos praediis nostris fide eorum legimus, & sequimur, a nobis praeterea ferunt nihil. * Alia sunt, quae narrare nihil attinet. Nobilibus vero solis arma ferendi, gladium accingendi, insignia coloribus distinguendi potestas permessa, ceteris nequaquam. Fridericus primus Imperator mercatoribus qui negotiandi gratia iter haberet, gladios permisit, sed nec ut accingeret, sed ephippio equi adligarent, aut carro iniicerent, rusticis, & aliis omnibus prohibuit. Ait enim. *Si quis rusticus arma vel lanceam*

Clientum,
& Vasallo-
rum differ-
rentia. I.
Heribannū
quid.
Banni signi-
ficatus.

II. — 13
Lib. III. de
feudis.

III.
*

Vasallorum
enim sacra-
mentum de-
fendere tue-
ri, sua fortia
salta gloria
principis ad-
signare.
Tacitus
Nobilitatem
privilegia.

Lib. V. Cen-
situs.

portauerit, vel gladiū, iudex in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat. Mercator negociandi causa per prouinciam pertransiens gladiū suum sua sella alliget, vel super vehiculum suum ponat, non ut quem ledat innocentem, sed ut à pradone se defendat. Cū verò nobilitatis ea ratio esset, euenire solebat, vt nobiles ipsi prædia sua, vel feuda aliis ex plebe, & vulgò indulgerent, qui progressionem facta, eoque titulo, etiam nobilitatem sibi vindicabant. Quo ex fonte infinita nobilium profuxit multitudo. Nulla verò natio, aut regio plures nobiles aut præstantiores Heluetia protulit, de quibus, si ex animo tractandi occasio sit, faciliè ostendam, quidquid veræ, & antiquæ nobilitatis in Sequanis, & Germania est, Heluetios suppeditasse, & inde venire. His ita constitutis, iam ad Francorum reges redeamus, & qui Heluetia cum imperio præfuerint, Burgundionibus pulsis, aut extinctis, inquiramus. *In Heluetia Regem Fridericū Imp. 2. fuerunt ultra 50. Comites. ultra 260. & Nobiles ultra 1200.*

Nobilitas
maxima in
Heluetia.

De Francorum Regibus, qui in Burgundiâ, & Heluetia
imperarunt.

C A P. XII.

THEODORICVS PRIMVS EX FRANCO-
RVM STIRPE BVRGVNDIAE REX.



Theodoricus primus filiorum Clodouci, Me-
tensiu, & Allemannia rex cū eo, quo dixi-
mus modo Burgundiam Minorem, & Cisar-
raticam siue Sequanos consecutus est, tum
verò quòd Sigismundi regis Burgundiæ fi-
liam vxorem haberet, qui proinde regnū Burgundiæ, sibi

Regnavit in
Burgundia
annos XI.
Greg. lib III
Aimo. lib II

vindicare videbatur: quam illi Lotharius, & Hildebertus fratres eo facilius reliquerunt, quòd regno Clodomiri inter se diuiso magnam suis opibus accessionem fecerant. Fuit verò Theodoricus princeps fortis, & magnanimus, qui multa contra Danos, & Toringos præclare gessit. Primus idem regum exterorum. Ius Ciuile Iustiniani paulò ante euulgatum suscepit, & custodiendum curauit. Edictum datum Augustoduni in Burgundia. Eum alij Franciæ, & orbis reges secuti.

THEODEBERTVS REX METENS. SIVE
AVSTRASIAE ET BVRG. II.

Theodebertus successit patri Theodorico, qui mansuetus, cum etisq; modestus, iustitiæ quoq; cultor fuit egregius. Eū cum patruū Hildebertus, & Lotharius regno pellere conati essent, insita regnorum producendi libidine, prudentia, & humanitate non solum pacauit, sed etiam arctius sibi deuinxit: Vnam in Italiam expeditionem cum suis Allemannis, & Burgundis habuit, ducebus Buccelino, & Amingo, sollicitatu maximè, & munere Gotthorum, quos graui bello Bellifarius, tum Narses Iustiniani Imp. auspiciis in sequebantur. Nam Prouinciam, quam hactenus tenuerant Gøthi, si auxilio contra Romanorum duces esset, Theodeberto obtulerunt. Ipse in Italiam cū maximo equitatu profectus, Alpes, Liguricam, Insubriam, venetiã, & quidquid in eis prouinciis Romanæ ditionis, sibi subiecit, & tributarium fecit, Buccellinum ad peruadendam Siciliam, & quæ præterea in Italia obfisterent, reliquit, victor cum spoliis in Burgundiam rediit. Buccellinus, Thyreno transfretato, Siciliae magnam partem in potestatem redegit, ex subiugarum gentium spoliis munera, & dona

A. D. N.
l^o xxxi.
A. D. N.
l^o xxxv.

Regnauit
An. xliii.

Aimo lib. II.
cap. xv.
A. D. N.
l^o xxxvii.

A. D. N.
l^o xli.

Procopius
lib. II.
Id. Aimo
cap. xxi
Paul. Aemil.
Hildeberto.
Gillius, &
Titius in
chronicis.
S. g. li. xix
reg. occid.
Parad. in
Annal. Burg.

Celebrauit
etiam confi-
tium Aruer-
nense in quo
adfuit Super-
rius Auen-
te coram epi-
scop. an. 538
8. Nouemb.

amplissima Theodeberto misit. Theodebertus cum se-
mel miraculo; & precibus S. Germani ex letali valetudine
restitutus fuisset, multis gloriosè gestis, Mauroq; (qui pri-
mus discipulorum S. Benedicti in Galliã se transtulit, plura
monasteria condidit, vnde ingens toto Occidente sanctis-
simorum virorum numerus demanauit,) liberaliter, & re-
giè suscepto, & habito, vita extinctus est.

Reg. A. VIII.

THEODEBALDVS AVSTRASIAE. ET
BURGVND. REX. III.

A. D. N.
15 f.

Regnum statim, mortuo patre, adiit. Hunc curis exter-
nis abstinuisse tradit Aemilius. Ad eum sanè Iustinia-
nus Imp. Leontium legatum destinauit, secū aduer-
sus Totilam societatem iniret, & Italia manum cōtineret.
Respondit Theodebaldu sœdere se Gotthico teneri, q̄lo
minùs eius necessitatē amplecteretur: quæ in Italia teneret
non Romanis eripuisse, sed Totilæ. Earum proinde causæ
cognitionem iudicibus permittere paratum esse, deq; ea
re legatos Constantinopolim missurum.

A. D. N.
15 li.

Agathias
Blandus.
Sigonius.
Paradinus.
Leutherius.
primus Alle-
mannia dux
de quo recta
sub Francis
memoria.

Nec multò post, cū Gotthis debellatis, & in Italia sub-
iectis contra Francos arma Narsetem moturum nullum
dubium esset, Leutherum, & Buldinum Allemãniæ duces,
cum eius gentis amplo exercitu, in Italiam misit, qui Insu-
bria, Aemilia, Venetia peruagata, adiunctis Gotthorū re-
liquiis, cū in Campaniã progressi essent, commissio cum
Narfete prælio, victi, & deleti sunt, & quidquid Franci in
Italia habuerant, eadem clade, amissum. Theodebaldu s
paralyti occubuit. Cū non essent liberi Lothariū Suef-
tionum regem magnum patrum heredem nominauit,
qui, paullò post etiam mortuo sine herede Hildeberto
fratre, totius Galliæ, & Burgundiæ Imperio potitus est.

A. D. N.
15 lviii.

LOTHA-

LOTHARIUS FRANCIAE, ET BVRGVNDIAE REX IV.

MUltæ in eo virtutes, sed præter bella externa quæ cum Saxonibus acerrima fuere etiam domesticis adfectus est. Crānus nothus filius fuit qui malè administratæ Aquitanix causâ ad patrem delatus, pro venia quam omnibus votis ab eo expetere debebat, bellum intulit, adiunctis non paucis rebellibus. Belli exitum felicem Lotharius precibus, & iusta Dei vindicta potius quàm copiis, & exercitu habuit. Chranus ex prælio profugus cum se in casam recepisset fortuitam, igne injecto, consumtus est. Rex cum Ecclesias multas locupletasset, præsertim Turonensem, mortē obiit, relictis filiis, quatuor, Heriberto, Parisij, Sigeberto Mediomatrics & Allemanni, Hilperico Sueffiones. Guntranno Aurelianum, & Burgundia accidere. Qua quidem diuisione primi Heluetiæ limites repetiti, Sigeberto Allemanniam & Heluetiæ eam partē quæ ad Vrsam est obtinente, reliqua, siue Burgundiam Minorem Guntranno.

SIGEBERTVS AVSTRASIAE ET ALLEMANNICAE HELV. REX. V.

GVNTRANNVS AVRELIANI. ET BVRGVNDIAE REX. V.

Sigebertus contra Hunnos feliciter pugnauit, qui, tracto Rheno, in Galliã irruperāt. Sed ei adeò cū Hilperico fratre malè cōueniebat, vt quasiuis mutuò se opprimēdi quærerēt occasiones. Guntrānus mediū se præbebat, pacemq; quæ poterat conciliabat, optimus, & sapientissimus princeps. in vno parū cōmēdatus q̄ meretriciis

*Heluetia, Allemannica fuit ab vna
(Sic Ray p. 104)
vnaq; pars con-
stantine, Et
Aimo lib. 3.
cap. I. Burgundia
michi ab
vna vnaq;
manem
Iuram.*

Regnavit
an. xv.
A. D. N.
lo lxx.
Regnavit
an. xxxiii.

A. D. N.
lo lxxvii.

Primus is est
quem inter
Duces Vltra-
iuranos, sine
Burgundia
minoris, re-
perio.

Aimo lib.
III. cap.
VII.
A. D. N.
lxlxix.
A. D. N.
lxlxxvii.

A. D. N.
cl. lxxviii.

A. D. N.
lxlxxviii.

incubare pellecebris, quàm matrimonio legitimo con-
iungi proposuerit. Is Mummolum primò patricium
Burgundiæ, & Heluetiæ præfecit, qui Saxones, ex Italia,
vbi à Theodeberto quondam rege sedes acceperant, in
Burgundiam, & Heluetiam prædabundi descendentes sæ-
pius profligauit, & repulit, postea transitum in Germaniã,
muneribus captus, concessit, quo in itinere, etsi rapinis
temperauerint, ita tamen æris laminis in auri pulcritudi-
nem, & pondus formatis homines illuserant, vt *hac de re
multi mercatores ad inopiam malum se deuolutos serò doluerint.*
Sigebertus Brunechildem Athanagildi Visigothorū re-
gis filiam duxit, de qua postea tot tragica facinora, quot
de ea auctores. Bellum dein secundum cum Hunnis, &
Auaris, qui fœdus ante iuratum neglexerant, gessit, à qui-
bus Franci per incantamenta, phantasmatis inusitata for-
ma, & multitudine comparentibus, in fugam conuersi,
fœdus deniq; nouum cum eadem barbara gente diu du-
raturum percussit, tum in fratrem arma conuertit, qui, dū
ipse in Germania res gerit, Rhemorum eius opidum inua-
serat, cetera vastauerat, quem profligatum, & multis præ-
liis fractum, dum Parisios regiam Hilperici urbem, nobili-
triumpho, vnà cum Brunehilde, vxore inuehitur, per spe-
ctaq; in se ciuium beneuolentia, quàm in fratrem propen-
sore, eum non fortunis solùm sed vita etiam euertere co-
gitat, immixtis à Fredegonde Hilperici coniuge percussori-
bus, cōfossus occubuit. Brunechildis, re cognita, raptim
filium Hildebertum in Austrasiam secretò emisit, quam
ob rem indignatus Hilpericus eam Rhotomagum relega-
uit, mundo muliebri, & omnibus regiis ornamentis spo-
liatam. Austrasij acceptum ex tanto periculo Hildebertum
regem alacres salutarunt.

HILDE-

HILDEBERTVS AVSTRASIAE, ET ALLE-
MANNIAE REX. VI.

GUntrannus, interfecto quoq; per Fredegondis vxoris infidias Hilperico quem Neronem, & Herodem sui temporis vocauit, ea tempestate, degens Gregorius Turoni Episcopus, tutor Lotharij Hilperici filij, datus, regni Franciæ administrationem suscepit, & ne Hildebertus Austrasius aliquid contra moliretur, eum, cum liberis careret, heredem, & successorē nuncupauit. Post Mummolū Patricium, dux Burgundiæ Minoris siue Ultraiuranus constitutus Theodesfredus Longobardi eodem tempore in Burgundiam, & Heluetiam, superatis pœninis Alpibus, delapsi prædas fecerūt, quos Theodesfridus persecutus, nō solum Heluetia expulit, sed etiam, adiunctis Hildeberti copiis, quem Mauricius Imperator contra eandem gentem, iam antè multis premiis, & promissis sollicitauerat, pænè Insubria deiecit, paucis in arces, & munitiora loca receptis. Theodesfrido successor in Minori Burgūdia, siue Heluetia Vadelmarus. Aliquot post annis decessit Guntrānus Rex, multa sanctitatis fama. Geneuensem Ecclesiam iam antè à Burgundis regibus auctam, locupletauit, Maurianensem condidit omnibus verò Ecclesiis, & monasteriis liberalem se & pium ostendit. Multa sub eo fuerunt cœlo, terraq; miracula & portenta, eorum temporum insignia, quibus nihil tristius, nihil abominabilius, siue reges siue regum principes, & duces consideres, nulla vmquam memoria protulit. De quibus Gregorius eorum temporum scriptor, & oculatus testis, Aimo, alij pleriq;

HILDEBERTVS AVSTRASIAE, ALLEMAN-
NIAE, ET BVRG. REX VI.

Vtriusq; regni principium fuit, contra Fredegondem.

Lib. v. hist.
Franc.
A. D. N.
lo lxxxviii

Theodesfridus
II Dux.
Ultraiuranus.

Vadelmarus
III. Dux
Heluetiæ.
A. D. N.
lo xcviij.
Aimo lib.
III. c. lxxxix.
c. lxxxix.

Lib. III IV.
V. lib. III.

Regnauit
solus an. IV.

A. D. N.
l^o lxxxix
viii.

A. D. N.
l^o xcix.
Anno li III.
cap. lxxx
iii.

Bellitæ
Bilitioni
antiquitas
inde.

Hildeberti
gesta in Ita-
lia.

Idem lib.
eod. c^o lxxvii

A. D. N.
l^o c.

& Lotharium eius filium, bellum, non iam patris, sed etiã patruī vltor, Gundoaldo, & Vintrione ducibus. Apud Sueffiones ingenti prælio profligatur, amissis xx. millibus fortissimorum militum, quo in prælio non foeminam Fredegonda, sed Strenuissimi cuiusq; ducis partes impleuit, In prima enim acie consistendo, monendo rogando, promittendo, & vltimo filiolum ab vberibus raptū ostentando, & ne eius salutem proderent, omnibus precibus contendendo, euicit, vt sub Landerico, reginæ adultero, Franci animati victoriam reportarent, Austrasiumq; pellerent, Nec sic tamen animimum posuit Hildebertus, consilium, armaq; mutauit &, Francia relicta, in Italiam rursus conculit, ducibus ex tota nobilitate xx. electis, inter quos Andealdus & Olo, & Cedinus principes. Primo impetu Langobardes qui Alpiū claustra obsederant, deiecit, Bilitio- noq; castro expulit, vbi tamen Olonemiaculo traiectum amisit: inde Mediolanum profectus, prope urbem castra posuit, quo in loco, cū frustra Græci Imperatoris auxilia, & promissa expectasset, oppugnandis quæ resistere videbantur animum adplicauit, Insubriam totam, Ticino excepto, vbi se Langobardorum rex clauserat, in potestatem redegit. In Tridentino agro castella plura euertit, prædam ingentem fecit, totam haut dubiè Langobardorum gentem subactus nisi per anni tempus, resolutis visceribus magna pars exercitus deperisset, qua Strage Italia post tertium mensem redire in Burgundiam coactus est. Leutherio in Ducatu Allemannia successit Leudefridus, sed coniurationis idem compertus, cū effugisset, suffectus est Vncelinus. Hildebertus, vnà cum vxore eadem die m, lecto mortuus repertus est non sine veneni suspitione, & fraude Brunehildis auix anno atatis xxv. reliquit filios duos

duos Theodebertum & Theodoricum. Illi regnum paternum siue Aufrasia: huic regnum Guatranni, siue Burgundia euenere.

THEODEBERTVS AVSTRASIAE, ET ALLEMANN. REX. VIII.

THEODORICVS BVRGVNDIAE, REX. VIII.

IN eos Fredegonda superiorum annorum victoria ferocior, non solum ipsa exercitum duxit, sed etiã Hunnos, & Auaros concitauit. Et hos quidem Brunehildis pecunia pacauit: inter vtrumq; verò Francorum exercitum cædes, & occisio ingens facta, victi Aufrasiani: Burgundia Cisararica recepta. Mox, defuncta Fredegonda, Theodebertus, & Theodoricus fratres in Lotharium instinctu Brunehildis, & memoria superiorum cladum exercitum contulere, tantaq; strage Clotarianos adfecerunt, vt, xxx. millibus amissis, pacis quas vellēt condiciones Lotharius accipere sit coactus, quas proinde seruare non potuit, aut noluit. Eodem anno in lacu Dunensi in quem Arula flumē infuit aqua feruens adeo ebulliuit vt multitudinem piscium decoctam ad litus proiceret.

His ita constitutis, Brunehildis, insita crudelitate, siue quia feminæ imperium haut perinde gratum habere videbantur, præcipuos Theodeberti principes Quintrionem, Calenum, Gillium, alios magni nominis interficendos curauit, quã ob rem in omniũ odium incurrit, adeo, vt Aufrasia à nepote, de voluntate procerum, pulsa sit quæ proinde ad Theodoricum profecta alterum nepotem instigare non cessauit, dum fratrem bello inuaderet. Eiusdem fauore Prothadius Dux Ultraianus

Episcopum
vt antè n
tatumus,
Vindomissa
Constantiã
transiit.

A. D. N.
15 ci.

A. D. N.
15 ciu.

Aimo lib.
III. cap. lx
xxvi.

N
probo
Thur
par

hic nepo:
ses i
qui a filio
suo puer:
erunt.

Prothadius

iv. Dux VI-

trairanus.

Aimo lib.

III. ca. xci.

A. D. N.

l^o cx.

A. D. N.

l^o cxii.

A. D. N.

l^o cxiv.

S. Colum-

banus in Gal-

liam profec-

tus.

A. D. N.

l^o cxv.

Eifas &

Suntgau.

Aimo eod.

lib. cap.

xcvi.

Cap. xcvii.

vi alias di-

ctum.

Burgundiam

Minorem.

A. D. N.

l^o cxvii.

Tuloni

post Vandemarum constitutus ob stupri scilicet quā habere dicebatur consuetudinem. Belli inter fratres finis morte Prothadij, qui non minū lacessebat, fuit. Eum Vncelinus Allemanniæ dux cum aliis regni primoribus fraude interemit. Theodoricus paratas contra fratrem copias in Lotharium, Stampis res novas molientem, conuertit, maioremque, quam antea cladem attulit. Eodem tempore D. Columbanus cum aliquot discipulis ex Hibernia in Galliam transit, primoque in regno Theodeberti aliquamdiu egit, post in regnum Theodorici se contulit. Mox ad arma recurrere fratres, nihil omittente Brunehilde quod inter eos discordiam concire posset, conuenere in Alsatia exercitus. Sed cum Theodebertum se fortiorem videret Theodoricus, adnitentibus etiam vtriusque regni primoribus in quas frater voluit condiciones conuenit. Eæ fuerunt vt *Alisatio, & Sugitensi comitatibus*, quæ regni Burgundiæ partes fuerant, decederet, tum etiam Turonensi, & Campanensi abstineret. Huius belli cladem tamen non minimam experta Heluetia, qua de re Aimo. *His diebus Allemanni Veneticorum fines ingressi* (Venetes populi ad lacum Acromi inferiorem, qui etiã Venetus) *Vltra iuranos, Cambaleno, & Herpino ducibus, sibi obsistere conatos acie superant, ac usque ad refugia montium persecuti, prosternunt, Dehinc, nullo inquietante, Iuranum saltum peruagantur, cadibus, ac incendiis cuncta, per qua transibant replentes, captiuosque, quam plurimis abductis, cum spoliis, & ingenti prada redierunt ad propria.* Ea præcipua causa fuit cur pacta conuenta inter fratres parū constarent, Nam huius iniuriæ memor Theodoricus in fratrem haut multo post mouit, obuiumque in agro Tulensi factum profligauit, secundoque apud Tolbiacum prælio profugum, sed auxilio Saxonum nouo, vi-

ctorem

ctorem fratris exercitum expectare ausum vicit, & fudit, qui cum se Coloniam recepisset, à ciuibus perfidiosè interfectus est. Theodoricus eius regno potitus, cuius filia excellentis pulchritudinis (filios Theodeberti tres Brunechildis plusquam auito odio, crudeliter interfecerat) cum sibi copulare vellet, reprehenderet, & improbaret Brunechildis, dissentio eam ob rem suborta esset, nota, & vsitata auaræ arte, porrecto in poculum veneno, Theodoricus pariter è medio sublatus est. Brunechildis, his patrat, Sigebertum Theodorici filium nothum regem substituere conata frustra fuit, omnibus crudelitate, & superbia intolerabilis. Itaque cum præcipui Austrasiæ ad Lotharium genuina, legitimaq; Francorum stirpe solum superstitem defecissent, Varnarius etiam dux in eandem sententiam plerosque Burgundiæ proceres traduxisset, denique Brunechildis cum Theodorici liberis Lothario prodita est. Abducta etiam per Etponem regalium equorum præpositum Theudelina, alij Theudelindam vocant, Theodorici soror ex villa regia Vrba Ducatus Vltraiurani. Liberi, recepto Meroueo, & Hildeberto qui fuga euasit, Sigebertus, & Corbus interfecti. Brunechildis caudæ equi alligata, & rapta tot scelerum, & crudelitatum, si vera sunt quæ Scriptores de ea pleriq; tradiderunt, pœnas exsoluit. Lotharius solus totius Galliæ, Allemanniæ, Burgundiæ monarcha.

LOTARIUS FRANCIÆ ALLEMANN.
 BVRGVND. REX VIII. *et monarcha*

IS subito Varnarium, cuius instantia regnum Burgundiæ fuerat adeptus, maiorem domus in eo constituit regno, dato ei sacramento, ne illo quo viueret tempore successorè acciperet. Austrasiis verò Rhadonem quemdam probabilis vitæ virum

A. D. N.
 10 CXVIII.

Anno lib.
 IV. C. I.

Orbach.
 Friburg.
 vnd Bern.

Imperauit
 solus an. XIV.

Anno lib.
 eod. cap. VI.

Erpo V. Dux
Transimra-
nus.

Arnobertus
VI Dux,
Vltrainra-
nus.

A. D. N.
h cxxx.
Eod. lib.
cap. xv.

h cxxxl.

Regnavit
an. xiv.
Eod. lib. cap.
xix.
Dagoberti
laus.

eodem honoris gradu donatum prefecit. Vltraiuranis quoq; Erponem genere Francum patricium instituit. Qui dum quæ pacis sunt diligeret malorum deprimens nugacitatem ab ipsis Pagensibus instinctu Alethei patricij, & Leudemundi Episcopi Sedunensis interfectus est, quem Episcopum coniurationis contra se manifestum Lotharius, commemorabili exemplo, non alia pœna adfecit, quàm ne ex diœcesi pedem efferre liceret. Aletheus damnatus capitis. Erat is ex regia Burgundorum stirpe, proindeq; ad imperata perucacior. Erponi successit in Heluetia Arnobertus dux, Varnario verò defuncto cum Lotarius Burgundiæ vtriusq; proceres Trevis conuocasset, vt quem sibi Rectorem præfici vellēt, scrutaretur. Illis, inquit Aimō, dicentibus nullius præter Dei & regis se velle pati dominium: rex gratanter verba eorum suscipiens, desiderio quoq; satisfecit. Itaq; omnis Burgundia nullis aliis gubernatoribus subiecta, solum regem cui obediret deinceps habuit, nec viuo Lotario, præsidē alium agnuit. Sed non multò post decessit magnum suis desiderium relinquens, fuit laborum patientissimus, literis eruditus, timoris Dei plenus, pauperibus necessaria tribuens, Ecclesiarum Domini, atq; Sacerdotū utilitati consulens. Successit Dagobertus filius, quem antea Austrasiæ, Elsatix, & Allemanniæ præfecerat sub Arnulpho Metensium Episcopo, & Pipino ductoribus.

DAGOBERTVS FRANC. ALLEMANN.
BURGVND. REX IX.

Hic ob sua credo merita Magnus, qui vt primum regnum paternum adiit, in Burgundiam ea propositi intentione profectus est, vt oppressis & calumniis sustentibus iustitiam exercendo subveniret. Ex cuius aduentu
fiducia

fiducia bonis, maximeq; pauperibus orta: Seditiosos vero atq; rapinis intentos formido grauis inceserat, & quaedam mentiu consernatio. Ad eò strenuus & efficax in administrando apparebat regno, ut circumposita nationes eius vererentur nomen, suaq; auxilia in subiiciendis exteris sponderent gentibus fide promissima. Iudæos qui Christum profiteri nollent omnib. suis prouinciis expulit. Saracenos in Hispania, missa in eos Burgundiæ nobilitate, debellauit, Vascones eodem milite Burgundo, compescuit. Nec vilis regum fuit qui Burgundis maiorem honorem habuerit, aut eorum opera pluries usus sit. Sigebertū ex Ragnerrude cōcubina cōceptū Austrasiæ, Allemanniæq; præfecit, ut contra Sclauos idololatrias prouincias tueretur. Primus fuit regum qui ex regni, & coronæ patrimonio Ecclesias, & Episcopatus locupletauit, multisq; præclarè gestis profluuiū vita egressus est. Reliquit cum iā memorato Sigeberto, Clodouē ex Nantilde regina legitimū, cui regnum Franciæ tradidit.

A. D. N.
15 cxxxix.

A. D. N.
15 cxi.

CLODOVEVS II. QVI ET HLVDOVICVS
PRIMVS FRANCIÆ, ET BVRGVNDIÆ
REX. X.

Regnavit
an. xvii.

SIGEBERTVS AVSRASIAE ET ALLE-
MANNIÆ REX. X.

Regnavit
an. x.

Burgundiæ Palatio præfectus Flaucatus qui prouinciā strenuè & iustè administrare aggressus, Vilibaldum Ultraiuranum patricium habuit aduersarium, qui generis nobilitate, & opum affluentiā sese extollens despectui ducebat illi subiecti, aut eius parere præcepit. Eum cum ad nouū regē Cabillonem euocasset Flaucatus, accessit, inuidioso comitatu, vbi etiā in insidiis periisset, nisi Amalberti fratris insignis opera fuisset. Sed cum secundo literis Clodouei ipsius regis Augustodunum veniret, mandata accepisset.

Aimo lib.
eodem cap.
xxxix.

A. D. N.
10 clv.

A. D. N.
10 clvi.

A. D. N.
10 clxii.

Regnavit
an. xvi.

Regnavit
an. xxxi.

*Connestable
et maire
du palais*

A. D. N.
10 clxvi.

in itinere, immissa per Flaucatum manu tandem Vilibaldus interemptus est. Nec multo post periit etiam febre Flaucatus. Sigebertus moriens reliquit filium Dagobertum sub tutela Grimoaldi, Pipini quondam filij Austrasie Palatii praefecti. Is puerum perfidiosè trusum in Scotiam relegavit, & filium Hildebertum regem Austrasie salutavit. Quod non ferendum ratus Clodoveus contra eum Erchembaldum, alij Erchinwaldum vocarunt, M. Eq. misit qui & Hildebertum praelio interfecit, & Grimoaldum vinculis perpetuis Parisiis inclusit. Hilpericus Clodovei filiorum medius Austrasie rex datus. Clodoveus reliquit filios tres Lotarium qui Franciam, Hilpericum qui, quam tenebat Austrasiam & Allemanniam, & Theodoricum, qui Burgundiam sortiti sunt.

HILPERICVS AVSTRASIAE ET ALLEMANNIAE REX XI.
THEODORICVS BVRGVNDIAE REX XI.

LOthario Franciae regi Erchembaldum Ebroinus M. Equit. siue Palatio praefectus quorundam factionibus, substitutus est. Is, mortuo post quartum annum rege, in eius locum Theodoricum fratrem, licet Hilpericus aetate praecederet, per vim Franciae regem nominavit. Non enim dubitabat, quin si Hilpericus in regnum induceretur ipse Magisterio excideret, & in suum locum collocaretur Vshoaldus, qui apud Austrasios in eadem dignitate agitabat. Sed, ut Theodoricus luxu, & saevitia eodem prope quo adiit regnum tempore, pulsus, & monasterio D. Dionysij inclusus est: ita etiam Ebroinus Luxovium relegatus est, & Hilpericus rex Austrasie, in Franciam vocatus est.

HIL-

HILPERICVS FRANCIÆ, AVSTRAS.
BVRG. REX XII

Lenis an leuis quidquid fuit temporis consumpsit, nulla potiore cura: extremo moribus ad crudelitatem pro- pensioribus. Vnde odium, & eius cædes, Bodillone auctore, quem virum insignem, & nobilem flagris cæden- dum palo colligarat quondam, frustra contra tendentibus, & conclamantibus regni principibus. Theodoricus ex monasterio ad coronam resumtus. Sed cui M. Equitum Leudesius Erchembaldi filius adiunctus, auctoritate maxi- me, & suffragio S. Leodegarij Augustoduni Episcopi, & eius fratris Gerini.

A. D. N.
lclxxxix.

A. D. N.
lclxxx.

THEODORICVS FRANCIÆ, AVSTRAS.
BVRGVNDIÆ REX. XIII.

Ebroinus, tempore captato, dum Leudesianorum fa- uor deseruiceret, Luxouio erumpens, facta coniu- ratorum manu, vires resumpsit, insidiatores suos op- pressit, super Theodoricum regem irruit, thesauros eius, & Ecclesiarum diripuit, Leudesium M. Eq. interemit, Clo- doueum quendam Lotarij fingens filium in regem extulit, ad eius sacramentum quos potuit pœnis, minis, blan- dimentiis impulit. Leodegarium Episcopum in vincula con- iecit, Gerinum eius fratrem lapidibus obruit. Postea in gra- tiam cum Theodorico rediit. Synodum coegit, in ea Epi- scopos multos sede priuauit, alios irreuocabili exilio dâ- nauit, S. Leodegarium demum post famem, & triennalis carceris squalorem, post oculorum euulsionem, post plan- tarum concisionem, post labiorum, & linguæ deminutio- nem, capite auulso, vita priuauit. Inde in Pipinum Crassum qui Vthoaldo M. Eq. in Austrasia successerat, & Martinum qui Allemanniam dux regebat, arma conuertit, eosque in

A. D. N.
lclxxxii.

A. D. N.
lclxxxv.
S. Leodega-
rij marty-
rium.

S. Leodegarij
martyris
2. g. ore.
à la vichest.

A. D. N.
lclxxxvii.

A. D. N.
15 clxxx
vii.

A. D. N.
15 cxcj.
Pipini gesta.

A. D. N.
15 cxciii.

Regum
Francie de-
generatio
prima.

In principio
sue hist.

agro Laudunensi fudit, & fugauit. Martinū ad se vocatum in colloquio contra fidem etiam interemit, nec ipse multo post tot scelerum pendens pœnas ab Ermenfrido noctu in lecto confossus est. Illi Bercarius successit. Sed eo primò à Pipino victo, tum à suis interfecto, vtriusq; regni Pipinus Magister nominatus. Is non solū Franciā bellis ciuilibus adflictam, & superiorum Magistrorum Eq. ambitu in multas partes diuisam restituit, & coniunxit, sed barbaras etiam nationes temporum licentia insolentiores, Saxonas præcipuè, & Sueuos, Bauarosq; multis præliis attriuit, Franciamq; florentem domi, foris formidabilem effecit. Theodorico mortuo successit Clodoueus III. filius quatuor annorum rex, tum Hildebertus frater septendecim: postea Dagobertus II filius, qui annos IV. regnauit, cui Hilpericus II. successit qui V. & Theodoricus qui XV. postremo Hilpericus stupidus vltimus Merouingorū. Sed hæc eadem regni vocabula: omni vi dominandi in Magistris Equitum sita. Ad id fastigium conscenderant regibus secordiæ, Luxuriæque sese mancipantibus, ac illa magni Clodouei indole exolescente, quantum primi regum gloria & finium propagatione ducebantur, tantum his vltimis in curarum remissione & voluptatum illecebris felicitatis consistere arbitrantibus. Qua de re ita Eginhardus Caroli Magni Notarius Gens Merouingorum, de qua Franci reges creare sibi soliti erant, vsq; ad Hilpericum regem, qui iussu Stephani Rom. Pontif. depositus, & detonsus in monasterium detrusus est durasse putatur. Quæ licet finita illo videri possit, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quidquam in se clarum præter inane regis vocabulum præferbat. Nam & opes, & potentia regni penes Præfectos Palatii, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos summa Imperij pertinebat,

nebat, tenebantur. Nec regni aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, folio residens, speciem dominantis effingeret. Legatos unde cunctis venientes audiret, eisq; abeuntibus, responsa, quae erat edoctus, vel etiam iussus, ex sua veluti potestate, redderet. Cum praefer inutile regis nomē, & precarium viā stipendium, quod ei Praefectus aula, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud propriū possidebat, quam unam & eam perparui redditus villam, in qua domum, ex qua famulos sibi necessaria subministrātes, atq; obsequium exhibētes pauca numerositatis habebat. Quocumq; eundem erat carpento ibat, quod, bobus iunctis, & bulbulco, rustico more, agente, traheretur: Sic ad placitum, sic ad publicum populi sui conuentū quod annuatim ob regni sui utilitatem, Kal. Mai. celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni administrationem, & omnia, quae vel domi, vel foris agenda, ac disponenda erant Praefectus aula procurabat. Hactenus Eginhardus. Zachariae demum Romani Pōtificis, tum Stephani auctoritate, & consensu Hilperico, ut ante dictū, relegato, Pipinus cognomento Brevis, Caroli Martelli filius regnū Franciā, adeoq; omnium prouinciarum quae illud attingere poterant occupauit, feliciterq; ad postereros transmisit.

PIPINVS BREVIS. PRIMVS SVAE GENTIS
FRANCIAE. ALLEMANN. BVRGVNDIAE
REX.

Pipinus non solum in Heluetia saepius egit, sed praecipue vxor eius regina Vertrada, cuius Salodori, Constantiae, & in Valle magna benignitatis & munificentiae argumenta. Sub eo nobilissimi Heluetiorum Varius Comes S. Montis & frater eius Ruthardus Comes

Plat.
sive forum.

A. D. N.
13 ccli.

It Meroueo
huc regnat
300. anni

Regnavit
an. xviii.

vt quidam putant, Kiburgi, tùm Theodinus comes in minore Burgundia. Ei successit

Regnavit
an. XLVI.

CAROLVS MAGNVS FRANC. ALLEMANN.
BVRGVND. REX. II. ET ROMANOR.
IMPERATOR. PRIMVS.

A. D. N.
15 cclxix.

Eius fortia, & præclara facta. Magni cognomen additum satis demonstrant, & plena sunt volumina. Eius in Heluetia tot monimera quot propè Collegia, aut monasteria, post eum Imperavit. filius.

Imperavit
an. XXVI.
A. D. N.
15 cccclv.

LVDOVICVS PIVS FRANC. ALLEMANN.
BVRGVND. REX. III. ROMAN. IMP. II.

A. D. N.
15 ccccxxxix.

Sub eo Saraceni Romam vastarunt, Italiamq; totam scade & incendiis & rapinis exhauerunt, contra eos Guido Pusterla nobilis Mediolanensis quem Carolus M. primum Italiae marchionem fecerat, aliquot Heluetiorum cohortes duxit, qui rem feliciter gesserunt. Reliquit filios tres Lotharium, Ludovicum, & Carolum. Illi post multas contentiones, præliumq; illud Fontaniacum, vbi Francia vires ita contritas ferunt, vt nunquã amplius euiguerint, & integritatem suã reparare potuerint, ita cõuenerunt, vt Lotharius quidem Italiam, Prouinciam, Allobroges, Burgundiam Cisararicam, & Minorem, siue Heluetiam ad Vrsam, si. tùm Lotharingiam, quæ tùm prima hoc à suo rege nomen obtinuit, & Imperium: Ludovicus Germaniam, Allemanniam, Bauariam, Elsatiam, & eam Heluetiæ partē quæ ab Oriente ad Vrsam porrigitur: Carolus demum, qui Caluus nominatus, Franciam quæ Mosam, & Oceanum Britannicum terminos haberet. Ludouici, & Lotharij, quantum ad Heluetiam, ita se diuisionem & regnum habuisse, ex illis quæ Collegio Lucernensi se-

Rerum, &
regnum
diu. sio.

cerunt

cerunt Instrumentis perspectum est. Quibus Ludouicus quidem, quæ versus Albin montem Turego incumbentem eidem Collegio confirmat, contra Lotarius alia ad Emmatū fl. sita, muneri donat. Ingressitur verò Emmatus paullò infra Euceriam flumen Vrsam.

LOTARIUS ITALIAE, LOTARINGIAE,
BURGVNDIAE REX IV. IMP. III.

Regnavit
an. XV.

LVDOVICVS GERMANIAE ALLEMAN.
R. E X. LV.

Regnavit
an XXXVI.

Lotarius, quamdiu quidem voluit, feliciter defunctus est; sed siue præteritorum recordatione, quæ primò, in patrè Ludouicum, tum fratres mouerat, siue rerū humanarum radio, aut despectu cum inter filios regna diuisisset, Ludouico Italiam & Imperij titulum: Lothario Lotharingiam, & Burgundiam Minorem, & Cisararicam: Carolo demum Prouinciam Allobroges, Lugdunenses, adsignasset; monachū professus est. Nec Carolo vita diuurna fuit, fratres sine contentione eius regnum diuisere.

A. D. N.
Is ccciv.

LOTARIUS II. LOTARINGIAE, ET
BURGVND. REX. V.

Regnavit
an. XIV.

Hunc sua libido perdidit. Cum enim Thietburgam nobilis in Burgundia Comitissæ filiam uxorem duxisset Hugberti Abbatis sororem, quo etiam nomine eum Burgundia Minori, siue Heluetia præfecit, multa causatus, & verò etiam adulterij falsis, & corruptis testibus accusatam, à se dimisit: diuortium probantibus Guntaro Agrippinensi, & Tetgaudo Treuerorum Episcopis, Valdradamq; florentem ætate, & forma puellam sibi collocauit. Nec monitus licet à Summo Pontifice, amen-

A. D. N.
Is ccclix.

Rhegino chr.

A. D. N.
15 ccclxx.

*Anno sine
quis alius
continuatur
lib. v. c. xxv.*

A. D. N.
15 ccclxxv.

A. D. N.
15 cccclxxvi

tia, & furore abstinuit. Quapropter non solum Pontifex Episcopos qui connubium diremissent dignitate deiecit, sed etiam ipsum regem comunione piorum exclusit. Qui cum demum ductus poenitentia facti ad eius iram deprecandam in Italia descendisset, Romamque profectus esset, in reditu morte absumptus est Placentiae. Ad Lotarij regna extemplo Caluus oculos, animumque adiecit. Sed ne eodem tempore duos Ludouicos inimicos pararet, Ludouicum nepotem Imp. & Ludouicum Germaniae regem fratrem, vnum sibi deuinciendum existimauit. Itaque fratre in parte regni adsumto, quam petierat Lotharingiam, Burgundiamque Minorem vltro concessit, cetera, ut Prouinciam, & praecipue Lugdunenses, Araricamque prouinciam sibi vsurpauit, frustra contra pugnantibus Ludouici Imp. & eius nomine Romani Pontificis legatis. Et sane Ludouicus Germanus ad eorum mandata procliuior, & quidquid Lotarij regni habebat, remisit. Caluus, ut ad omnia peruicacior, ita praecipue Nortmannicum tumultum pro causa, cur Imperatoris mandatis indulgere non posset, habuit. Interea vita egressus est Ludouicus Imp. quam occasione etiam Caluus arripuit restituendi in Fracia Romani Imperij. Magnis igitur itineribus Italiam ingressus, frustra obnitentibus, & Alpes cum armata manu insidentibus Ludouici Germanici filiis Carolo, & Carolomanno, Romae a Ioanne Papa Imperator coronatus est Kalendis Ianuarij. Ex Italia rediens primo Bosonem Iudithae vxoris fratrem, Insubriae ducem constituit, tum ut Imperatoriae maiestatis, & in reges reliquos potestatis argumentum daret, eundem Prouinciae regem nominauit. Obierat eodem tempore Francofurti Ludouicus Germaniae rex. V. Kal. Septemb. relictis filiis Ludouico, Carolo, & Carolomanno. Eo sibi magis enitendum

ratus

ratus Caluus, subito in fratres, pro diuisione paternæ hereditatis nondum satis concordēs, exercitum duxit. Sed à Ludouico filio ita acceptus est, vt vix fuga, omnib. impedimentis amissis, effugerit, Nonis Octob. Sequenti anno, eodē quoq; die, febrī, aut Sedechiæ medici dolo, dum in Italiā molitur iter, mortuus est. Primus fuit regū Franciæ qui Comitibus suis, & militib. Abbatias, & Ecclesiasticas res per ambitum diuisit. Reliquit filiū Ludouicū, cognomine Balbū, quē Ioannes Pontifex Imperatorē coronauit. Sed is paullò extra biennium vitam extraxit. In Germania verò Ludouicus rex, itemq; Carolomannus fratres, eodē propè tempore obiēre, ille neminem; hic Arnolphum filium nothum reliquit, qui postea Imperauit. Carolus proinde, Crassus vulgò, à corporis forma dictus fratrū tertius, cum multus Italarum, Francorumque, & Germanorum fauor in eum iam multò antè exitisset, Romā profectus, Imperij coronam ab eodem Ioanne VII. accepit, rara vnus pontificis fortuna tres Romanorum Imperatores intra annos quatuor coronantis.

*CAROLVS CRASSVS GERMAN. ALLE-
MANN. AVSTRAS. ET BVRGVND. MI-
NOR. REX V. IMP. R. S. A.*

Primus hic fuit, qui Imperiū Romanū in Germaniam trāstulit, stabiliuitq; quiq; post Carolū Magnū nō solū Germaniæ, sed totius ad eò Galliæ regimini præfuit, Multa in eo virtutes, & manu nō impiger habebatur. Sed postea animo, tum etiam vita defecit, & cum eo Carolinorum, Francorumq; vigor pariter extinctus est, adeò prisca illa, & ingenita virtus per dissensiones, & ambitus, veluti per partes dissoluta, & infracta vix parti moderandæ par esse potuit, donec vtrumque Imperium, quod Franci

A. D. N.

lo cccclxx

vii.

Aimo li. V.

cap. xxx.

A. D. N.

lo cccclxx

viii.

A. D. N.

lo cccclxxx.

Regnavit

an. viii.

Cum Ca-

rolo Crasso

Carolinorū,

Francorumq;

vigor genui-

nus exstin-

ctus.

hactenus fortiter adseruerant in alias familias: hoc quidē ad Gallos Capetos, illud ad Germanos, Saxones Francos, Sueuos; Bauaros deinceps deuolueretur, dum apud Habsburgios. Heluetios, & Austriacos inde progenitos tamquam in portu consisteret. Præclarè & de Crasso & super hac re Regino abbas, horum temporum Scriptor egregius. *Carolus*, inquit, *Imper. tertius huius nominis, & dignitatis obiit pridie Idus Ian. sepultusq; est in Augia monasterio, vulgo Richenau, in lacu veneto. Fuit verò hic Christianissimus Princeps, Deum timens, & mandata eius ex toto corde custodiens. Ecclesiasticis sanctionibus deuotissimè parens, in elemosinis largus, orationi, & psalmodiarum melodiis indefinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter incitatus, omnem spem suam, & consilium diuina dispensationi committens. Vnde & ei omnia felici successu concurrebant in bonum, ita ut omnia regna Francorum, qua prædecessores sui, non sine sanguinis effusione, cum magno labore, acquisierant, ipse per facile in breui temporum spatio, sine consuetu, nullo contradicente, possidenda perceperit. Quòd autem circa finem vita, dignitatibus nudatus bonisq; omnibus spoliatus est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod maius est, ad probationem. Si quidem hanc, ut ferunt, patientissimè tolerauit in aduersis, sicuti in prosperis gratiarum vota persoluens, & idè coronam vitam, quam repromissit DEVS diligentibus se, aut iam accepit, aut absq; dubio accepturus est. Post cuius mortem regna qua eius diuioni paruerant, veluti legitimo herede defuncta, in partes à sua compage resoluuntur, etiam non naturalem domusnum præstolantur, sed unum quodq; de suis visceribus regem sibi creari disponit. Qua causa magnos bellorum motus excitauit, non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine, & sapientia regnis Imperare possent, sed quia inter*

ipso

Lib. II. chr.
A. D. N.
15 cccxxx
viii.
Sepulturam
suam Zurich
chy elegerat,
sed morte
subita præ-
uentus est.

Substituto
Arnolpho
ex fratre ne-
pote Imp.
biennio an-
tequam ob-
iret, cum per
animi impo-
tenciam præ-
esse videri non
posse vide-
retur.

Carolina stirps à pipino Breui regnavit circiter annos 130.

ipfos aequalitas generositatis, dignitatis, ac potentiae discordiam augebant, nemine ceteros tantum praecellente, ut eius dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos emulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

Notabilis
sententia.

*Burgundiae regnum à quo, quomodo, & quando restitutum,
Regesq; Burgundiae qui praecipue in Heluetia im-
perarunt: Ducum Sabaudiae
origo.*

C A P. XIII.



Vlla propè quaestio implicatior, quàm qua de vltimis Burgundionum regibus, adeò numerus, origo, gesta pleraq; parum manifesta sunt. Neq; tamen duos tantum Rudolphos, vt Paradinus, & alij, constitutam, aut ad senarium eos numerum cum Lazio producam. Nam cum supra centum triginta annos, Sigeberto auctore, regnarint, credibile est plures fuisse, quàm duos: & si, quos ponit Rudolphos sex Lazius, adcuratius perspexeris, in duos aut tres tantum conuenire reperies. Rudolphum primum, vocatum qui primus eam quae inter Iurassum est, & montem Iouis, quem nunc S. Bernardi vocamus, prouinciam, siue Heluetiam occupauit, omnium sententia est. Qui cum se apud D. Mauritij coronandum curasset, regem se Burgundiae nominauit, eamq; fortiter contra Arnolphum Imp. & eius filium Zundibaldum defendit, & tenuit.

Lib. I. annal.
Burg.
Lib. XI. mi-
gra. In chr.

Rudolph.

RVDOLPHVS. I. BVRGVNDIAE REX.
VLTIMAE GENTIS.

De hoc ita Regino, cum Caroli Grassi mortem, vt su

Regnauit
an. XXIII.
A. D. N.
12 ccc lxxx
viii.

Lotharingiã,
 Elsatiam
 Heluetiam,
 Burgundiam
 & Prouin-
 ciam conti-
 nebat.
 His autem
 bellis quoties
 Heluetia
 vastata sit
 quibus ac-
 cipit.
 A. D. N.
 lcccxciv.

Rudolphij
 origo

A. D. N.
 lcccclv.

prà recensuimus, notasset. Per idem tempus Rudolphus Cunradi, nepos Hugonis abbatis, de quo supra meminimus prouinciam inter Iuram & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauritium, acciis secum quibusdam primoribus, & nonnullis sacerdotibus coronam sibi imposuit, regemq; se adpellari iussit. Post hæc mittit legatos per uniuersum regnum Lotharij, & suasionibus, pollicitationibusq; Episcoporu, & nobiliu virorum metes in sui fauore demulcet. Quod cū nunciatū esset Arnulpho illicò cū exercitu super cū irruit. Ille per artificissima itinera fuga dilapsus in tutissimis rupiu locis, salutis presidū quaesuit, omnibusq; dieb. vite sue. Arnulphus & Zundibaldus filius eius eundem Rudolphum persecuti sunt, nec tamen eū ledere potuerunt. Quia, ut supra expressum est, loca inaccessibilia, quæ semitis tantum peruia sunt, insequentium confertas acies procul ab ingressu repellebat. Postea, Arnulphus cum valido exercitu Langobardoru terminos intrauit, &c. Peruenit autem usq; Placentiã. Inde conuersus est per Alpes Penninas, Galliam intrauit, & Sanctum usq; Mauritiu peruenit, Rudolpho, quæ querebat, nocere non potuit, quia montana conscendens, in tutissimis locis se absconderat. Regionem inter Iuram, & montem Iouis exercitus grauiter attriuit. Hæc super Rudolpho qui primus, ut diximus, suæ gentis, Burgundiorum regnū post tot secula reparauit. Quis verò Conradus ille fuerit Rudolphi pater, parum, ut cetera, certum. Arbitror fuisse eum qui Hugbertum abbatem interfecit. Huius Hugberti, sororem Thietbergam Lotarius Austrasiæ, & Burgundiæ rex Lotarij Imp. Filius matrimonio sibi adiunxerat, ut etiã supra notauimus, eaq; ad finitatem Ducatum illi Transiuranum, siue quidquid inter Alpes & Iuram Heluetiæ est concesserat. Regino. Lotarius Hugberio abbati inter Iuram, & montem Iouis commisit, eò quòd tunc fidelissimus putaretur,

ut potè

ut potè ad similitudinem coniunctus propter sororem Thietbergam. Vbi verò eandem Thietbergam uxorem legitimam Valdradæ pellicis infano amore cæcus Lotarius, repudiasset, grauesq; propterea pœnas pertulisset, Hugbertus sororis iniurias viturus etiam rebellauit, Lotarij regnum vastauit, eius ministros expulit, donec tandem à Cunrado Comite obtruncaretur. Idem Rhegino. *Hac tempestate Hugbertus abbas, frater Thietbergæ regina contra Lotharium regem rebellare exorsus est. Collecta quippe prædonum manu valida, rapinas exercere cepit, interfectisq; aut fugatis Lotarij fidelibus, qui finitima possidebant loca, agros, villasq; eorum, sua factionis sectatoribus distribuit. Ad huiusmodi temeritatem comprimendam Lotarius rex semel iterum, atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armorum multitudinem direxit, sed minimè hanc presumptionem extinguere potuit: quia loca inaccessibilia erant inter Turam, & Alpes Penninas, seditiosis munitissima uinera & difficilem ingressum præstantia. Attamen idem acephala. Hugbertus nouissimè à Conrado Comite peremptus est, iuxta castrum, quod Vrba dicitur. Hunc igitur Conradum existimo, à Lotario rege cum Helueticæ, quem tenuerat Hugbertus abbas Ducatum accepisse, fratremque eius Hugonem, eiusdem abbatiam. Erant verò Abbates hi principes, & primæ auctoritatis viri, quibus pro suis erga reges officiis monasteria opulentissima, possessionesque Ecclesiis dicata addicebantur, Ipsi Decanos inter monachos constituebant, qui fratrum curam haberent, & sacerdotia exercerent, Abbatum nomina, redditus, possessiones, villas, cetera in se transferebant. Clarum ex Aimone, siue quisquis fuit, qui libr. V. adiecit, ubi de S. Germani Abb. sermo. Ea tempestate,*

A. D. N.
15 cccxixA. D. N.
15 cccxxvi.Orbach di-
tionis Fri-
burgensium,
& Bernatū.Qui fuerint
hi abbates.Cap. xxxiv
A. D. N.
15 cccclxx
vii.

inquit, Gauzelinus Abbas cenobij, S. Vincentij, sanctiq; Germani dominum adiit Imperatorem Carolum Caluum, petens quatenus stipendia monachorum sub eo degentium, per priuilegij sui auctoritatem dissoneret, ne per succedentia tempora auaritia abbatum de ijs qua auctoritas regia statuerat, aliquid mutilaret. Quod quamuis, simplici animo, egerit, cupiditas tamen principum Francorum subsequens in hac ordinationis oculum aperuit. Nam quamuis prudentissimus abbas Irmino omnium rehibitiones villarum S. Germani videlicet vsq; ad vnum ouum, ac pullum, vel etiam scindulam, scripto sub vno, comprehendit, & quantum monachi in proprios vsus haberent, quantumq; abbas ad exercitum regis, vel in proprium sibi vindicaret, disposuit, tamen vigore decedente regum Robertus Comes Parisiorum, qui marchio Francoru vocabatur, frater videlicet Odonis regis, nec non Hugo Magnus, quin etiam vsq; ad tempora Roberti regis, ea qua Abbates accipiebant, sibi addixerunt & statuentes Decanos monachis, sibi nomen Abbatis vsurpauerunt. Ea vero qua tunc sibi ex rebus Ecclesiasticis vindicarunt, proprijs militib; distribuerunt, & iuri Ecclesiastico subtraxerunt. Haftenus Aimo. Priuilegium super hac re Caroli Calui Imp. datum est. XII. Kal. Mai. Ind. V. regni eius an. XXXII. Actum in monasterio S. Dionysij. Vnde & Suidegerus. Abbates, inquit, in antiquis historis non sunt monachi, vel religiosi, sed barones, magnatesq; seculares, quibus Abbatis vel monasteria princeps dat. ad tempus, vel quo ad vixerint. In qua arbitror sententia idem dixit Aimo supra memoratus. Carolus ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbatesq;, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgo vocant. Alibi, Eudruicus quos potius conciliauit sibi, dans eis Abbatis, & Comitatus, & villas. Qua ego pluribus hac Hugberti Abbatis occasione, attuli, vi
qui,

Germano.
francicum.
vocabulum
S. vindien.
asserculus.

Inchronicis
Francie
Gallie.

Lib. V. cap. 1

cap. xxxvi.

qui fuerint Abbates hi, de quibus in historia horum temporum passim mentio, magis clareret: & simul origo huius instituti, quod tantoperè ad suam perniciem reges posterius amplexi sunt, innotesceret. Sed Rudolphus, ut ad eum redeamus, Conradi Comititis filius, paternis titulis non contentus, Ducatum quem à patre acceperat, in regnum conuertit, extulitq; eo, quo diximus modo. Et multa erant quæ eum egregiæ fortitudinis, & animi virum, ad aliquid grande, & magnum sollicitarent, felicemq; successum pollicerentur. In primis eorum temporum turbæ, & noui hostes, Nortomanni in Gallia: Hunni in Germania, qui eos, qui rerum in utroq; regno summam tenebant, tantisper continere posse videbantur, dum suas ipse opes firmaret, alterutriq; parem se redderet. Sed præcipuè regentium vilitatem contemnendam putabat, & forti viro indignam. Arnolphum enim in Germania Imperatorè Carolomanus ex concubina susceperat: Galliam Ludouicus, & Carolomannus Ludouici Balbi Imp. filij spurij, etiam administrabant. Ipse Rudolphus suam à Carolo Magno originè deducebat, seq; proinde regno, & Imperio dignum & pacem legitimè adferebat. Id ex eo versiculo qui de Gisila est apud Scriptores, Conradi, huius Rudolphi, nepotis filia, intelligi potest.

*Quando post decimam numeratur linea quarta,
De Carolo magno processit Gisila prudens.*

quæ si de Carolo magno, multò magis Rudolphus ex quo eà descendit. Sunt qui Rudolpho cognomè à Stratlingen tribuunt, Rudolphumq; à Stratlingen vocant. Sanè Comitum à Stratlingen (quidam eos tantum inter barones locant) admodum prisca, & nobilis in Heluetia memoria, ut potè qui Vimisium, Sebedalios, totumq; illum

Otho Lib. vi.
cap. xxviii.

Lazius lib.
xi. migrat.
& alij.

*noimif
vnd
D. Bal*

A. D. N.
clxxxviii

A. D. N.
clxxxix

A. D. N.
lccccxi.

*

Habuit etiā
filiam quæ
Bonifacio
Comiti Ita-
lie collocata
est.

Regnavit
an. xxvi.

A. D. N.
lccccxix.

Contractus
in chr.

Rudolphus
apud Vito-
dorum vi-
ctus.

Berta Bur-
cardi f. Ru-
dolphi collo-
cata.

Rudolphus
rex Henri-
cum Aucu-
pem Imp.
lancea sacra
pacavit.
Lib. I V.
cap. XII.

In chron.

illū Alpium tractum possiderent. Ex eadem, credo, stirpe adhuc sub Friderico II. Rodolphus, & Henricus à Strætlingen viuebant. Arcem Strætlingen supra Dunum, secundum lacum, Bernenses euerterunt, bello, quod in gratiam Salodorensum, cum Kiburgiis gessere. Rudolphus relicto vnico * filio Rudolpho obiit eodē quo Ludouicus Imp. Arnulphi filius anno, quo in maiore errore versantur ij, qui eum bella in Italia gessisse memorant, & postremūm Franciæ regnum obtinuisse, sed hac de re postea.

RUDOLPHVS II. BVRGVNDIÆ
REX II.

Hic non contentus patrij regni limitibus cōtra Allemanniam arma, & exercitum duxit. Sed apud Vitodurum prælio superatus à Burcardo Allemanniæ duce, etiam de reliquo in discrimen venisset, nisi eodem tempore Henricus Othonis Saxoniae ducis f. cognomēto Auceps, Imperator creatus esset, cum quo Burcardo per ambitum non conueniebat, qui proinde pacem à victis, quam victoriam prosequi maluit. Iuncta & adfinitas quo firmiores vires essent, & Rudolpho Berta filia collocata. Sed Henricus quoq; Imperator eadem de causā animum à Rudolpho alienauit, bellumq; minatus est, verūm cū lanceam illam quæ Constantini M. fuisse dicebatur, ab eo accepisset, non solum Burgundiam, & quæ possidebat, confirmauit, sed etiam muneribus, & Sueuiæ non pœnitenda parte adauxit. Vnde Luitbrandus de ea lancea. *Quanto autem amore rex Henricus præfatum inestimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus: tam in hoc præsertim claruit, quod non solum eo donantem se auri, argentiq; muneribus, verum etiam Sueuorum prouinciæ parte non minima*

hono.

Dunum sine
I. fine.

Vitodorum
Winterturum

honoravit. Sigebertus hanc à Rudolpho minis, & precibus extortam lanceam scripsit, eaq; pro Imperij insignibus, & tutela Imperatorem usum. Lanceam, inquit, mirandi operis, & clavis IESV Christi crucifixi sanctificatâ que dicitur primi, & Magni Constantini Imperatoris fuisse, donatam Rudolpho regi Burgundionum, & Italia, à Samfone Comite, rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte provincie Sucuorum, à Rudolpho extorquet, & hanc ad insigne, & tutamen imperij posteris relinquit. Idem quoque Otho confirmavit. de Henrico. Lanceam quoq;, inquit, sacram, quam reges nostri hætenus habent, ab Rudolpho Lugdunensis Gallie, seu Burgundionum rege, minis extorsit. Ego hanc lanceam fuisse arbitror labarum, cuius descriptione, & imaginem pluribus exposuit Baronius. Certè non vno loco, multis ostendit idem auctor exemplis, Imperatores Romanos prævio, & duce labaro quod Crucis, & Christi signaculum continebat, præclarissimas victorias reportasse feliciterque bellis perfunctos esse. Burgundiam verò Rudolpho, & eius posteris confirmatam idem Otho videtur ostendere, cum diuisionem illam Austrasiorum regni factam inter Carolum Simpl. Franciæ regem; & Henricum Imperat. recenset. Burgundiam enim dicit per se habuisse suum regem, quod non fecisset, nisi ea Imperatoris voluntas fuisset. Cum, inquit, Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo disceptaret, ex voluntate amborum ad huius litis scrupulum decidendum, die in opido Bunna constituta, Belgica* Henrico cecidit, ac Carolo Celiica tantum, & Aquitania, parsque Lugdunensis, Burgundia per se Regem habente, remansit. Rebus in hunc modum domi compositis, & stabilitis RVDOLPHVS ad Italiam animum,

Lancea illa
pro tutela
Imperiij.

Corruptè
legitur in
vulgatis Ar-
nolfo.
Lanceam
eam, labarum
fuisse.
Tomo III.
& IV.
Annal. Eccl.
& principio
Tom. V.
* *

Labari di-
scriptio.

Lib. VI. cap.
XVIII.
*

Hoc est Lo-
taringia.
Rudolphus
in Italiam
vocatus.
Onuph.
Sigonius
lib. 6.

& cogitationē conuertit. Vocabatur ad id regnum cōtra Berengarium capescendū. Principes factionis erant Lambertus Episcopus Mediolanens. Adelbertus marchio Eporegiæ. Odalricus, & Gibbertus Comites: qui cū fortē cū suis, & non exigua armatorum manu prope Brixiam consultāt, in eos Berengarius, rerū quæ gerebantur non ignarus, Hungaros, qui eo tēpore, in Venetia erant, cōcitauit, impetuq; facto, re inopinata, nō paucos oppressit, aut cepit, quæ res properare Rudolphū compulit. Facto igitur maximo Burgundionum, præcipuè verò Heluetiorum exercitu, in Italiam descendit, & ab omnibus propè Italiæ rex salutatus est. Berengarius Veronā, quæ sola supererat, se abdidit. Regnauit Rudolphus pacificè, & cum laude, omniumq; fauore per triennium. Sed vt Itali exteros libētius suscipiunt, quàm patiuntur, in ista mobilitate, & rerū nouarum studio, non pauci nobilium rursus Berengariū sollicitare cæperunt. Vnde nouum bellū, & apud Florentiolam prælium, quo in prælio, Rudolphi opes concidissent, nisi Bonifacius eius propter sororem ad finis auxilio per tempus aduenisset. Berengarius victus, & profligatus. Italia rursus Rudolpho quieta, & subiecta. Ipse in Burgundia se recepit. Et pauci fuere anni cū denuò rebellarunt Italienses, Hirmingardis Eporegiensis Marchionis Adelberti vita defuncti coniugis, & Lamberti Mediolanensis Episcopi præcipuè auctoritate: Nobilis illa quidem & patris opibus, Tusciæ marchionis, ad maritales adiunctis, latè potens, sed famæ parum bonæ, Guidonem Arelatensem comitem contra Rudolphum inuitauit. Rudolphus, quæ contra se parabantur perspectis, exercitum maximū in Italiam rursus deduxit, adsumto inter auxilios Burcardo Allemanniæ duce socero, qui cū, relicto Eporegiæ

genero,

13
A. D. N.
15 ccccx.
Rudolphus
rex Italiae
salutatus.
Luisbrand.
lib. II. cap.
xvi. & xvii

A. D. N.
15 ccccx
iii.
Id. auct. cap.
xviii.

Cuido Arelatensis contra Rudolphum ab Hirmingarde in Italiā sollicitatus.

genero, ad Mediolanenses legatus profectus esset, contra
 ius gentium Lamberti insidiis interfectus est. Luitbrandus
 id accidisse scribit, quod minas quasdam, lingua Germanica,
 effudisset, quas per Interpretem Episcopus intellexerit. At
 verò Rudolphus iam quoque; soceri necem ulturus, motis
 castris, continuo ea ante Ticinum metatus est, urbemque,
 in qua Hirringardis, & plerique rebellium tanquam locum
 eo tempore munitissimum se receperant, artificiosa obsi-
 dione cinxit, expugnassetque, nisi eius feminae literis frau-
 dulentis, quibus scilicet suorum militum, principumque
 fidem in suspicionem vocabat, deceptus, & circumuentus
 capta deseruisset, damnataque; gētis leuitate, & perfidia, se, re
 infecta, in Burgundiā retulisset. Ad postremum Guidoni,
 omni ex parte, Italia cessit, pactoque, pro ea Arelatense reg-
 num, siue Comitatum Rudolphus accepit, antiquissimum
 Burgundiæ regum titulum; deinceps ita vitæ reliquum,
 confecit, ut non absque magna sanctitatis opinione dece-
 serit, relicta Berta vxore: liberis, Conrado, qui successit,
 Burcardo Lausanensi Episcopo, & Rodulpho posthumo;
 Adelhaide quæ primū Lotario Guidonis Italiæ regis filio
 nupsit, tum Othoni I. Imp. collata est Gerburgi, quam Her-
 mannus Gebhardi Franconiæ ducis filius, cui post Burcar-
 di necem Sueviæ, aut Allemanniæ Ducatus traditus, vxorē
 duxit. Tradiderunt auctores præcipui nominis, & aucto-
 ritatis Rudolphum hunc cum Italia abiisset, ad regnum
 Franciæ vocatum, lectumque à Carolo Simplicis Peronæ
 capto, causâ additâ, quod eius per nouam salutaris aquæ
 generationem Carolus pater esset; qua in re non vnū ob-
 errorem multifariam conuincuntur. Nam primò Rudol-
 phus Franciæ, Richardum patrem habuit Burgundiæ du-
 cem; non Rudolphum, aut Cunradum. Quod iidem au-

*Luitb. lib.
 III. cap. 14.*

*Dolus Hir-
 ringardis
 contra Ru-
 dolphum.*

*A. D. N.
 15 cccc
 xxvi.
 Rudolphi
 multa libe-
 ralitati, &
 pietatis mo-
 nimēta: Lan-
 sanna, &
 Geneva.
 P. A. Emilius
 lib II.
 Langus.
 Gillius.
 Paradisus.
 aly.
 Confutati
 qui Rudol-
 phum Bur-
 gundū Fran-
 ciæ regem
 fuisse arbi-
 trati sunt.
 Discrimen
 utriusque regis*

ctores etiam confitentur. Deinde Burgundus liberos reliquit: Franciæ rex nullos: Ille in opido Senonum sepultus, mortuus Anriofiodori: noster Paterniaci, ubi post eius mortem Basilicam Berta coniux extruxit dotauitq; regia Burgundionum munificentia, & pietate.

CUNRADVS BVRGVNDIAE REX. III.
PACIFICVS.

HVius regis admodum adolefcentis primum contra Hungaros consilium bellumq; fuit. Vastatis quæ in Brisiacis erant Seconium Rheni insulam populari animo destinauerant, eoq; in loco, flumen continenti ponte copulare. Premissa igitur copiarum nō exigua manu, cum impedimentis in vallem Fricciam irruperant, ferroque & flama perdebant omnia; quibus Hirmingus nobilis, & opulentus, sed manu præcipuè fortis ea in regione vir obuius factus pænè omnes qui transierant interfecit, aut in Rhenum fugauit, frustra in clamantibus, & horribili fragore ululantibus in cede suorū, ab altera ripa, sociis, prædam ditissimam totius Allemanniæ ruina factam cepit, & in hostium conspectu monasterio Seconiensis donauit. Hac parte repulsi Hungari, secundum Rhenum progressi, prope Argentoratum in Sequanos, & Elfatia transierunt, & direptis quæ repererant apud Vefontium confederunt. Ad eos per amicitia simulationē legatos destinauit Cunradus, qui ostenderent paratum se esse, quas vellent sedes, dare, si, quæ adhuc in regno suo Saracenorum reliquæ erant, expulissent. Id eò facilius fore, quòd ab altero eandem gentem latere esset ipse inuasurus: Saracenis verò, qui iam à Caroli Martelli Equ. Mag. tempore, montana quædam, & inaccessibilia loca in Burgundia occu-

paue-

Regnauit
an. lxxx.

A. D. N.
lxxxviii.

Brixithat.
Hirmingi
Helueti felix
cum Hun-
garis con-
gressio.

A. D. N.
lxxxix.
Cunradi
regis strata-
gema.

Secundus
Dribingy

Bypauy

pauerant, tenuerantque, exiguo tributo, hostem communem adorirentur, viresque coniungerent, si tributum in posterum leuamentum, & sedium, in perpetuum confirmationem obtinere vellent, rescripsit, & adhortatus est. Id consilium eò spectabat ut concisis vtriusque gentis hosticæ viribus, cum vix alteri par esse posset, vtrumque populum facile exterminaret aut in quas vellet condiciones adigeret. Quod & feliciter præstitit internicione deletis Hungaris Saracenis propè extinctis, Egghardo monacho S. Galli auctore. Sunt Scriptores, qui Othonem I. Imperat. Burgundiam subiugasse, imperioque adiunxisse, tradiderunt. Quidquid eius sit satis constat Cunradum regem Othone Imperat. familiariter vsum esse, eius omnibus propè bellis, quæ plurima in Germania, Francia, Italia gessit, interfuisse. Cunradi hortatu, & precibus bellum Imperatorem contra Berengarium Italiæ tyrannum, qui sororem suam, Adelheidem Lotarij Italiæ regis viduam, Papiæ obsidebat, gessisse, tyrannum expulisse Reginamque Adelheidem liberatam sibi matrimonio collocasse, ex eaque Othonem II. suscepisse. Habuit Cunradus Rex vxorem Mathildem, Lotharij regis Franciæ, qui Ludouico Transmarino patri successerat, sororem, quo ex matrimonio magnam prouinciæ Lugdunensis partem Burgundiæ regno adiunxit. Ex ea habuit filios RVDOLPHVM, & CUNRADVM; filiam Bertam quæ nupsit Odoni Campaniæ Comiti: & Giselam quæ primo matrimonio Ernesto Sueviæ Duci sociata, ex quo Ernestum II. & Hermannum Sueviæ etiam Duces genuit: Secundis nuptiis Cunrado Saliquo Imp. ex quo concepit Henricum III. Imp. cognomēto Nigrum. Fuit verò adpellatus, glorioso,

A. D. N.
 1000
 xlv.
 Vitickindus
 in sex hist.
 Cunradus
 rex Othonis
 Imp. omni-
 bus bellis so-
 cius & au-
 xiliarius.
 A. D. N.
 1001.

Liberi Cun-
 radi reg.

Pacifici cog-
nomen illi
datum, qua-
re.

A. D. N.
l. cccxc.

& commemorabili nomine, Pacificus, quòd sub eo Bur-
gundia, tot annis, summa pace, otio, & tranquillitate flo-
ruit, pulsusq; & cæsis Hunnis, belli nullum incommodum
experta est: vita functus est senex magno sui desiderio re-
lictò.

RODOLPHVS III. BVRGVNDIAE
R. E. X. I. V.

Regnavit
an. xliiii.

Ignavi cog-
nomen inde.

IGnavus vulgò nominatus, nō aliam, credo, ob causam
quàm quòd in tolerandis subditorum iniuriis, & inso-
lentiis facilius esset, quàm regia maiestas postulare vi-
deretur. Bella tamen per se pauca, alieno ductu, nonnulla
habuit. Primus verò fuit qui Beroldum Hugonis Saxoniae
ducis filium, Othonis III. Imp. ex fratre nepotem, extulit,
honoribus, & dominiis locupletavit. Fuerat is contra Ar-
duinum Eporegia marchionem, qui se Italiae regem fere-
bat, in Italia ab Othone patruo constitutus, Vicarius que
Imperij sine legatus, in Cisalpina Gallia nominatus. Qui
cùm multa strennè gessisset, Arduinum regem ad Cana-
pium contrivisset, Ligures, & Genuenses lasciuientes cõ-
pressisset, magnamque nominis famam peperisset, à Ru-
dolpho rege Burg. regni Arelatensis prorex electus est,
Allobrogesq; & Maurianā ab eo accepit, quibus Cottias
Alpes, & Pedemontana, superato Mansfredo marchione
Secusino, adiunxit. Is est Beraldus, quem alij Geroldum,
alij Bertoldum vocant, à quo serenissima, & florentissima
Sabaudia Ducum ad hæc usq; tempora propago emana-
uit. Obiit nominis celebritate & gloria plenus ætatis an.
XLIV. relicto Umberto filio, primò Sabaudia Comite, ex
Catharina Palatina Schirense. Qui Equestres, & magnam

Beraldi Sa-
xonis in Ita-
lia gesta.

A. D. N.
l. cccxc
viii.

Sabaudia
ducum or. go.
A. N. D.
l. c. xxiv.

Antua-

Source de
Duc de Savoie

NB

NB

Antuatium partem, à Cunrado Imp. post Rudolphi regis mortem accepit. Rudolphus verò rex habuit vxores duas Hermengardiam de quo fit mentio in reparatione S. Mauritij apud Agaunum. Illud Monasteriũ olim celeberrimũ, quod. eo, tempore, penè occiderat, alienatis, vel absumtis temporũ incuria, aut calamitate plerisq; possessionibus, rogatu, & persuasũ Hirringardis reginæ, Bertochdi & Rudolphi Comitum, Hugonis Episcopi Sedunensis, Henrici Episcopi Lausanaensis, Hugonis Episcopi Geneuensis, & Barcardi Episcopi Lugdunensis, aliorumq; Rudolphus in pristinum decus restituit, redditis quæ deerant, nouisq; additis, adauxit, vt huius reparationis testantur literæ datæ Agauni, eodem loco, XXIV. eius regni anno. Habuit & Hildegardiam, cuius mentionem faciunt tituli Ecclesiæ S. Anatolij Salinis, & aliæ Cluniaci foundationes. Sed ex neutra liberos suscepit. Ea causã fuit cur subditi, & nobiles insolentiores euaserint, nouitatis spe, & licentia dominorum recentium, Odonis præcipuæ sollicitatu Campaniæ Comitis, Rudolphi ex sorore adfinis, qui iam regnum Burgundiæ animo conceperat. Quas ob rebelliones Cunradi II. Imperat. qui alteram sororem Gisellam duxerat, vt diximus, auxilium, & præsidium inuocare coactus, res quidem in præsentia composuit, Imperatoremque Romanam proficiscentem prosecutus est, cui se Umbertus Sabaudiæ Comes Ietiã socium adiunxit. Cunradus medius inter utrumq; Cinitonem Anglorũ, & Rudolphum Burgundiæ regem incedens, festo paschatis Imperator à Ioanne XIIIX Pont. coronatus, & Augustus, frequenti P. R. adplausu, saluatus est. Dum verò in Italia versatur Cunradus & cum eo Rudolphus non solum ab Imperatore Ernestus priuignus Allemanniæ, & Sueuiæ dux defecit, sed etiam à

S. Mauritij
reparatio.

A. D. N.
clj xiv.
A. D. N.
clj xxix.

A. D. N.
clj xxv.

A. D. N.
clj lxxvi.
Gottfridus
Viterb. par-
te xvii.
Otto Fris.
lib vi. cap.
xxix.

P. R.
S. R.
pop. Rom.

A. N. D.
 clō xxix.
 In chronico
 Rudolphus
 regnum
 suum Cun-
 rado Imp.
 tradidit.
 Constituto
 Henrico ex
 Gisela nepote
 herede.

rege Comes Otho, nonnullaque in AEduis & Sequanis
 opida hic occupavit, volentibus, & libētibus Burgundio-
 nibus, qua quidem re seipsum omninō hereditate priua-
 uit. Nam sequenti anno Rudolphus rex Henricum ex so-
 rore Gisela nepotem, heredem ex assē nuncupavit, Otho-
 nem penitus exclusit. Vnde Sigebertus. *Burgundionibus
 non desistentibus à consueta contra regem suum insolentia,
 REX Rudolphus regnum Burgundia Cunrado Imperatori
 tradidit quod à tempore Arnulphi Imperatoris per annos plus-
 quam centum, & triginta gentis suae reges tenuerat, sicq̃ Bur-
 gundia iterum, redacta est in prouinciam.* Ab hoc tempore
 annos ordinationis siue regni Burgūdici numerauit Hen-
 ricus, licet adhuc aliquot annos vixerit Rudolphus. Sicuti
 ex quibusdam titulis quas in Burgundia fecit apertum est.
 In Bisuntina Ecclesia quoddam instrumentum ita subsi-
 gnatum. *Datum XV III. Kal. Octob. Anno Dominicae Incar-
 nat. CLō XLIII. Indiēt X. Anno autem Domini Henrici III.
 ordinationis XIV. Imperij verò III.* Certum est ad Im-
 perium venisse Henricum III. mortuo Cunrado patre,
 anno D. c Lō XL. quo pacto tertius hic annus, cui cum
 resignasset regnū Burgūdiæ Rudolphus an. c Lō XXIX.
 Ordinationis erit, subducto ad lineam numero XIV. Alio
 titulo. Subscript. *Datum V. Idus Iul. Anno Incarnat. Domini
 CLō XLIX. Anno Domini nostri Henrici III. inuicti, &c. paul-
 lō supra. Signum Domini Henrici regis inuictissimi Teutoniarum
 tertij, secundi Romanorum Imperatoris Augusti, & Bur-
 gundionum primi.* Vbi verò Rudolphus sibi mortem im-
 minere persensit, tum verò etiam regni ornamenta scep-
 trum, & coronam ad Henricū transferenda curauit Otho
 Frising. *Ea tempestate, Rudolphus Burgundia, seu Gallia Lug-
 duncensis rex moriens Henrico filio regis, nepoti suo regnum,*

Lib. VI. cap.
 xxx.
 A. D. N.
 clō lxxxii

cum diademate, aliisq; insignibus sub testamento reliquit. Hic finis fuit Burgundiæ regum, regniq; Burgundici, quæ postea secuta sint, sequenti capite explicabimus.

De Heluetiæ statu deficientibus ultimis Burgundiæ regibus.

C A P. XIV.



Regibus Burgundiæ abolitis non propterea stirpis regiæ in Heluetia finis. Duravit annos nō paucos dum Zæringi Germani Burgundiam Minorem regendam susciperent. Nam statim ubi Rudolphus rex ultimus vita egres-

sus est,

OTHOCAMPANIAE, ET PRIMVS BVR-
GVNDIAE COMES.

Regni possessionem à Cunrado Imp. iure propinquitatis, efflagitavit, cum non impetrasset armis inuasit. Paterniacum, Muratum, Neocomum, & si quæ tunc temporis firmiora erant opida occupavit, & præsiidiis auxit. Id hoc facilius ei vsuvenit quod Cunradus bello Hungarico, & Polonico distineretur. Sed ubi ex sententia cessit, victorq; ex Polonia in Allemanniam rediit, cum exercitu Rhenum traiecit, & Basileæ de bello Othoni inferendo, adulta iam hieme, consilia iniit, incertus in Burgundiæ Comitatu irrumperet, an Heluetiam ingrederetur. Vastatis interim quæ circa Montembellicardi sunt, Iuram superare, & in Heluetia bellum gerere placuit, cetera omnia procliviora habita. NEOCOMVM obsessum. Sed propter asperitatem temporis obsidionem

De Comitibus Campania Thevetus lib. xv. cap. 1 Cosmograph.

A. D. N. clo xxxiii. Otho comes Burgundiam minorem occupavit. Lambertus Schaffnab. Oth. Fris. lib. vi. c. xxxi. Conradus Imp. contra Othonem in Heluetia.

A. D. N.
clxxxiv.

A. D. N.
clxxxv.

In chr.
A. D. N.
clxxxvi.

A. D. N.
clxxi.

A. D. N.
clxxv.

soluere coactus, Cōstantiæ hiberna trāsegit. Mox, incunt^e vere, cum bellum in omnibus partibus tulisset, Othonem ita attriuit, vt supplicis forma pacem petere compulerit, iurcurandumq; adegerit, Burgundiæ regnum non appetiturum, tribus mensibus integris bello peracto. Sequēti anno cūm Cunradus in Burgundiam rediisset omnes regionis principes in deditionem accepit, cum Lugdunensi Primate, datisq; obsidibus, non multò post *ad sedandam ignobilis vulgi contumaciam, qui panē principibus praualue- rant,* inquit Otho Frising. in Italiam, duce, & comite Heriberto Episcopo Mediolanensi, à quo Genueæ paullo antè fuerat Burgundiæ rex coronatus profectus est. *Interea auctor Gottfridus Viterbiensis, Otho Comes, ruptis iuramentis, in Burgundia rebellat, ubi à fidelibus Imperij occiditur, & vexillum eius Imperatori in signum victoriae transmittitur.* Otho, Frising. Barrum Lotaringiæ castrum, in Imperatoris ignominia obsedisse Comitē, eaq; in obsidione à Gunzilone Belgarum duce interfectum tradidit. Sigebertus, Lotharingiam incurfasse, castella expugnasse, furore in nullo temperasse memoriæ commendauit, demū interfectum esse. Conradus rebus in Italia, Burgundiaque compositis, nō minimam regni Burgundici partem Umberto Sabaudia Comiti tradidit, Equestres, siue de Chablois, aut Caballenses, Agaunos, & Sedunenses. Cunrado patri successit Henricus III. in Burgundia verò

REGINALDVS BVRGVNDIAE COMES II.

Henricus Imp. Burgundicum bellum continuauit. Rebellarat enim Reginaldus exemplum Othonis patris secutus, imperiumq; abnuebat. Sed ab Imperatore coactus, deditionem fecit Salodori. Quem, con-

uentu Procerum Burgundiæ ibidem confecto, in integrum restituit, pacemq; hac ratione, stabilivit. Inde in Italiã abijt, vbi à Clemẽte II. Pont. Max. Imp. coronatus est. Postea cum controuersia quædam incidissent, rursusq; ad arma res inclinare viderentur, Imperator cum Burgundis principibus iterum Salodori congressus est, indeque profectus Figuri pentecostes Sollennitatem transegit, & in Saxoniã se transtulit. Tertium demum conuentum Salodori egit. Vnde cum, ab alienatis animis, Burgundi proceres recessissent, imperator bellum pararet, pœnitentia ducti redierunt, veniamque, & pacem ab Henrico deprecari obtinuerunt, Hermanno contracto auctore, qui hoc tempore vivebat, resq; Cunradi, & Henrici huius, Imp. singulari volumine complexus est. Salodori ita res Burgundicæ confirmavit, vt deinceps quieuerint, dum Burgundiæ Comites in Heluetia regnum tenuerunt. Frequens Henricus Imp. in Heluetia egit. Nam & paullo post Tiguri principum Germaniæ conuentum habuit, filioq; cognomine adhuc puero marchionis Othonis filiã collocavit, sponsaliaq; ibidem celebravit, vitaq; defunctus est, vti & sequenti anno Reginaldus, cui successit filius

GVLIELMVS BVRGVNDIAE COMES III.

Illi cognomen Magni datum ob opes, & florentem statum, eximiamque bonitatem, & liberalitatem. Huius Gulielmi mentionem facit Lambertus Schaffhaab. in Henrico IV. cum eius in Italiã iter describit, postquam Gregorius VII. Pont. Max. sacris priuatum diris eum deuouisset, Principes que, vt ab eo deficerent, compulisset. Rex Henricus, inquit, in Italiã proficiscens intra Burgundiã, in loco qui dicitur Bisanzum natalem Domini celebravit, satis ma-

A. D. N.
cl. xlvj.
A. D. N.
cl. xlviii.

A. D. N.
cl. lii.

A. D. N.
cl. lvi.

A. D. N.
cl. lvii.
In suo chr.

A. D. N.
cl. lxxxv.

Agnesci po-
bilissimi
principia
Galliarum
Pictavic &
Aquitaniae
duci Gul. I.
mi sororis
Gonfrido,
& Othone
testibus.
Germania
statue sub
Henrico IV.

Reu. Rink Com.
Velfo dux Ba-
varia.
Berchtoldus &

subo debent
de Zeringia
non laudantur

Durigenus et
Furigenus.
Verbigenus
Lugovus
pagus auenti-
centis est
vallis prologus
gouus

Item Bur-
gundiae mi-
noris.
Qui videli-
cet, vt ante
vidimus,
primus hoc
nomine vifus,
cum Habs-
burg condi-
ditur, vnde
posteri.

gust è pro sua tum calamitate susceptus, & habitus ab auun-
culo matris suae Gulielmo Comite, cuius in illis locis amplissi-
ma, & florentissima opes erant. Ea porro causa erat, vt relicto
recto itinere, in Burgundiam diuerteret, quòd certo compererat
Duces Rudolphum, Velfi, & Berchtoldum omnes vias, omnesq;
aditus, qui in Italiam mittunt, quos vulgato nomine Clusas
vocant, adpositis custodiibus, anticipasse, vt nulla illis ei copia
transcundi fieret. Propter illam communicationis Eccles-
siasticae priuationem graues in Heluetiae ea praecipue parte
quae Ducatui Allemanniae coniuncta, vt in tota Germania
motus, caedes, clades fuere. Nam cum Rudolphus Comes
Rhinfeldensis, & Sueviae, siue Allemanniae dux, Velfo
item Bavariae, & Berchtoldus Zaringus Carinthiae, duces
cum tota propè earum regionum nobilitate se foedere
contra Henricum copulassent, Rudolphum etiam Rhin-
feldensem regem Germaniae nominassent, ea exarserunt,
illis regionibus, per partes, & factiones bella, cum non pauci
essent qui etiam tum ab Henrico facerent, vt maxima pars
Allemanniae, Rhaetiae, Elariae Brisiaconum ferro, flammaq;
insolitudinem propè redacta sit, arces, vrbes, opida infi-
nita funditus perierint. Gulielmus verò Comes Burgun-
diae, Heluetiam, siue pagum Auenticentem, in pace, & flo-
re habuit. Dixi pagum Auenticentem, quia quae in Verbi-
geno sunt, siue inter Vriam, & Arulam, tenebant Comites
Rapoto Habsburgius, Vldaricus Lentzburgius, Vernerus
Badensis, quorum opes, hoc tempore, iam summae, & au-
tentatas praecipua, nullumq; praeter Imperatorem Domi-
num, aut Superiorem agnoscebant. Gulielmi sororem
Adelam siue Adelasiam duxit Amedeus I. Comes Sabau-
diae. Illi qua adfinitate confirmata vtriusque Comitis po-
tentia. De hoc Amedeo supra memoratus Lambertus ita

mentionem fecit, eodem Henrici itinere. Exacta sollemnitate natalis Domini, profectus inde, cum in locum qui dicitur; venisset, ibi am habuit socrum suam Adelsiam, filiumque eius, Amadeum nomine, quorum in illis regionibus, & auctoritas clarissima, & possessiones amplissima, & neminem celeberrimum erat. Hi venientem honorifice susceperunt. Transiitum tamen per terminos suos aliis ei concedere volebant, nisi quing, Italia Episcopatus, possessionibus suis contiguos, eis redimendi itineris precium, traderet. Durum hoc nimis & intolerabile omnibus regis consiliariis visum est. Sed cum ei inevitabilis incumberet necessitas, quocumque pacto redimendi itineris, & illi, nec iure propinquitatis, nec tanta calamitatis miseratione, quidquam mouerentur, multo labore, & tempore in hac deliberatione insumto, vix, & agrè tandem imperatum est, ut provinciam quendam Burgundiam, bonis omnibus locupletissimam concedendi transiret mercedem, dignarentur accipere. Ita indignatio Domini, non solum sacramentis, & frequentibus beneficiis sibi obnoxios, sed etiam amicos, & genere propinquos ab eo auerterat. Hactenus Lambertus, quæ porro ea Burgundia pars fuerit, incertum, Arbitror fuisse Antuates. Nam cum eam Lemanni ripam siue dextram vindicarent Sabaudia Comites, postea cum Zæringis in contentionem, & ea de causa, bellum venerunt, ut deinceps videbimus. Gulielmo successior relictus filius

STEPHANVS BVRGVNDIAE
COMES IV.

ILLI cognomentum Caput Audax. Quæ eius domi fuerint facta parum constat. Comitem, & socium se sacræ expeditionis principibus, Hugoni magno Philippi Gallorum regis fratri, & Gottfrido Bullionio Lotaringo,

*
Scribo Visio
opium ad
Lemmannum
infra Losan-
num.

Duxerat enim Henricus Imp. Beriam Adelsiam filiam an. clolxvi.

Cing siue
Vicij
alij Visio
adum
Vassij

betuay
siue dextra
Lemanni
ripa.

A. D. N.
clolxxx
viii.
A. D. N.
clolxv.

A. D. N.
cl. xcix.

vnà cum Amedeo Sabaudia comite, ex sorore nepote, adiunxit, victoriarumq; particeps, & auctor, obiit in redivo Famagustæ Cypri, relicto vno filio Gulielmo, ex Agnete Conradi Zaringia ducis sorore.

GVLIELMVS. II. BVRGVND. COMES. V.

Iste quia admodum adolescens patri successerat Pueri nomen, pro insigni, semper retinuit, nec quæ eius fuerit vita, & qua factione apud Paterniacum trucidatus sit. perspectum, aut literis creditum est. Ita verò rem esse, manifestum ex illis Gulielmi Glanæ Comitis sepulchrali inscriptione, quæ Altaripæ legitur in hæc verba. Anno 1142. 111. *It. us. Feb. obiit Gulielmus de Glana fundator, sepultus in presenti tumulo, cuius pater Petrus, & Philippus de Glana fratres, anno 1126. cum Gulielmo Comite Viennensi, & Salinensi, cum multis alijs nobilibus, iniuste, ab iniustis, in occasione gladij apud Paterniacum mortui sunt, & in Prioratu Cluniacensi, suo in insula lacus, sepulti.* In Heluetia principatum, celebri nominis fama, longè tenuerunt Glanæ Comites, & ipsi ex regia Burgundionum stirpe oriundi, domo Viennenses. Horum vltimus Gulielmus siue mæstitudine paternæ cædis, aut rerum humanarum pertæsus monasteriū clarissimum Altaripæ prope Friburgū condidit, monachosq; ex Burgundia, qui Molisina celebri apud Lingones Cænobio relicto, in Cistertium eremū, Roberto duce, paullò * antè secesserant, conditoq; ibidem nouo monasterio, nouaq; vitæ morum regula instituta, magnam sibi sanctitatis opinionem comparauerant, primus in Heluetiam transtulit. Vnde postea Cistertiensium fama per totam Heluetiam, (colligitur ex monasterij Capellæ prope Tigurum fundatione, cuius primus abbas Gulielmus Altaripa accitus,

Altari-

prioratus Cluniacensis
in eodem monasterio
stratenis & Cluniaci

Altaripa
conditio
A. D. N.
cl. xcviij.A. D. N.
cl. lxxxv.

Altariensis inde dictus.) & deinceps Germaniam magno pietatis, & religionis Zelo dimanauit. In sepulcri lapide hæ incisæ literæ. ANNO. INCARNATIONIS. DOMINICÆ. MILLESIMO. CENTESIMO. QUADRAGESIMO. SECUNDO. TERTIO. IDVS. FEBRUARIJ. OBIIT. GULIELMVS. DE. GLANA. QVI. FVIT. FVNDATOR. DOMVS. HVIVS. Foundationem confirmauit, & in suam, & successorum protectionē, cum omnibus pertinentibus suscepit, Guido Episcopus Laudanensis Anno Domini CLJ CXLII. tertio Sabbatho Quadragesime Epact XXII. Viniaci. Gerardo primo Abbate: Atque earatione, primum, & legitimum regie Burgundionum stirpis in Heluetia imperium cessauit, interfecto Gulielmo Pucro, & Comitibus à Glana absumtis.

Qui primi Germanorum Burgundia Minori præfuerint, & de eorum titulo, & rebus gestis.

CAP. XV.



Ortuo Gulielmo puero, statim Reginaldis Burgundiæ etiam Comes, ex eadem Viennensi familia, hereditatem, propinquitatis iure, adiuit, nullâ habita Henrici V. Imp. ratione, locaque omnia ab utroque Iurassi latere occupauit. Quam ob rem sæpe ab Imperatore in concilium vocatus, contempsit, indignum se, & regia quam præferebat stirpe; & nomine ratus alterius parere, aut subiici mandatis. Ea causâ Eotharium II Imp. qui Henrico V. eodem tempore, vita soluto, successerat, perpulit, ut omnia, quæ Gulielmi Pueri fuerat, Cunrado Zæringo, cuius, ut prædiximus, ex sorore nepos

Is se tum
Comitem
Augustodunensem
vocabat.

A. D. N.
clj cxxviii
Naclerus
In chr.

erat, imperij nomine traderet, quaquidem ratione, Za-
ringiæ Duces totius Heluetiæ principatum obtinuerunt:
Cum iam ante Cunradi pater Berchtoldus II. pro Sueviæ
Ducatu Præfecturam Tigurinam ab Henrico IV. acce-
pisset.

CUNRADVS DVX ZAERINGIÆ RE-
CTOR BVRGVNDIÆ PRIMVS.

Hoc deinceps titulo omnes Zaringiæ Duces vsi sunt,
in hæc sepe formam, *Cunradus vel Berchtoldus de Za-
ringen Dux, & Rector Burgundia, Dei, & Imperatorum gratia,
iudex constitutus, & aduocatus in omne Turegum imperialem
iurisdictionem habens.* Bella illi ea de causa grauissima cū
Reginaldo fuerunt, nec dum vixit quidquam impetrare
potuit. Quamuis Urspergensis Reginaldum in arce sua
Monzum nomine cui plurimum confidebat, captum &
deditionem facere coactum memoriæ prodiderit. Hoc
super negotio illa Guntheri præstabilis poetæ in suo Ligu-
rino, cū Beatrix, Reginaldi filia, cum Friderico AENO-
bardo Imp. matrimonium memorasset, Burgundiamque
finibus circumscripsisset.

In chron.

Lib. V.

Burgundiã.

Regnum Bur-
gundiæ, cuius
pars Allobro-
ges olim.

Hanc Comes antiqua veniens ab origine regum
Guilielmus quidam, Puerum quem fama ferebat,
Possedit, quem conspicuo produxerat ortu,
Cunradi Germana Ducis, quo fraude suorum,
Vt perhibent veteres, humanis rebus adempto,
Proximus agnatus Comitum, Rethaldus, & heres
Legitimus, tanta nactus moderamina summa,
Iure suo nimium, & præclaro sanguine fretus,
Teutonicos reges, edictaq; saepe vocatus
Spremit, &* Allobroges alius sub regibus esse
Indignum reputans, nimium memor ille vetusta*

Libertia

Libertatis erat, Regemq; superbus agebat.
 Donec ob innumeros fastus, sententia tandem
 Ultrices in eum depromsit regia vires,
 Ereptamq; viro, regni sub iudice, terram.
 Nomine Cunrado fisci concessit habendam,
 Vt, quasi prescripto regni spreto rebelli,
 Proximus extincto succederet ipse nepoti,
 Qui mox concessos, armato milite, fines
 Irrumpens, regale sibi defendere donum,
 Et valida sancire manu tentabat: at ille
 A patribus suscepta suis retinere laborans,
 Plurima conferuit diuerso praelia castè.

In eandem ferè sententiã Otho Frisingensis. Sed ex hac
 siue hereditate, siue donauone Zaringi, Duces sese nomi-
 narunt, Vnde idem Frisingensis, de Berchtoldo II. huius
 Cunradi patre verba faciens, quem Henricus IV. Inp. spe,
 & expectatione Ducatus Sueuiæ sibi promissi, substituto
 Friderico à Stauffen, deiecerat. *At Berchtoldus, inquit, va-*
cuum ex hinc nomen Ducis gerens, id quasi hereditarium po-
steris reliquit. Omnes enim vsq; ad presentem diem Duces dicti
sunt, nullum ducatû habentes, soloq; nomine, sine re, partici-
pantes Nisi quis Ducatum esse dicat, comitatû inter Iuram, &
montè Iouis quem post mortè Gulielmi Comitis filius suus Cun-
radus ab Imp. Lotario suscepit. Cunradus verò non so-
lùm cum Reinaldo Burgundo habuit bellum, sed etiam
cum Friderico, qui Barbarossa dictus Italis, & postea imper-
peravit, Friderici Vnocoli Sueuiæ ducis filio, à quo multis
præliis fatigatus, amissio Turego, & aliis castris munitissi-
mis, pacem ab eo petere coactus est. Idem Otho Frising-
de hoc Friderico Post hæc, inquit, Cunrado Duci supradicti
Berchtoldi Ducis filio bellum indicit: captosq; supra memorato

Lib II cap
 XXX. de gest.
 AEnob.

Lib. I. cap. IX

A. D. N.
 clccxxxix.

Lib. I. cap.
 xxvi. de ge-
 stis AEnob.
 bardis.

Fund. Eno.
Cardus alius
Barbarossa
Nun Sueuiæ
Imperator

Eius reli-
quia prope
Eriburgum
Brisiacorum
castrum Za-
ringa p[ro]
p[ro]p[ri]o Boi-
ngia.

A. D. N.
c[irca] cliv.

Fridericus
Imp. Aeno-
bardus pace
inter Regi-
naldum &
Berchtel-
dum fecit.
A. D. N.
c[irca] clvi.
Vixit enim
Gunterus
tempore Fri-
derici, cuius
causa ip[s]e no-
uit.
Lucanus lib.
c[irca] pen-
dentes rupe
Gebennas.

Allemania opido Turego, presidia ibidem posuit. Dehinc, in-
t[er]tis sibi etiam quibusdam de Boiaria nobilibus, praefati ducis
terram, cum magna manu militum, introiuit, atq[ue] ad vltima
penè Allemaniae procedens, ad Zaringen vsq[ue], eiusdem ducis
castrum peruenit, nullo sibi obuiante, vel resistere valente. Non
multo post etiam arcem ipsius quamdam, qua, cunctis adhuc
cernentibus, inexpugnabilis esse videtur, cepit, & expugnauit,
ac contra multorum opinionem fortissimum, & ditissimū Du-
cem, tam acriter debellauit, vt ad patrem, Fridericum, pa-
truumq[ue] suum, Cunradum Imperatorem supplicem cum
venire, ac pacem petere cogeret. Cunrado successit filius

**BERCHTOLDVS IV. ZAERINGIAE DVX, ET
BURGVNDIAE RECTOR. II.**

Controuersiam, & bellum cum Reinaldo continuauit, &
omnibus viribus gessit, Burgundiam vltraiuranam, siue
comitatū Montis bellicardi vastauit, vnde hi Brisiaci de eo
versiculi in porta arcis quam condiderat

Hanc Dux Berchtoldus portam struxisse notatur,

A quo pro fraude Burgundia depopulatur.

Tandem Fridericus I. AEnobardus Imp. cum huius Re-
ginaldi filiam vnicam Beatricem duxisset, pacem inter
ytrumque principem, his terminis, posuit, vt Reginaldus
Burgundiae eam partem teneret, qua Burgundiae Comi-
tatus nunc seruat nomen: Burgundiam Minorē, siue qua
in Heluetia sunt, Berchtoldus haberet, auctor Otho Frisin.
& Gunterus supranominatus.

Has inimicitias tandem sub tempore nostro,

Regia sopiuit tali sollertia pacto.

Scilicet, vt geminas illis in finibus vrbes.

Lausannam, gelidamq[ue] sitas in rupe Gebennas*

Berchtoldus

*Berchtoldus regeret, reliquas Reinaldus haberet.
Hanc reor ob causam, regni pro parte vetusti,
Maluit Allobrogum Berchtoldus Rector haberi,
Quam Comes; in solio Reinaldus nomine mansit.*

Otho Fris. tres Ciuitates inter Iuram, & montē Iouis, siue S. Bernardi, Berchtoldo traditas meminit, duas, Laufannam, & Gebennam nomine expressit, tertiam subticuit. Arbitror autem fuisse Sedunum. Nam ea forte causa fuit belli Valesiani. Berchtoldus verò fortiter rempublicam administrauit, omnibusq; bellis Italicis, quæ grauissima habuit, Imperatoris vexilliferum se gessit, magno semper apud eum in honore, & amore. Et aduersus externos principes ipse facillè par, apud suos vix nomen, & auctoritatem tueri potuit. Quapropter non leues iniurias ab nobilitate Burgundica, quæ principem alienigenam, ignotæ linguæ, & moris, acerbius ferebat, passus, frenum petulantia eorum, & insolentia ponendum existimauit, moxq; Friburgum urbem, loco munito, & inaccessibili condidit, eo situ, vt cum vndiq; nobilitatis arcibus circumcingeretur, omnibus commendaret, de qua pluribus suo loco. Bellū verò cum Valesianis, qui eius in Episcopatu præfecturam, & Iurisdictionem supremam agnoscere nolebant, acerrimum suscepit. Sed proditione, & fraude quorundam in exercitu Ducum, maiorem copiarum partem perdidit, vixq; cum paucis, per secreta, & abrupta montiū elapsus fuga sibi consuluit. Vt demum firmiores eius opes essent, amicitiam, & adfinitatem cum Humberto III. Sabaudia Comite VI. coniungendam putauit, illiq; Germaniam, siue contracto nomine Annam filiam in matrimonium dedit, quæ Comiti Agnetem peperit, Ioannis, Henrici II.

*Quæ olim
notum in his
partibus
interuenit
inter ipsos
Friburgum
& Heluetios*

A. N. D.
clocclxxxix.
Friburgum
conditum.
A. D. N.
clocclxxxii
Valesianum
bellum.

A. D. N.
cl. clxxxv.

Angliæ regis filij sponsam, deinde verò vitam deposuit, in cuius locum, nomenq; venit filius

**BERCHTOLDVS V. ZAERINGIÆ DVX,
ET RECTOR BVRGVNDIÆ III.**

Huius opes amplissimæ, & potentia, præ ceteris Principibus, hoc tempore, maxima. Ea de causâ contra Philippum Aenobardi f. auctoritate Innocentij III. Pont. ad imperium vocatus, negavit sibi placere. Futius ratus ea, quæ essent, per quietem possidere, quàm alienis inhiando in propriorum discrimen venire. Sed huius apud nobilitatē nō minor, quàm patris invidia fuit, quam ob causam exemplū paternum secutus, primò Minnidurum, vulgò Milden, & Burgdolfvicos, mœnibus cinxit, & opida fecit, deinde, sequenti anno, Bernæ fundamenta, viginti circiter passuum millibus à Friburgo ponere constituit, & perfecitq;. Bellum cum Valesianis continuavit. Sunt auctores qui nouum cum Comitē Sabaudia inceptissè prodiderunt, victumq; ab eo. Sed eorum parum proba, vt in alijs, ita, hac quoq; parte fides. Othoni verò Imp. cum Abbate S. Galli belligeranti se adiunxit. Habuit ex vxore Comitissa à Vogburg, filios duos, Fridericum, & Berchtoldū quos annales pleriq; Heluetiæ prodiderunt veneno periissè, nobilitatis fraude. Sepulti sunt in basilica S. Ursi Salodori. Eius cum sine liberis discessisset vltimus suæ gentis Zæringiæ Dux, & Burgundiæ Rector, hereditatem adierunt sorores. Vna Aegoni Comiti Furstēburgio nupserat, quæ accepit, quæ circa Harciniam sunt: altera Vernero Kiburgio Burgdorffi Comiti, qui cetera quæ in Heluetia, Auenicis, & Verbigeno obrinuit. Obiit verò Friburgi Brisiacorum, vt hic notat versiculus, qui etiam eius mortis annum præ se fert.

CMM

A. D. N.
cl. cxviiiA. D. N.
cl. cxci.
Paradinus
chronico.
Sabaud.A. D. N.
cl. ccviii.

Hic iterum
nobilitas
fida

A. D. N.
cl. ccviii

Cum bis sexcentis ter senis iungitur annus

In Friburg moritur Berchtoldus Dux Alemannus

Heluetia tūm variè diuisa, & pleraq; in Auenticis Sabaudia Comites sibi vindicarunt. Petrus enim Comes Sabaudia X. à Beraldo, qui ob animi magnitudinē paruus Carlo magnus cognominatus, primo Agnetem principis Faucinaci filiam vnicā duxit vxorē, cuius proinde creuit hereditarē. Dein Gæstij comitatū, aut potius baroniā veltigalē sibi reddidit. Tūm ab Eubalo Gebennensi, iura in eū comitatum adeptus est: dimidiumq; Laufannæ cum Ioanne Ciuitatis Episcopo, æquis transactionibus pactus est. Aduocatiā opidi Paterniaci, & summum totius iurisdictionis imperiū eiusdē opidi Antistes vltro obtulit, vtq; susciperet deprecatus est. Cætera minis, partim deditioe, sub potestatem redegit. Quorum omnium ias supremum, legitimamq; possessionē Richardus Anglus, qui ad Imperium vocatus erat, cōfirmavit Maguntia. Ad eū n. insueto cultu cōcesserat, eā ob causam, tū ad finitatis memoria, vestitus semiferreus erat, & semiauratus, cuius rogatus causam, responsum dedit, auro Cæsare ornare; ferro sua se defendere. Idem Petrus cūm ei se Bernenses, Kiburgiis, & Habsburgiis premētibus, dedissent pænē totius Heluetiæ, quæ Iurasso, Arula, & Rhodano includitur hoc est, quantum Burgundiæ habuerant Comites, imperio complexus est.

*De origine, causaq; libertatis Heluetiorum, primoq;
Trium Ciuitatum Vrania Surtia, Siluania
fœdere.*

C A P. XV.

MOrte Berchtoldi Zæringi non solūm Burgundia Minor sine Rectore, sed etiam præfectura Imperij

A. D. N.

clō ccxxx

III.

A. D. N.

clō cexl.

A. D. N.

clō cclix.

A. D. N.

clō cclxi.

A. D. N.

clō cclxii.

*Deus
dux Sab.*

*# id est
numeron
So à Ba
valdo m
mo sua
Comite
Sab.*

A. D. N.

clō cclxvi.

Multa huius

Comitis

virtutes, sed

eius laus non

minima,

quod regio-

nem Auen-

ticensē à

grassatoribus

liberavit,

euerſa arce,

opidi Rus, in

quam se re-

ceperant.

Tigurina præfecto spoliata est, proindeq; Heluetia omnis sine certo capite. Sed hanc postea Habsburgij Comites, cum ad Imperium venissent, Sueviæ Ducatui, quem eadē opera erant consecuti, inclusere illam, vt diximus, vsq; ad Arulam Comites Sabaudia inuasere. Verum enimvero præcium me operæ facturū arbitror, si, quis omnino fuerit XIII. Ciuitatum status, ratioq; per hæc tempora, adeoq; totius Heluetiæ, ante oculos proposuero. Idque eò magis quòd tum primum pleræq; caput attollere, seq; aut in libertatem constituere, aut quam habebant stabilire, & cōfirmare cœperunt licentia temporum & Friderici II. abdicatione. Et vt à Tigurino ordiar. Vrbs ipsa pagi caput, Collegiis Monialium, & Canonorum subiecta, quibusdam quæ à regibus, & Imperatoribus acceperat, interea priuilegiis vtebatur. Regionem tenebant fermè Comites Kiburgenses: quorum vltimus, cum, eadem tempestate, sine liberis discessisset, Rudolphum Comitem Habsburgiū, qui post imperauit, ex sorore nepotem, reliquit heredem. Toggenburgensium etiam magnæ, iis partibus, opes, & Abbatum S. Galli, quibus Abbatiscellani, & bona superioris Turgauia portio parebat; erāt & Comites Rapertiuilenses. Tenebant Tugium, & opido vicina Habsburgij, Suitiorumq; partem Cussenacum, Artam, & Stein vicos, erat & Collegio Beronensi aliquid, iis in locis, iuris. Vrania propè tota Collegio Monialium Tiguri, aut Vettingensi monasterio addicta, nonnulla etiam Beronensibus tenebantur. Iam Luceriam pagi Urbigeni, cum pleraque regione, & vicis propinquis Murbacenses possidebant. Siluania vtraq; ad Collegium Lucerinensium Canonico-rū pertinebant, præter quæ Beronenses pariter habebant. Regionem propè totam Comites Habsburgij occupabāt, nempe

Heluetia sta-
tus sub Fri-
derico I I.
Imp.

A. D. N.
cl. cclxij.

nempè Comitatus tres Habsburgensem, Badensem, & Lentzburgiorum. Erant & barones à Volhusen & Eschenbach quorum diuitiæ amplæ, cetera tenebant Comites Kiburgij, qui Burgdorffi agebant, ab Arberga, Nidouio Buochs, & Falckenstein. Berna, & Friburgum pagi Auenticensis, quas Zaringi non multò antè condiderant Imperioq; donarant, per æmulationē, illa quidem Comitibus se Sabaudia: illud Kiburgiis, sponte sua, subiecerant. Salodorum Collegij Canonicoꝝ. Vrsi erat: Auentici omnes Comitibus Sabaudia:, Gruerienti, Neoburgensi paruere, tum baronibus Granfonio, Serratiensi & Fundano, pauci Episcopo Basiliensi. Antuates omnes aut supræmorato Comiti Sabaudia:, aut Episcopo Lausanensi regebantur. Basilia deniq; & Schaffhusia: hæc quidem monasterio omnium sanctorum, illa Episcopo subiecta erat. Hæc ferè XIII. Ciuitatū ratio tempore Friderici II. Imp. vt pleræq; scilicet monasteriis, Collegiis obligatæ essent, aut Comitibus vicinis parent. Nobilitas verò per illam tempestatem in Heluetia tanta, vt præter dictos Comites, baronesq; numerarentur stirpis Comitū, & originis, vltra quinquaginta, barones centū sexaginta, nobiles, & equestris ordinis vltra mille ducentos. Verùm vt monasteria & eadem Collegia pleraq; Imperio R. sine medio subiecta, nec alteri quàm Imperatori vt domino, aut potiùs aduocato tenebantur, ita etiã iis obligati, quàm Imperatorem alium agnoscebant neminem, adeoq; fermè liberi omnes, & seruitutis expertes erant. Sed postea cùm idem Fridericus primò Communione piorum exclusus esset, tum auctoritate Summi Pontificis imperio excidisset, multæ vt per Italiam, ita Germaniam, & præcipuè Heluetiam turbæ, dissensionesq; inuasere, iis verò potissimū in vrbibus quæ

Sawa et
Font.

Friderico III.
Imperium
abrogatum,
concilio Lug-
dunensi.
A. D. N.
c13. ccxlv.

Obiit.

A. D. N.
c13 ecl.Interregnum
inde anno-
rum XXIII.
ad Rudol-
phum I. Co-
mitem Hab-
burgensem.

Ecclesiasticis obnoxia. Nam cum illi Pontificis interdicta tuerentur: alij Imperatorem sequerentur, discidia, hinc, & contentiones, & plerumq; alterius partis exilio controersia finiebantur. Qua occasione, cum iidem qui Imperatoris partes defenderent, facile ab eo qua vellent consequerentur, tum vero quidquid ferè iuris aut dominij in reipublica administratione habuerant, aut Canonici, aut monachi in se transtulerunt, vsurparuntq; Ita Tigurini, ita Salodorense, ita Schaffhusiani, rempublicam, senatum, consules, aut Burgimagistros aliosq; magistratus, qua Ecclesiasticorum iura erant, pro suo arbitratu occupauere confirmante, & adprobante Friderico omnium Ecclesiasticorum, Religiosorumq; adeoq; omnis religionis acerrimo hoste. Tres ciuitates (de iis enim mihi nunc quidem præcipua sermocinatio, quando hinc foederum origo) Vrania, Suintia, Siluania, cum hætenus statu libero egissent cæsus, reditus, cetera officia monachis, aut Collegiis præstitissent, in reliquis tantum Imperatorem, & Imperium aut Imperialem Præfectum, siue ut vocat Henricus VII. Imp. prouincialem Aduocatum cognouissent, his contentionibus non solum Friderici partes secuta, sed ut ab eo in peculiarem eius, & imperij protectionem susciperentur deprecata sunt, & cum sua laude obtinere. Vraniorum tale priuilegium. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, Hierusalem, & Sicilia rex, vniuersis hominibus vallis in Vre, fidelibus suis, gratiam suam, & omne bonam. Literis, & nunciis ex parte vestra receptis, & via ad nos conuersione, & deuotione assumpta, expositis, & cognitis per eosdem vestra pure voluntatis affectu fauorabilis concurrimus, & benigne deuotionem & fidem vestram commendantes non modicum, de eo quod Zelum quem semper ad nos, & imperium habuistis, per effe-*

Friderici
Imp. priuilegium
Vraniorum datum.

etiam

Etum operis ostendistis sub alas nostras, & imperij, sicuti tenebamini confugiendo, tamquam homines liberi, qui solum ad nos, & imperium respectum debeatis debere. Ex quo igitur sponte nostrum, & Imperij dominium elegistis fidem vestram, patulis brachijs, amplexamur, favoris, & beniuolentia puritatem vestris sinceris affectibus exhibemus, recipientes vos sub nostra speciali, & Imperij protectione. Ita quod nullo tempore vos à nostris, & Imperij dominio, & manibus alienari, ve extrahi permittimus. Dantes vobis certitudinem, & plenitudinem gratia, & favoris quam benignus dominus effundere debet ad subditos, & fideles. Vos gaudeatis in omnibus, dummodo in nostra fidelitate, & seruitijs maneatis. Datum in obsidione Fauentia an. 1240. mense Decembri Indict. 14. Mortuo deniq; Friderico, cum illo longissimo Interregno quod ad Rodolphum Habsburgium intercessit, Germania, vniuersumq; Imperium veluti sine certo Rectore & gubernaculis fluctuaret, grauissimisq; dissensionum, & bellorum procellis agigaretur, adeoq; quidquid liberet, idem licere vulgo putaretur, non solum tres ciuitates sed pleraq; florentes & opulentæ Imperij vrbes, & reipublicæ libertatis, & fortunarum discrimen adiêre. Quapropter tres quidem sapientis dictæ ciuitates Rudolphum Comitem Habsburgium, oblato stipendio belli, & libertatis suæ ducem, & vindicem adsciûere, magnum & militiae laude celebrem, ea tempestate virum. Eundem suis opibus Tigurini, Basilienses & Argentineses præfecerant. Atque his omnibus cum vicinis, aut contrariæ factionis, acerrimum bellum. Figurinos Regensbergensis ex propinquo nobilis, & opulens & occasionem nactus, adfiduè incurabat. Argentineses ab Episcopo exagitabantur Basilienses per sectas Stellæ, & Pfittaci inter se diuisi: & stellatorum pro-

A. D. N.
 cl. ccl.
 Interregnum
 & que tum
 gesta.

A. D. N.
clj cc.
lxxii.

Rodolphi
privilegium
Suiuis datū.

pugnator Rodolphus. Sed dum Basileam obsidet, tãdem cum omnibus Diis beneuolentibus Imperator Romanus adpellatus pacis, & tranquillitatis spem certam ostendit, stabiliuitq;. Trium is ciuitatum, cum earum operam bellis Auftriacis probasset, & sæpe aliàs expertus esset, priuilegia confirmauit, auxitq;, vtq; de iis nemo seruilis conditionis, tamquã in homines liberos, iudicare possit diplomate constituit. *Rodolphus Dei grata Romanorum Rex, semper Augustus, prudẽtibus uiris vniuersis hominibus uallis in Suis, libere conditionis existentibus, dilectis suis fidelibus gratiam suam, & omne bonum. Inconueniens nostra reputat Serenitas, quòd aliquis seruilis conditionis existens pro iudice uobis detur. Propter quod auctoritate regia volumus ut nulli hominum, qui seruilis conditionis extiterit de uobis de cetero iudicia liceat aliqualiter exercere presentium testimonio literarum, quas nostra Mæstatis sigillo iussimus muniri. Datum in Badẽ anno Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo primo. Regni uerò decimo octauo. Id autem ea factum ratione quòd cum, iis in regionibus, Monasteriorum, & Collegiorum præcipuè opes essent, & iura, plerumq; constituiebant aliquem ex suis additis fidelissimum, qui eas tractaret, aut cognosceret. Quod hoc rescripto vetuit, libertati Heluetiorum maximè consulens Rodolphus.*

Rodolphus
primus uerus
libertatis
Helueticæ au-
ctor.

Tradidẽre quidam antè dicto Interregno nobilitatem è trium Ciuitatum finibus eiectam, quod hinc falsum esse cognoscas, quod nunc quoq; & postea maxima, iis partibus, esset, vt uidebimus, & non minor eam libertatis cura semper attigerit, adeoq; hoc tempore summũ magistratum gerebat apud Vranios Vernerus baro ab Atthingusa, apud Suiuos Arnoldus Stauffacherus ex nobili, & antiqua eius Ciuitatis familia. Rodolpho regi cum Kalendis Iunij diem

A. D. N.
clj ccxcl.

diem obiisset, successit electione quidem legitima Adol-
 fus Nassouius: hereditate, an dominandi libidine Albertus
 Austriacus Rodolphi f. Hinc noua factionum & dissensio-
 num fax accensa quæ non nisi alterius interitu penitus ex-
 stincta est. Adolphum agnoscebant Abbas S. Galli, Tigu-
 rum, Salodorum, omnes Rhæni ciuitates Argentinā vsq;
 tum præcipuæ Germaniæ vrbes, Comites Rudolfus à Mō-
 te forti, Mangoldus Nellenburgensis, aliiq; extra, & intra
 Heluetiam, plures nobilitate, & opibus præcipui, tres etiā
 Ciuitates: Alberto contra adhærebant tota Rhætia, Sue-
 uia, Elsatia, tum verò omnis nobilitas vtriusq; pagi Vrbi-
 geni, & Tigurini. Cæso, secundo Iulij, Adolpho, tenuit
 solus Albertus. Is numerosa prole, siue inexplibili cupi-
 ditate initio statim Imperij de principatu in Heluetia con-
 dendo, & superiori Germania, cogitare cœpit. Et facillè vi-
 debatur, vt Imperatori, & hereditatibus paternis admo-
 dum opulenti. Iam enim in pago Tigurino possidebat Co-
 mitatum Kiburgensem longè nobilissimum. In Urbigeno,
 Comitatus tres habebat, Habsburgensem, Badenensem, &
 Lentzburgensem. In Sequanis Landtgraffiatum superio-
 ris Elsatia. Credebat etiam quæcumq; iuris Imperialis, aut
 domini, iis in partibus, essent, posse principum Imperij
 consensu sibi, aut liberis in perpetua feuda conferri,
 aut iure proprietatis adsignari. Sed vt procliuus ad desti-
 nata descenderet, primò agere cœpit cum Episcopis Ar-
 gentinensi, Basiliensi, Constantiensi, Curienti: Abbatibus,
 & Collegiis S. Galli, Eremi, S. Blasij, Disentisij, Fabaria,
 Augiæ vtriusq; Vettingæ, Muri, Interlacus, Certiaci, Seck-
 ingæ, Tiguri, Beronæ, Schennisij, Murbaci, &c. vt quam
 his regionibus iurisdictionem, aut proprietatem haberet,
 sibi venderent, aut se, liberosq; pro Aduocatis perpetuis,

A. D. N.
 clo cccx
 viii.
 Alberti de
 condendo in
 Heluetia
 principatu
 consilia.

& protectoribus suscipere Pari arte in deuinciendis, & subiciendis Comitibus, à Vilisouio, à Rotenburgo, & baronibus, à Regensberg, Eschibach, Arburg, Volhusen, &c. utebatur: impetrauitq; si S. Gallum, & Tigurinos demas, quæ petierat, pleraq; totamq; adeò propè Heluetiam in se conuertit. Nam quis repugnaret nouo Imperatori, & victoria Nassoniana insolentiori, totiusq; Sueuiæ, & Austria incrementis latepotenti; Et superiorum discidorū, & malorum memoria recēs ante oculos versabatur. Itaq; Murbacensis primus Berchtoldus à Falckenstein Abbas Lucernam, cum aliquot vicinis pagis ei vendidit. Interlacensis tradidit opidum Vnderseuam, itemq; Vspum, Oberhoffen, Grimmenvald vltra Brunicum. Abbas Eremita Ioannes, & Conuentus ipsum, & eius posteros Aduocatum recepit. Idem fecit Abbatissa Seckingæ, illiq; Glaronam perpetuum feudum donauit: Comites à Vilisouio & Roturburgenses, suos Comitatus: Barones à Volhusen totam iurisdictionem Volhusen, Trubariam, Entlibuoch, Rufsul tradidēre. Alij in tutelam se tradidēre vt Comites à Strasberg, Nidou, Arberg, Kiburg, Burgdorffi, & Duni domini, pleriq; nobiles, promittere auxilia omnia, arces suas apertas, ipsum deniq; & liberos pro supremis dominis, *Landsherren*, habituros. His ita ex animi sentētia comparatis, tum demum oculos ad tres Ciuitates sæpius memoratas Vraniam, Suitiam, & Siluaniam adiecit iam illis parum amicus, quod Nossouiu, vt diximus, fouissent. Sed vt eas facilius subiiceret Vettingæ Abbati, nā Tigurini abnuerāt, quæ apud Vranios habebat traderet sibi, persuasit. Idem præpositum, & Collegiū Lucerinū vt facerēt, in iis quæ apud Siluanios superiores, & inferiores possidebant, adduxit. Beronenses etiā quos habuerant census, & iura in eadem.

eadem Ciuitate, quæq; apud Suios Arteses, & Cuses naci resignauere. Fabariæ abbatem Cunradum quam in vico Veggis, ad lacum Lucerinum & vicinis iurisdictionem tenuerat, sibi permitteret compulit. Liberam deum Imperij præfecturam Vrsariæ ad S. Gotthardū quæ morte vltimi Comitum Rapertiullæ ad Imperium redierat suis liberis in feudum perpetuum dedit; Vestigalia quoq; à Summitate Gotthardi Lucernam vsque, quæ Imperij erant, suis vindicauit. Ita tres Ciuitates veluti retibus aut circumdedit, aut implicuit. Tum verò ad eas legatos pro deditioe destinauit. Neque illæ iam vt tyranno, aut illegitimo Imperatori aduersabantur. sed Imperij R. membra esse se, nec ab eo alienari posse, non item priuatæ potentie, aut domui Austriacæ subiacere. Legati consensū reliquarū Ciuitatum, Comitū, Nobilium, declarare, simulq; ne discessionē solæ facerent, adhortari, omnia humanitatis, & beniuolentiæ signa ostendere, nec minora ab Austriacis præsidia, & incrementa, dignitatesq;, quàm ab Imperio pollicebantur. Illud propter Electorum factiones, in varia plerumq; trahi, nonnumquã distrahi, & bellis flagrare ciuilibus: Austriacæ familiæ eas opes esse, viresq; quæ nõ solū tuendis suis satisfaciant, sed etiã Imperio pares sint. Protectores, non dominos fore, amicos non oppressores. Huius legationis principes baro à Liechtenberg, gubernator Elsatia, & baro ab Ochsenstein Imperatori à secretis. Responsum datū Ciuitates tres in Imperij, & Imperatoris, vt eius capitibus, quātū priuilegia permitteret, volūtate, & obedientia fore cetera procul habituras. Si quos redditus, cæsus, alia iurisdiction. officia, aut obsequij munera debeant, siue Austriacæ domui, aut eius clientibus. cū fide præstaturas. Alienationes verò ab vnus Imperij tutela priuilegiis suis oib. prohiberi.

Albertum legatos ad tres Ciuitates destinauit.

Legatorum oratio.

Ciuitatum responsum.

Quòd si aliquid contra Ecclesiastici, aut alij quibus teneantur consenserint, concesserintq; non teneri se existimare. Rogare deniq; Imperatorem, ne hac quoq; licet exigua, Imperium parte imminutū velit, imò quas pater, & præteriti reges, & principes immunitates, & priuilegia, aut dederunt, aut probarunt eadem ipse confirmare haut abnueret. Aegrius responsio hæc inopina Albertum regem habuit quàm aut res postulare videbatur, aut ipse iudiciū faceret. Nam hoc modo non solum se petitione exclusum videbat sed etiam quæ antè obtinuerat apud Collegia, & Monachos irrita reddi. Itaque quod, hoc tempore, & benignolentia impetrare non potuit, alio, & importunitate extorquere animum induxit. Quia verò tanti facere Imperij nomen videbantur, vt ab eo separari nollent, Imperij nomine tribus Ciuitatibus Præfectos delegit duos: re noua, & cunctis attonitis, Gæslero Equiti Suij, & Vranij attributi: Siluanij Peregrino à Landenberg obuènere. Illi sedes in arcè antiqua supra Cussenacum: huic supra Siloam Sarna, infra Rotzēberg habitationi fuère. Arx vtraq; Collegij Lucerini: in iis Maiores suos habebant; postea Austriacis cultæ, & præsidio munitæ. Antea tribus Ciuitatibus ius rerum criminalium, & quæ ad Imperium pertinere videbantur, vnus tantum dicebat, cuius iurisdictioni plerumq; Tigurini, aliæq; liberæ, & vicinæ Ciuitates adiciebantur. Nec illi in Heluetia, nisi rarò, sedes, plerūq; extra agitabat. Quotannis semel, aut sæpius, vt negotia postulabant conuentus agitabat, aut ad eas inuisebat, non aliter atq; nunc plerisq; Imperij liberis Urbibus, & cetera Vicariis de populo, qui liberæ cōdicionis essent, administrabā. Sed præfecti ab Alberto dati mites primò, & animis ad humanitatem comparatis, mox ad asperiora conuersi, postremò tyranni.

A. D. N.
 1200. ccc. i.
 Albertus
 misit Præfectos
 in tribus Imp. ciuitatibus.

A. D. N.
 1200. ccc. lxxviii.

rannidem habuere. Idq; eò confidentiùs quòd vndique Austriacis cinctæ, nec aliud auxilia, nec ipsi regi, aut domui Austriacæ viribus pares, aut contendere posse viderentur. Itaque leui admodum causa, ad vincula damnare, extra fines Lucernam, aut Tugium in carceres rapere, executionibus priscais premere, nouas imponere, in populariũ que rellis obsurdescere, libertatem & eius cetera per vim infringere. Omnia conscio, & annuente Alberto. Hæc in omnes singularia per libidinem non pauciora. Erat apud Siluanios ciuis Henrico à Melchtall viro fuit nomen, à valde sic dicta, senecta, ætate, & opulenti, libertatis, iurisq; antiqui, & moris tenax, multa apud suos fama, & auctoritate. Ad eum Landenbergerus præfectus famulum misit, qui aliquot bouũ iuga abduceret, (audierat enim eximia formæ esse.) Negare ille alicuius se culpæ ad finem, nec quemquam leges inauditum punire aliaq; dicere, quæ vim molientem retunderent. Exarsit famulus ira, & vecordia, moribusq; ad ingenium heri concinnatis, stiuæ ipsi succederent rustici, aratrumque pertraherent minaci voce infremuit. Offendit Henrici filium, Arnoldum nomine, iam annis maturum, serui insolentia, & mandati atrocitas, stimulumq; quo boues agebat, in eum conuertit, & egregie pulsato digitum, fortè pollicem, excussit, mox tyranni non ignarus ad Vranios fuga delapsus est, vbi apud amicos delituit. Nec sic tamen vindicta nõ sumpta, pœna filio parata, in parentem congesta, oculiq; per vim homini innocentissimo capite euulsi. Cætera bonorum adempta. Sauiitia Landenbergerus, effreni lubricine flagrabat vicarius eius, nobilis à Volsenschies quem Rotzenbergæ arci præferebat. Is in vico Altzele Cõradi Baumgartneri vxorẽ forma, vt iis regionibus, non vulgarem sceminam conspicatus,

Præfectorum
gesta & ty-
rannus.

A. N. D.
clb cccv.

aestuare, praua cupiditate, cepit, mulieriq; , cognita mariti
 absentia, fessò sibi, & sudore per anni tempus diffluenti,
 (Angelberga monasterio Rotzenbergam cum duobus
 famulis redibat) vt balneas pararet, cõpulit. Iamq; ibi erat,
 vt ad cetera cogeret, nisi Cûradi aduētus interpellasset.
 Sumtum ab adultero impacta securi, eodē loco suppliciū,
 præsentius quàm de Tarquinij filio Romæ. Nec Landen-
 bergero præfecto vlciscendi facultas, aut consiliū, infamia
 superante, fuit. Eques Gæslerus apud Suitios Vraniosque
 non mitiori ferocia regnabat. Steinā vicū Suitiorum cum
 fortè transiret in Vernerii Stauffacheri nobilis viri, & cuius
 pater Arnoldus supremum magistratum in eadem Ciui-
 tate multos annos gesserat, domum paulò sumtuo sius,
 non multò antè ædificatam oculos conuertit, cuiusq; ea
 esset, rogauit. Aderat Stauffacherus, præfectiq; animum de
 vultu coniectatus, quem aliis iam sapius notis sibi parum
 æquum aduerterat, vocem, animumq; moderās, Regis eā
 domū esse respondit, eius sese liberalitate, & indulgentia
 possidere. At ille indignatus, se omnium iam quidem esse
 dominum, voce, vultuq; pro animi affectione compositis,
 iactauit, neq; vltra passurū, vt quo vellent modo, tãquàm
 possessores agerent, habitarent, ædificarentq; factis verba
 mox comprobaturū. Stauffacherus qui, quod suspicatus
 erat, apertè se Præfecti maleuolentia premi cernebat, rebus
 suis consulere, & libertati iam in vltimū adductæ remedia
 quærere constituit. Vraniā eā ob causam profectus, cum
 quæ ibi gererentur perconctatus esset, non minùs Gæsleri
 odiū, tyrannidē etiā maiorē, & superbiam, (quæ omni crus
 delitate intolerantior cordatis) offendit. Gæslerus enim
 præter quod arcē supra Altorffum, Vraniorū maximū vic-
 cū, condebat, quā in irrisum, & iniuriā gentis, Vraniorum
 iugum

iugum vocabat, ceterorū malè conscius, cū inde cōspirationē & insidias metueret. Altorffī, loco publico, prope tiliā imposito in perticā piteo, cū, qui Imperatori & sibi deberetur, exhiberi honorē, additis custodibus, præceperat, negligentes, aut abnuētes in vincula duci. Hoc animis explicandis haut vulgare symbolū ratus. Accidēre hæc circa festū Iacobi, mense Iulio. Igitur secretò cū Valtero Furstio antiquo amico Strauffacherus super rerū statu collocutus Arnoldū quoq; à Melchtal, quem Siluania cō fugisse diximus, in consiliū, auxiliūq; adsumere placuit. Hi tres iureiurando, sua sponte, adacti nisi excisa tyrannide vitā nō toleraturos, libertatis tū quidē Heluetiæ prima cōsilia iniēre. Spes ab initio obscuræ; omnib. vicinis volūtaria seruitute obligatis, summa Imperatoris potētia, rebus florētib. Populariū contra virtus, & regentū odia animos rursus attollebāt. Cōparādos facinoris socios, nō defore successus semel aggressis. Libertatis oppressiæ desideriū grauius esse: pro fortunis, aris, & focis certātib. vires semper suppeditare. Imperatori se, & Imperio, non tyrannis iuramento, & legib. teneri. Nihil magnū sine periculo esse. His, & similibus inter se disputātibus, celeritate, destinatis exsequēdis, potius nihil esse videbatur. Sed arces Siluaniaē duas Arnoldus ostēdebat locis munitis, præfidiis firmas. Si iis expugnādis tempus ponendū sit, mox ad futuros ultores, & hostes, tū verò funditū pereundū. Animis irritatis iustā fore tum in extremam seruitutem redigendi causā. Astu paranda quæ vires negarent. Id facile esse si ad Kalendas Ianuarias sequentis anni mora fiat. Strenis enim tum deferendis arcibus portas, nulla magna custodia, omnibus promiscuè patere. Intereā sibi quisq; quos posset optimos, & fortissimos in conscientiā, fidēq; tam egregij operis adscisceret.

A. D. N.
1636.Sot Guil
Calmg HallArnold
Furstio
Melchtal

Libertatis
Helueticæ
fundamenta
& auctores.

Placuit consilium, sicque discessum est. Ista sunt libertatis Helueticorum fundamenta, tribus his auctoribus, Venero Stauffachero Suitio, Valtero Furstio Vraniensi, & Arnoldo à Melchtal siluano, his nempe de causis, iureq; , & necessitate, ne quis à furiosis, & rebellibus rusticis, quod iniquè vilia quædam mancipia calumniantur, factum patet, exiguo adparatu, & loco obscuro, Ruttelismatten nomē est, prope Mitlerstein, è conspectu fermè Brunnae vici Suitiorum, quæ fundamenta, & initia non solum Heluetiam omnem complexa, sed magnam Sequanorum, Rauracorum partem, Rætiam vniuersam, & Valesiā, Germaniæ vrbes non pœnitendas, in eam se altitudinem, & firmitatem extulerunt, vt à nemine hæc anno Domini cL. ccc. vii. mense Septembri.

Nobilibus
trium Ciu-
tatum non
minus infen-
si Præfeli.

Neq; verò minor in nobiles, & præcipuæ auctoritatis, opumq; , Præfectorū insolentia erat, Nobilissimi apud Vranios barones ab Attinghusen, ab Utzingē à Schuintsberg. Equestris ordinis, nobiles à Silinio, Mos, Sedorf, Spiringē: Maiores ab Ortdsfeld, à Burglen, plurimi alij. Apud Siluanios nobiles à Rudens, Hunvvyi, Valtersberg, Maiores à Sarnen, Sachsten, Buochs, alij, apud Suitios nobiles ab Ibergà Stauffacher, ab Hunen. Hi omnes non mitiores habebant Præfectos, & Austriacos, quòd sua priuilegia tuerentur, quòd se ab Imperio auelli non paterētur, quòd se in clientelas alienas tradere recusarent, quòd plurimi tota Heluetia, vt vidimus, fecerant, quòd etiam à popularibus starent. Hinc eos rusticos, & agrestes nobiles, ex rustica progenie, censuq; , & moribus per ignominiam vocababant, vt his, & aliis iniurijs, & contumelijs incensus baro Atthingufanus, tunc Landtammanus Vriorum,

sapientis

sæpius in has voces proruperit, Maiorem vim, & insolentiam esse quam viri ferre possint. Sed dum ista passim geruntur accidit Vranix res admiratione dignissima, si eue-
 tum spectes, miseritudine, si periculum. Gulielmus Tellus Burglen vico Vraniorum oriundus, duobus supra Altorffum circiter passuum millibus, loco honesto, & familia, fortè pileum præfixum in foro Altorffi, vt diximus, præterierat, nec alium honorem præbuerat. Incertum mandati ignarus, an incogitans, vel suapte industria. Nec mora rapitur, in vincula coniicitur. Aduenit post aliquot temporis, xxx. videlicet Octobris Gælerus, Telliumq; in iudiciũ producitur: multis interrogatus cum eorum nihil, quæ petebantur aperuisset, subit Præfecto consilium quod vel æquissimum, & firmissimum animum labefactaret. Erant Gulielmo liberi quos paterno amore diligebat, ex quibus minorem tenerrimè complectebatur. Ipse Sagittandi illa regione, & tempestate non ignarus habitus. Eum puerulũ ex matris sinu abreptum, ea condicione, Gælerus tradit patri, vt vel pomum de filioli vertice, certo spacio, sagitta deiciat, vel secreta promat. Anceps periculum animum distrahebat, amore, metuq; pariter conflictabatur. Adfirmat sanè omnium se ignarissimum, condicionem autem quæ anteposita esset, omnem humani animi naturam, captumq; præcedere, nec fando auditum simile quid à nefarissimis tyrannis excogitatum: se potius quibus vellet cruciatibus de medio tolleret: mori quam paricidio manus contaminare præstabilius esse. Quid multa? compellitur ad vtrum velit. Ita arcum contendit, inuocataq; Numinis præsentia pomum ex capite decutit, intacto puero, cunctis adplaudentibus, lætitiãq; & commiseratione vix à lacrimis temperantibus. Sed quæ Tellium, ceterosq; me-

Gulielmi
 Tellis histo-
 ria.

tu, & periculo liberauerant, Gæsleri animum magis, magisq; ira, & indignatione inflammauerunt. Infixerat Tellius collibio iaculum, quæ res suspicionem mouit sciscitandi quis eius vsus esset, aut consilium, nec ipse tergiverfatus, continuoq; professus est, eam quidem sagittariorû consuetudinem pluribus vt instruatur telis, se fâmen, eo consilio, sagittam parasse, qua Præfectum traiceret, si in filium aberrasset. Inde Gæslero caussa Tellium nauibus imponendi, & ad perpetuos carceres, quatinûs vitam promiserat, si indicaret, Cusseniacum vltra lacum deportadi. Sed cum nanigâtes subitò diuinitûs, credo, suborta tempestas oppressisset, discrimenq; grauius esset, quàm vt fluctibus resistere posse viderentur, ipsum notæ nauigandi peritiæ hominem vinculis exsoluere, omnibus metu, & vrgenti periculo tremantibus, gubernaculoq; admouere placuit. Nec sibi defuit Tellius nauimq; agitaram secundû rupes impellit, dum in saxum aliquantû in vndas promitens incurreret, mox conuersa prora, & arcu correpto, attonitis omnibus, in petrâ illâ se proiicit, & curriculo se in montes, qui lacui incumbunt, attollit. Locus exitus monimento, & nominis Telliani celebritate clarus. Tandẽ, deficiente vento, & cunctis nitentibus, Præfectus magno labore, Brunnâ deductus est, qui proximus Suitiorum ad eundem lacum vicus. Inde in arcẽ Cusseniacû equo iter arripuit. Via propter vtrumq; lacû Louercianû, & Tuginû fermè plana, & aperta, licet anfractuosa. Cusseniaco non procul sensim in profunditatẽ concauâ ad surgit, in supremitate biuiû, nec alia transcendit ratio. Hic Præfectû ante currens Tellius cum præstolatus esset, iaculo incautû cõficit, rursumq; trepidis, & percussis metu famulis, eadem, qua venerat via, primò Suitiam, vbi exacta Staustacherum edocuit,

edocuit, tum latitabundus Vraniam deuolutus est. Locus
 cædis memoria pariter nobilitatus. Occasiones erant, ani-
 mi supererant familiares Gasleri trucidati, aliosque tyran-
 nidis suspectos, aut administratos finibus eiiciendi, sed Sil-
 uanienses arces nondum captui opportunæ. Vbi Kalendæ
 adsignatæ illuxerunt, die eius mensis Lunæ, demum in
 potestatem venêre. Rotzenberga ita occupata. Ea in arce
 ancilla erat, quæ per libidinem iuuenis Siluaniensis furtim
 abutebatur: Noctè inter alias condita, quæ Kalendas
 præcedebat, idem iuuenis adsumtis secum XX. sociis, so-
 lito signo, aduentum suum significat. Nec illa iners, aut ig-
 nara adulterum fune, quando vestibibus, & trabibus, cetera
 clausa, & firma tenebantur, vti consuevit, in arcis fenestrâ
 attollit. Congrediuntur. Non multò post, tamquam aliud
 acturus, cum spe reditus, cubili egreditur, & sociorum vz
 num, quos non procul abdiderat, eadem machina, & fen-
 estra in altum pertrahit, qui deinde reliquos. Ipse ad suâ,
 vt omnis suspicio abesset, continuò regressus est. Portæ, &
 omnes arcis exitus ne effugiendi, aut factum diuulgandi
 locus esset, tantisper custodia, & armis obsessi donec de
 altera arce nuncius adferretur. Nec illa minori dexterita-
 te, aut arte intercepta. Quinquaginta numero, eodem
 Kalendarum Ianuarij die, primo mane conuenerunt. Eo-
 rum viginti donis, & strenis plus solito onusti rectâ
 Sarnam tetenderunt, reliqui in Silua proxima, quæ ab
 alnis nomen tenebat Erlinsholtz, subsedêre. Obuius illis
 factus non multò extra arcem Landenbergerus, iuuenes-
 que inermes conspicatus, cum præter donatiua aliud vl-
 tra nihil suspectaret, omnibus collaudatis, arci succede-
 rent imperavit, Ipse institutum iter prosecutus est.
 At illi ingressi arcem, portis, & custodibus, totique

A. D. N.
 clv cccvii
 Siluanienses
 arces quo-
 modo occu-
 pata, & e-
 ueisa.

familiae manus iniecere, captiuosq; omnes, & ipsum Praefectum, ex fuga, in quam, tumultu audito, se coiecerat, retractum, cum extra fines perduxissent, cum omni re, & suppellectile familiari, exilio damnatos iureiurandoq; adactos numquam redituros, in perpetuum relegauere. Idem Rotenbergae factum, & postea apud Vranios, & Suiuos. Arces duae Siluaniae euerse, Vranenses pariter iugum, quod pararat Gaslerus, humeris excussere, & edificio nondum perfecto, a fundamentis euulso. Suiui quoq; arcem in medio lacus Louerciaci, loco amœno, & forti, diripuerunt. Ita omnia tyrannidis receptacula, ne memoria esset, penitus sublata. Tres Ciuitates, sequenti Dominica, in decennium nouo foedere coniunctae, articulis a tribus primis auctoribus compositis: tum vero ditiones suas, & fines munire, & contra oppressores, & hostiles impetus vndique circumvallare coeperunt. Principio Suiui contra Eremitas turrim pro firmamento in monte Sattel nuncupato eduxerunt, vtrumq; montem muro coniunxerunt, Idem contra Tuginos, & cognominem lacum, in valle subiecta, prope vicum Art fecerunt. Siluanij pariter lacu ripas vndiq; vallis, & sudibus clauserunt, turrim Stantzstadij ad excubias exaedificauerunt: aditus omnes ab aquis interceperunt. Caetera summæ alpes, & montium prærupta tuebatur. Vranij in secretiore valle vtriusq; opibus tuti. Albertus Imp. nuncio accepto, bellum facturus, & quos odio non paruo habebat, iam vltro iusta, vt sibi videbatur, causa oblata, aut penitus excisurus, aut ad arbitrium redactus, non iam scilicet sibi, hoc est, domui Austriacæ, sed Imperio rebelles, primò vt vicini tribus Ciuitatibus veluti Glaronenses, Tugini, Lucernates, alij com meatus interdicerent, belloque initium ponerent, imperauit, mox cum copiis, & quæ

ad subiugandos hostes essent, ad futurū. Et fecisset, nisi, eodem anno, Kalendis Mai. Bada rediens, vbi conuentum nobilitatis agitarat, belli causa quod cum Episcopo Basiliensi gerebat, & contra tres Ciuitates decreuerat, cum Vrsam traiecisset, Rhinsfeldā profecturus, vbi regina eum cum parte exercitus (reliqua pars arcē Fürstein eiusdē Episcopi, obsidebat) exspectabat, à Ioanne ex fratre Rudolfo nepote (quod ei paternū Sueuiæ ducatū, quē tutoris nomine hactenus tenuerat, adulto iam, & vice simum annū egresso, cum sæpius rogasset, restituere noluisse,) & coniuratis, pluribus vulneribus confossus interiisset. Princeps magnanimus, vtilis bello, vtpote qui præliis duodecim, quibus interfuit, aut præfuit victoriam semper reportarit; pacis non ignarus, si auariciam, ambitumque duo inter se diuersissima vitia, auferas, cum optimis conferendus. Locus vbi patrata cædes Monasteriis duobus celebratus, postea Campus regius, vulgo Kunigsfelden dictus est, medio Vindonissa veteris, vnde scilicet Habsburgiorū origo prima, & hereditaria sedes, quo quidem casu ita con sternatas ferunt Heluetiæ vrbes, vt tum demum, post tricesimum annum, portas clauferint, cum longa pace ita limo, hutoque in caspitem concreuissent, vt vix moueri posse viderentur. Post cædem Alberti cum ad septimum mensem Imperium sine capite fuisset, conuenere Electores ad Rhenum, votisque conuenientibus Henricum comitē Lutzensburgensem VII. eius nominis Imp. festo D. Catharinæ sublegere, qui inde Aquisgranum profectus, sequenti anno, festo trium Regum R. Rex coronatus est. Eodem anno triū Ciuitatum priuilegia confirmauit, Constantiæ, V I. Iunij, eodem nempe tenore quo tradiderat Fridericus II. & Adolphus probarat, sed quia, superior. annis, multa illæ per-

Albertus
Vindonisse
interficius.

A. D. N.
c13 cccix.

Vri, suis,
vnde vnde
vnde vnde
3. Ciuitates

Henrici pri-
uilegium
Vranis con-
cessum.

tulerant propter externa iudicia, cum modò Lucernam, nunc Tugium, aut aliò, à præfectis traherentur, cautione, edictumq; nouum addidit, ne extra vallium suarum limites ad quoduis iudicis tribunal, excepto Maiestatis suæ consistorio, cogi, aut rapi possint. *Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis hominibus vallis in Vre fidelibus suis dilectis gratiam suam, & omne bonum. Vestris inquietudinibus obuiare, commoditatibusq; prospicere fauorabiliter cupientes, dum tamen de vobis querulantibus iusticia debitum non negetur, vobis per presentes concedimus gratiosè, quòd ad nullius secularis iudicis tribunal (nostra Maiestatis consistorio duntaxat excepto) super quibuscumq; causis, seu negociis, extra terminos vallis prædictæ pertrahi debeatis, dummodò coram Aduocato nostro prouinciali intra fines eiusdem vallis parati sitis stare iuri, & facere quod dictauerit ordo iuris. Datum Constantiæ anno Domini CLD CCC. VIII. III. Nonas Iunij Indict. VII. Regni vero nostri anno primo. In eadem planè forma, & verbis, nisi mutato gentis nomine Suitiorum priuilegium eodem loco datum. Constituit verò Præfectum Imperialem siue Aduocatum Prouincialem Rodolfum comitem Habsburgensem, Lauffenbergæ dominum, Rodolfi quondam regis ex fratre Gottfrido nepotem. Quies intereà, aut pax malè fida, & frequentes Luceria in Siluanios, & Suitios, aut Glarona excursiones. Austriacis prætereà paterna cæde vlciscenda occupatis. Quain re ita debacchatos ferunt, vt non solùm infinitas arces, sed opida integra in Heluetia funditùs euertirint, nobilissimas familias, ad quartã vsq; generationem, inter quas Eschenbachia, Palmensis, Vartensis omnes baronum, radicitùs exciderint, innocentes cū nocentibus promiscuè supremis suppliciis adfecerint, Satisq; constat*

Faaruanga

Rod. Rodolfus Habsb.
ex eadē familia
quæ Rodolfus Fran.

Austriacis
in vindicanda
paterna ce-
de indulgen-
tia.

19
p

Faaruanga infra Surse opidū, clarissimorū baronū eius nominis arce, post varias oppugnationes à Leopoldo Alberti filio capta, quo se eorundem baronū ad fines, amiciq; aut clientes non pauci, licet coniurationis expertes, receperāt tamquā propugnaculo, vt ea erant tempora, inexpugnabili, præcipuæ nobilitatis, aut equestris ordinis, eodē loco & tempore vltra sexaginta, præter famulatum capitis dānatos, in cōspectu, & iussu Leopoldi principis: in arce verò Altburen Palmensis, haut inde procul, qui in ea reperti fuerāt vltra XLVI. pari supplicio interfectos, vltra deinde mille, & ducētos alibi pariter trucidatos, aut quo Austria: cum nomē imperiumq; non esset, coactos fugere, adeò vt viri virtute, & sanctitudine præstabilis postea fuerit audita vox, Austria:cos meritò videri pro illa in vindicanda paterna morte indulgentia, an seueritudine paternis, auitis que, & hereditariis in Heluetia sedibus excidisse. Successit his, mortuo in Italia Henrico, Imperatoriæ electionis xviii. Octobris. Francosurti variatio, quatuor Electoribus Ludouicum Bauariæ ducera, aliis Fridericum Austriacum Leopoldi fratrem nominantibus, qui vt votis aut æqualis, aut superior esset, statim Henricum Carinthiæ ducem, (quem Henricus Rex ex Boemia, quam vi tenebat, paullo ante eiecerat, data vnica eius regni heredi Ioanni filio, eodemque regem nominato) Boemiæ regem nuncupauit, Ludouicum inde adulterinum publicari. Hinc vndique dissensiones, & turbæ, vt diuulso Imperij corpore, animisq; Ab Ludouico faciebant omnes Rheni vrbes, excepta Colonia, cum Electore, & Argentina cum Palatino: contra pro Friderico, omnes superioris Germaniæ Ciuitates tota Alsatia, Sueuiaque (excepta Eslinga, & paucis aliis,) & Heluetia exceptis Tiguro, Salodoro, &

A. D. N.
1309 cccxv.

A. D. N.
cl. ccc. xv.

Ludouici
Imp. ad tres.
Cini. listore.

tribus Ciuitatibus. Sed tres Ciuitates interea dum alia molitur Leopoldus Friderici frater Communione piorum priuari curauit, per Gerardum Episcopum Constantiensem, quod raptis quibusdam nobilibus ex Eremita Deiparae Virginis monachis, à quibus iniurias acceperant, vim sanctitati loci attulisse videbantur, tum verò à Curia Rottuillensi proscribi. Eas Ludouicus ut constantes essent, literis Spirae datis xvii. Martij, anno eius regni primo, admonuit, quibus, eadem opera, quae post suam electionem egisset, humanissime significauit: Rescripserunt illae quae ab aduersariis paterentur, auctoritate Episcopi, precibus, & sollicitatu Eremitae, Abbatis, Leopoldi quique exclusas piorum caetibus, Imperij quique societate, edicto Curiae Rottuillensis, multa in eas minari hostes, machinari quique, rogantes ne tam necessario tempore deesset. Ad ea his Ludouicus respondit.

Ludouicus Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus, Prudentibus viris Vallium in Vnderuuald, Vrach, & in Suisz fidelibus suis dilectis, gratiam suam, & omne bonum. Maiestatem noueritis regiam aduersitatibus vestris ex animo condolere. Veruntamen, annuente altissimo, speramus vestris doloribus breui in tempore per nos remedia salubria exhiberi. Vnde tamquam viri constantissimi aduersariorum comminationibus, non suatis animos vestros aliquo modo demulceri. Praeterea ut ex scriptis nostris collegimus, vos ex parte cuiusdam Abbatis, dicti de Einsidel, ad proscriptionis senectias peruenisse, à quibus vos praesentibus absolimus, restituentes personas, & res vestras in statum pristinae libertatis. Ad haec de sententiis excommunicationum in vos latis venerabilis Petrus Archiepiscopus Maguntinensis, princeps noster dilectus, absolutionem committendam Decanis, & rectoribus Ecclesiarum vestrarum vobis veraciter repromisit, & se eisdem velle suas dirigere literas authorizabiles,

biles, & patentes. Et securos vos reddimus quod omnibus aduocatis, & fautoribus nostris, tum nobilibus, tum Ciuitatensibus vos defensare, & coadiuuari precipimus, & monemus, quotiens, & quandocumq; per vos fuerint requisiti. Datum in Nurenberg. VIII. Kal. Iunij regni nostri anno primo. Norimbergæ tunc Comitum Imperialia agitabat Ludouicus, sed interea, & postea grauiores Austriacorum in Siluanios quidem Lucerna, in Suitios Tugio, Clarona, & ab Eremo populationes, & bella erant, Nec cessatum donec prælio Morengartensi decerneretur, quo prælio feliciter XVI. Nouembris depugnato tres Ciuitates foedus, quod inter se habebant certi temporis, in omnem perpetuitatē extendere placuit, perpetuumq; factum, die Martis post festum Nicolai, siue IX. Decembris Brunnæ Suitiorum. Indeque & postea Suitiorum apud quos primò pugnatum fuit, nomine, & fama apud nationes Heluetij omnes in celebritatem abierunt, Suetzeriq; gens vniuersa adpellati.

Finis libri secundi.

Rr

FRAN-





FRANCISCI
GVILLIMANNI DE RE-
BVS HELVETIO-
RVM.

LIBER. III.

*De Origine conuersionibus, & statu XIII. Helue-
tia Ciuitatum.*



ICTurus de Heluetiorum XIII. Ciuitatibus,
non aptius initium facturum arbitror, quā
si ab iis capero, à quibus huius inclitæ con-
federationis principium; Vraniis, Suiitiis, &
Siluaniis. Sic enim causæ, momenta, terræ
pora meliùs cognoscantur, & ubi de iis paucis differuero,
tū de ceteris, ordine, quæcumq; habuero, in mediū feram.

DE VRANIA,

CAP. I.

VRanios Tauriscorum reliquias esse plerisq; omnib.
qui de nostris rebus aliquid meditati sunt, traditum
video. Sed qui Taurisci fuerint, quæ loca tenuerint, quas
migrationes fecerint, quod non minùs dictum oportuit,
à nemine satis memoratum est. Eos ita habuisse mihi ob-
seruatum. Taurisci Phocæorum coloni fuerunt, cum iis,
Asia relicta, Galliam adpulerunt, aliis Massiliam conden-
tibus, Tauroentium Ptolemæo, & Strabone auctoribus,

*Vranii Tauri-
scii.*

*Tauriscorum
origo, mi-
grationes,
gesta.*

inter

inter Varum flumen, & Massiliam, de se posuerunt. Ipsi à nauì Tauro, qua vecti erant, Taurisci. Vstratum antiquis temporibus naues animalium nominibus signare. Taurum etiam qui Europam rapuerit nauem fuisse Mythologi prodidère. Stephanus. *Taurisci populi prope vel circum Alpes; dicuntur & Taureni Polybio, tertio. Eratosthenes Teriscos ipsos vocat per e. Hi etiam Troiani dicuntur. Tauricis Ciuitas Celtica Massiliensium colonia. Opidam Tauricis. Apollodorus in primo Geographie ait, quod taurophorus nauis fuerit, qua transfuecit in ciuitatem hanc fabros, qui relinquentes classem, & exercitum Phocæorum, & permanentes isthic, ab insignibus nouis ciuitatem appellarunt. Gentile Taurini.* Hæc prima Tauriscorum sedes inter Varum scilicet, & Massiliam, hæc nominatio, hic ortus. Nam quod de Taurisco Gallie tyranno, quem interfecerit Hercules, de quo Ammianus, & ceteri, qui gentium origines scripserunt, fabulæ, & logi. Taurisci deinceps in Italia Taurinos constituerunt. Taurinos ligurum gentem scripsit Strabo. Rectè quidem nam Tauroentium, caput gentis, inter Ligures, eodè autore. Proxima migratio Tauriscorum facta cum Testofagis, vicinis & solo Rhodano separatis: Illis circa Harciniam confidètibus, ipsi cum Heluetia tractum qui inter Vrsam, Rhenumq; est, occupauère, flumini, qui medium secaret, Taurum, opido Tauregum, aut Thuricum nomina dedère, gentemq; Heluetiorum tertiam fecère, tot fuisse tradidit Strabo, quas crediderim Auenticos, Vindones, Tauriscos fuisse; quarum duas fortè ideò bellicis expeditionib. periisse scripsit, quòd nomina antiqua Vindonum & Tauriscorum in Heluetia oblitterassent; quum Tigurinus pagus, mutatis paulum, vt fit, successu temporis, nominibus hic diceretur: ille Urbigenus, & inde Tigurini, & Urbigeni. De Testofagis ita

Lib. I. l.
Cosm. lib.
I V. Geog.
Tauriscorum
etym. ratio.
Natalis Co.
mos, alij.
Lib. de Vr.
bibus.

Lib. xv. hist.

Lib. IV Geog.

Taurisci Hel-
uetia partem
occupant.
Lib. eod.
Geog.
Tres Helme-
tiorum an-
tiquiss.
fuisse gentes.

Com. VI.

Taurisci al-
pes primi co-
luerunt, supe-
raruntq; &
vering; habi-
tarunt Lepo-
tios & Salas-
fos constitue-
runt.

lib. III c. XX.
hist. lib. II. b.
Italia scilicet

Lepontiorum
valles.

Eorumdem
opida.
lib. VI.

Taurisci in
Venetiam.
lib. VII.
lib. XXXIX.
A. V. C.
l. XIV.

Cæsar. *Quæ fertilissima sunt Germaniæ loca circum Hercini-
am siluam Tectosages occuparunt, atq; ibi confederunt* Tauri-
sci deinde gliscēte multitudine, valles quidē, quas Vranij,
Suitenſes, & Glaronenses, Siluanijq; tenent, colere cœpe-
runt, tum sensim Alpium summa adreptarunt, Lepontios
condiderunt, occupatisq; omnibus altero Alpium dor-
so, versus Italiam vallibus, ad Salassos quoq; posuerunt,
auctore Catone. Plinius. *Lepontios & Salassos Tauriscæ gen-
tis idem Cato arbitratur.* Ita etiam Polybij verba intelligo
de Gallis loquentis: *In Alpibus, inquit, ab virog; latere, loca
montuosa habitant: ad eam partem qua versus Rhodanum, &
Septentrionem spectat, Galli qui transalpini adpellantur, ad
eam verò qua campis imminet, Taurisci, Agones, & alia ple-
rag; barbarorum genera, à quibus Transalpini, nō genere, sed
differentia loci separantur, ideò Transalpini dicti, quòd trans
montes colant.* Lepontiorum valles antiquitās, Lepon-
tina, quæ sola, vt Tauriscis proxima, priscum nomen reti-
nuit, Mesauca, Plenja, Riparia, Madia, Oscella, Magginia-
ca, Agonia, Sessia, Salassia. Opida, Bilitio, Oscella, & Lo-
garnum: Ptolemæus Lepontiorum caput ponit Oscellā,
rectè quidem, si situm demas: qua in re plurimum à vero
abest, cū in Cottiis alpibus ait esse, vbi nempè Ocellū,
non Oscella, lōgo admodū & diuerso locorum, vt no-
mine, quod cum fefellit, parum differant, interuallo. Tau-
risci verò etiam in Venetiam migrarunt, Noreiamq; opi-
dum, & postea Nauportū, Strabone sapius memorato te-
stante, condiderunt Liuius. *Eodem anno Galli transalpini
transgressi in Venetiam sine populatione & bello, hauri procul
inde, vbi nunc Aquileia est, locū opido condendo cœperunt. Leg-
atis R. de eare trans alpes missis, respōsum est, neq; profectos
ex auctoritate gentis eos, nec quid in Italia facerēt se scire.* Hos.

autem.

autem transalpinos Gallos, fuisse Tauriscos, ex eo conicio, quod præter hæc tenens allata ex Liuiio, eos tenuisse prope Aquileiã, vbi nũc marca Taruisiana, corruptè pro Taurisiana ab ipsis nominata, ex Plinio & Strabone intelligo. Hic quidem, *Post hos, inquit, vicini iam Adriaci sinus intimo, & locis ad Aquileiam, habitant Noricorũ quidam, & Carni. Noricorum sunt & Taurisci.* Illè verò: *In hoc situ interiere per oram Imarine, Pellaon: Ex Venetis Atina & Celina: Carnis Segeste, & Ocræ: Tauriscis Noreia: ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum opidum, etiam inuito Senatu, à M. Claudio, L. Marcello, Liuius Aquileiam coloniam ductam esse scribit, in agro Gallorum.* Sed Strabonis verba consideranti cum ait, Noricorum esse Tauriscos, videtur potius Tauriscos ex Heluetia in Noricum transiisse, ubi hodie Comitatus Goricensis & Styria, nomine ab ipsis relicto (Stier enim lingua Germanica aut Celtica Taurum significat, & ipsis pro insignibus taurus) indeq; versus Italiam mouisse. Tauriscos quidè antiquitus nominatos, qui postea Norici dicerentur, idem Plinius memoriæ mandauit. *Incolæ Alpiũ, inquit, multi populi: Sed illustres à Pola ad Tergestis regionem Secusses, Subocrini, Atali, Menocaleni, iuxtaq; Carnos, quondam Taurisci adpellati, nunc Norici.* In Pannoniam demum, vbi Taurunum, in confluentibus Istri, & Sauri, vbi nunc Abba regia, reliquerunt, & Daciã se effuderunt. Nam in Dacia ripesi Teuriscos populos, & Thuriscũ opidum collocant Plinius, & Ptolemæus. Atq; hos omnes ex illis primis qui cum Massiliensibus Liguriæ partem occuparunt, originem duxisse ex Strabone clarũ, qui cum de Gethis & Sarmatis differeret, *Etiãnum, inquit, permixta sũt ista, & Bastarnica gentes Thracibus, magis quidem ijs qui extra, sed ijs quoq; qui intra Istrum colunt, iisdemq; etiam Celti-*

lib. IV. geog.

lib III. c. XIX

Annal. xl.

Taurisci demum in Pannoniam, & Daciã.

lib. III. c. XII
lib. III. tab. IX.

ca, Boij, Scordisci, Taurisci: Scordiscos quidam Scordiscas adpellant. Tauriscis Liguristarū & Teuristarum nomen tribuūt. Nēpē quōd à Liguribus, vt diximus, deniq; in oras eas cōcessissent. Hæc quidem de Tauriscis, & eorum coloniis. Sed hinc quoq; satis arbitror manifestum Tauriscos Heluetios fuisse, qui primi summas alpes, siue Gotthardum, superarint, viam virtute sibi pararint, Italiæ magnā & meliorem partem occuparint. Qua in opinione maxima est Plinij auctoritas. *Prodiit, inquit, Alpibus coercitas, & tum in expugnabili munimento Gallias, hanc primam habuisse causam superfundendi se Italia, quod Elico ex Heluetijs civis corū, fabulem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & vuam, oleiq; & vini promissare means secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quesisse venia sit.* Ex quibus etiam huius primæ Heluetiorum in Italiam expeditionis auctorem hortator remq; Eliconem intelligimus: & causam, irritamentūq; vini, olei, ficum, vuarum amorem, & cupiditatem. Secutæ Heluetios aliæ Galliæ gentes, alias ob causas. Neq; enim Tectosages, Aedui, Senones, Carnutes, ceteri, qui Liuiο memorantur, in Italiam propter ficum, vuam, aut vinum, oleūq; profecti, quando iis non minū, ac Itali abundant, sed exhauriendæ multitudinis, vt voluit idē Liuius, aut potius nouitatis, & imperandi libidine: Heluetios præsertim Tauriscos fama frugum, fructuumq; pellexit, mouitq;. superatis igitur, vt diximus, Alpibus primū Lepontiorum valles inuaserunt, quæ præsertim circa Bilitionē, Locarnum, Cattinarum, vini feracissimæ, ceterasq; ad Salafos vsq;, demum totam eam Italiæ partem, accitis, aut adsumtis in societatem aliis Galliæ populis, quæ deinceps inde Gallia Cisalpina Romanis dicta; Venetiam, Pannoniamq;. Liuius, aliiq; Romani, Græciq; scriptores Alpes

Heluetij Taurisci primi
Celtarum
magnā Italia
partem
occuparunt.
lib. XII. c. I.

Causa expeditionis
Heluetiorum
in Italiam.
lib. v. annal.

lib. v. & xi.

tradi-

tradidère cùm inuix, & inexsuperabiles essent, tempore quidem Tarquinij Prisci primū apertas, ab Hannibale verò deniq; peruias factas, & deinceps armis virisq; frequentatas fuisse, cùm antea summi illi montes quasi mundos diuersos Galliam, Italiamq; separarent, quos egregiè confutat Polybius, ostenditq; Gallos Rheni adcolas, hoc est Heluetios, (neq; enim alij Rheni, & Alpium adcolæ Gallis quàm Heluetij) eas sæpius ante Hannibalē transisse, & maximos exercitus traduxisse. Ait verò, cùm de exploratoribus quos perspicendis montibus præmiserat Hannibal sermonem habet. *Reuersis itaq; nunciis intelligit transitum Alpium difficilem sanè, & laboriosum, non tamen usquequaq; inaccessum esse, &c.* Hoc loco scriptores quidam dum magnitudine rei perterrefacere legentium animos student, nō animaduertunt labi se in duo ab historię lege alienissima: siquidē & falsa scribere, & planè inter se repugnātia cogūtur. Simul n. Hannibalē, quē & scientia rei militaris, & animi magnitudine omninō inimitabile volunt, omnis prorsus consilij, & rationis expertem ostendunt, simul, (nullū mendacio exitum reperientes) ad deos, & deorū filios, ad pragmaticā historiā confugiūt. Nam cū iter Alpiū adeò immensum, atq; asperū faciāt, ut non solum equitibus, impedimentis, atq; elephantis verū etiā ipsis leuis armaturæ pedibus, inuix, inaccessumq; sit, præterea etiā tantā in eo solitudinē, ut nisi quis deus, aut heros, ducem se Annibali itinēris prabuisset, procul dubio oēs copię per loca prærupta isent perditū, apertissimè in utrūq; labuntur errorē. Primū n. quis ducē Annibale imprudētior erit, si ille tot copiis, taliq; exercitui præfectus, in quo omnē spē benè gerēdarū rerū reposuerat, neq; vias, neq; loca, ut ipsi adserūt, nec quā iret omnino, nec ad quos tenderet, sciebat. Nam quod ceteri post maximos conflictus, etiam in summa desperatione rerum non faciunt, id isti fecisse

Lib III.
bist.

Confutata
corum ex
Polybio sententia qui
primū
Hannibalem
exercitibus
peruias fecisse
Alpes
tradiderunt.

Hic de expeditionibus
paucis attigimus lib. 7.

Hannibalem in tanta spe, tam florente exercitu, voluit. Ut cum copis loca incognita accesserit. Quo quid ineptius mendacium indicat. Neque enim referunt, ut Galli, Rheni accola, non semel, neque bis ante id tempus in Italiam venerunt, neque ut olim cum magno exercitu, superatis Alpibus, in subsidium Cisalpinorum contra P. R. vires aduocarint, neque etiam ut ipsis in Alpibus multorum hominum gens habitet, sed hec omnia ignerantes heros quemdam inquit adparuisse Annibali, iterque monstrasse. Quo fit ut tragædis potius, quam historicis similes videantur. Nam ut illi frequenter dramata sua, aut diis aliquibus, aut machinis terminant, quod falsa, irrationabiliæque principia sumant, ita hi rerum gestarum scriptores simile quiddam patiuntur, & dum falsa sumunt exordia, tandem ad deos alios quos, siue heros confugere coguntur. Nam qui fieri potest, ut ex falsis initiis veri fines sequantur? At Hannibal non talem se, qualem hi tradunt, sed supra modum industrium simul ac prudentem ducem præstitit, Quippe & fertilitatem regionis, ad quam festinabat, & incolarum aduersus Romanos odium, diligentissimè scrutatus, & in ascensu Alpium, quod asperum, difficileque iter erat, duces habuit adcolas locorum, quos iam ad bellum, contra Romanos, in sententiam suam traxerat. Quibus de rebus nos quidem eo audaciùs scribimus quòd & ab aliis didicimus, qui, ea tempestate, rebus interfuerunt, & ea loca ipsi vidimus, ob eam solummodo causam eo profecti, ut Alpes conspiceremur. Hactenus Polybius, & hæc quoque de Alpibus. Ut ad Vranios tandem veniamus, non eos, ex supradictis, magis quidem Tauriscos fuisse, quam totum memoratum Tractum Tigrinū satis opinor claret. Cur autem Vranis Tauriscorum nomen singillatim attribuat, causam video, quòd soli Heluetiorū Tauriscæ gentis insignia coluerint præcipuè, tauri siluestris capite pro ar-

Cur Vranij
præcipuè
Taurisci.

mis vtantur: & vicini, Hafelij, Frutingenfes, Sebedalij, Sannenses, tauros etiam vros, vnde Vranij, adpellent. Additur anulus naso, quòd ita siluestres illi tauri, quos vros etiam Cæsar nominat, & in his partibus olim repertos ait, præcipuè Hercinia silua, vti nunc in Polonia, Ruffia, Littauia, anulo ex narib. ob feritatem, cohibeantur. Habent quoq; Vranij certum, quem Vraniorum taurū nominant, cuius per bella munus, cornu bubalū, loco tubæ insonare, clafsicumq; ciere. Erant & Romanis cornicines. Tenent Vranij vallem non magnam hinc ab Oriente Crispalto monte altissimo, per quem ad Rhenum anteriorem, & Rhetos iter est, inde Gotthardo & summis Alpibus, quā Italiā, & Meridiem respicit in semicirculum, scenamq; quasi conclusam. Eorum status, cōditioq; antiqua eadem quæ reliquorum Heluetiorum, nempe primò sub Romanis, & eorum fœdere, tūm, profligato Romanorum Imperio, in Ducatu Allemanniæ sub Francorum regibus egere. Tempore Ludouici Pij Imp. cum Saraceni Siciliæ potiti Italiā irrupissent, Vaticanum & Apostolorum principis limina diripuissent, incendiissent, fores argenteas asportassent, longè, lateq; per Latium, Campaniam, & Apuliam grassarentur, Guidone Pusterla nobili Mediolanēsi, quem primum Marchionem Galliæ Cisalpinæ, nomine eo hætenus in Italia inaudito, Carolus M. creauerat, ductore, & auctore, ferunt patriæ annalium memoriæ, tres Ciuitates Vraniam, Suiitiam, & Siluaniam, Hafeliāq; vallis incolas vicinos, & consanguineos precibus & hortamentis Gregorij IV R. Pōtificis, cum, magnis itineribus, Romam tetendissent, hostium extremū agmen infecutos ingentē eorum numerum cecidisse, Ostia, Tarento, Neapoli expulisse, tota Italia profligasse, prædam receptam ad D. Petri

Comm. VI.

Vraniorum
fines.Statuq; &
cōdicioq; eorū.A. D. N.
c10cccxxixPaulus Mor-
gia in antiq.
Mediol. lib. I.
& III.Tres Ciuita-
tes Vraniam,
Suiitiam, &
Siluaniam,
cum Hafelia
contra Sara-
cenos pugna-
se.

consecrassè: Inde tot rebus præclarè gestis Ludouicum Imp. Ciuitatibus suis legibus, institutis, magistratibus, viuendi potestatem permisissè, alia priuilegia, & immunitates indulgissè, rogatu, & intercessù Pōtificis, cū ab ipso virtutis ergo, iis, quibus adhuc in bellis vtuntur insignibus, & vexillis donati essent, pulcherrimoq; , & gloriosissimo titulo Protectores, & Defensores Romanæ Ecclesiæ, vocati, qui titulus multis cū aliis gloriæ, & memoriæ monumentis, multa cum laude gentis Heluetiorum, Iulij II Pontif. Max. auctoritate, repetitus, ad omnes tredecim Ciuitates dimanauit. Sed non ita tamen, Vranij, ceteriq; libertati restituti, quin essent multi, qui ad Regiū fiscū pertinerent, mancipiaq; , & Ecclesiis addicti, multæq; essent apud eos regiæ possessiones, ipsi oēs Imp. tenerentur. Vnde postea cū Ludouicus Germaniæ rex Pijf. Thuricense monasteriū, quod fabricarat, ipsumq; Thuregum Hildegardi filix tradidisset, illi etiam monasterio Vraniam assignauit, hoc est, quidquid iuris, & proprietatis apud Vranios regium fiscum artinebat, siue in redditib., aut aliis in reb. *Curtum, inquit, nostram Turegum in Ducatu Allamannico, in pago Durgaugēsi, cum omnib. adiacentiis, vel aspiciētiis eius, seu in diuersis functionibus, id est, pagellū Vranie, cum Ecclesiis, domib., ceterisq; , edificis desuper positis, mācipiis viriūq; , sexus, & etatis, terris cultis, & incultis siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarum uè decursibus, adiacentiis, peruiis exitibus, & regressibus quasiis, & inquirendis, cum vniuersis censibus & redhibitionibus, &c. Totum & integrum ad Monasterium nostrum tradimus, quod situm est in eodem vico Turego, vbi sanctus Felix, & sancta Regula Martyres Christi corpore quiescunt.*

A. D. N.
cl. l. xii.
Guicciard. l.
xi Iouius li.
xi hist.
Heluetij pro-
tectores & de-
fensores liber-
tatis R. Ecc.
Libertatis
Vraniorum
ratio.

A. D. N.
lxxxiii.
Vrania mo-
nasterio mo-
nialium Ti-
guri assigna-
ta, & quo-
modo.

Ex instrumē-
to fundatio-
nis Ludoui-
ci regis.

A. D. N.
lxxxvi.

Paullo post ex iisdem, quæ tradiderat monasterio, Ca-
pellas

pellas duas apud Vranios Burglen, & Sillanam cum omnibus censibus, & redivibus, rogatu filia, & eius commendatione Beroldo Presbytero concessit dum frueretur vita. Ludouicus diuina Clementia Rex, &c. Beroldo Presbytero, ministro Regina Hildegarda filia nostra, res iacentes in ditione Regni nostri, & pertinentes ad monasterium constructum in honore Sanctorum Felicis & Regula, in beneficium, temporibus vite sue, concessimus, eò quòd ei seruiet fideliter, id est, capellam vnã suã in villa Zurich, qua est constructa in honore sancti Petri, principis Apostolorum, nec non & alteras duas capellas, in valle Vrania, in locis nominatis, Burgilla & Silana, cum mancipiis, decimis, terris cultis & incultis &c. Post ipsius verò discessum predicta res omnes ad prefatum monasterium reuertantur, &c. Data XXIII. Regni Domini HLudouici Orientalis Francie, &c.

Cùm deinceps Comites Rapertiullenses liberam Imperij Præfecturam Vrsariæ ab Imperatoribus, in beneficium obtinuissent, eadem opera, quidquid apud Vranios iuris habebat monasterium Thuricense ad eos delatum, traditione feudali, an emtione, mihi incomperatum Henricus demum cognomine Vandelbar, ob varias peregrinationes, in Syriam, in Hispaniam &c. Rapertiullanus Comes, cum Verttingam vicum ab Hartmanno Comite Dilingano, cuius Patrimonij erat, emisset 660. argent. marcis, ibique ex suis, & vxoris ANNAE Comitissæ ab Homberg in Siffiacis, opibus, monasterium ædificasset, eadem omnia illi Claustro contulit, seducta ad trecentenas marcas ratione. Vnde Instrumentum.

Nouerint omnes, tam presentes, quàm futuri, quòd nobilis Vir DOMINVS HENRICVS de

Iura Thuricensis monasterij apud Vranios ad Comites Rapertiulle delata.

A. D. N. clcccxxvii

Henricus Vā
delbar que
apud Vrani-
os possidebat
Vettinge mo-
nasterio quod
condiderat,
tradidit.

Vranij libe-
rius monaste-
rio vettinge
quam Co-
miti subditi,
& quare.

Raprechtes uulere dictus Vandelbare, fundator domus in Vettingen, cum à principio, anno Incarnationis Domini 1227. in fundationem claustrī dare promississet mille tercentas marcas pro solutione tercentarum marcarum omne prædiū quod possidebat in Vra tradidit in manus Abbatis Eberardi venerabilis de Salem, presentibus incolis eiusdem loci, &c. Data mēse Decembri XV. kal. Ianuarij, Dominica Incarnationis 1241. Indict. 15. Constituerat eiusdem monasterij, visitatorem, Abbatem de Salmenschuuyler, vnde eius mentio. Cum hac ratione Vettingam 660. marcis emisset, Vranix prædium pro 300. assignasset, & in ædificiis 340. expendisset, numerum 1300. marcarum promissarum compleuit. Accidisse verò volentibus, & optantibus Vranis, qui eidem Comiti subditi, aut obligari erant, ex alio Instrumento videre licet: Vniuersis presentem paginam inspecturis Fratres Conradus dictus Abbas de Vettingen subscripta rei notitiam. Quoniam vita humana vapor est, ad modicum parens, gesta in tempore mandatur testimonio scripturarum. Notum sit igitur tam presentibus, quam superuenturis, quòd cum Henricus de Raprechtes uulere, cognomēto Vandelbare, prædium in Vra, ad preces hominum eidem prædio attinentium, cum omnibus appendiciis suis, in remedium anime sue, domui in Vettingen (deuotus fundator eiusdem domus) traderet, liberè, & quietè possidendum, homines iam dicti prædij quæstum magnū estimantes secularem dominationem euadere, iuramento obligauerunt se claustrō nostro fideles futuros in posterum, & annuos census, quos iuxta estimationem propriam se daturos promiserant, singulis annis reddituros voluntariè, & deuotè, &c. Actum anno gratiæ 1242. Idem Henricus Comes fundator cum vxor. vita egressa esset, monasticam, eodem loco, professus est. Nec tamen vsquam adduci potuit vt Abba-

tis officio fungeretur. Sed nihil mirum si sub monachis, quàm Comitibus degere mallent. Huiusmodi enim monasteriales homines, vt sic vocem, non solum, sine medio Imperatori, vt ipsa monasteria plerumq; subiiciebantur, vt aliàs notauimus, sed fermè exactionibus, quæ aut Imperij nomine, aut reipublicæ causâ, bellis uè fieri solebant, nisi in extremis res adductæ essent, veluti sacri, & religiosi exsoluebantur. Id intelligas ex rescripto, Henrici dicti VII. Friderici II. filij. Nam cū Vranientes magistratus ab iis qui Vettingæ apud eos obligati essent similia extorquere velent edicto prohibuit is Romanorum Rex. *Henricus DE I gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, Officiatis, & procuratoribus, ceterisq; fidelibus suis in Vren constitutis, gratiam suam, & omne bonū. Mandamus vobis, quatenus monasteriū de Vettingen, quod sub nostrâ protectione recepimus, auctoritate nostra, modis omnibus, defensetis, nec in possessiones, seu in homines eiusdem monasterij exactiones, seu tallias aliquas faciatis. In locis verò qua nostra attinent Aduocatia, de quibus nobis seruicia fieri consueuerunt, volumus, quod honestè atq; modeste eos tractetis, nec peioris eos conditionis faciatis, quàm temporibus fundatoris sui fuerunt. Siquidem sub nostra dominatione ampliori eos volumus pace, atq; securitate gaudere. Datum apud Ezelingen, Nonas Iuny, Indict. V I. regni X. Sed cū neq; sic acquiescerent Vranij, sequenti anno, paullo seuerius ad eosdem perscripsit. *Henricus DE I gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, fidelibus suis ministro, & vniuersis hominibus Vrania gratiam suam, & omne bonum. Cū ex consueta beniuolentia nostra Cisterciensem ordinem sincerius diligamus, iura, & libertates fratrum eius volumus inuiolabiliter obseruari. Mandamus vobis sub pœna gratiæ nostræ districte præcipientes, quatenus ab hominibus**

Subditorum
Monasterijs
condicio.

Henrici re-
gu rescripto
ad Vranios
pro illis qui
Vettingen-
sibus obligati
essent. Apud
eos.

A. D. N.
clj cc. xxx
iii.
Aliud rescri-
ptum ad
Vranios,
eadem ex
causâ eius-
dem regis.

clauſtri de Vettingen, in Valle Vrania conſtitutis, nullam proꝛus exactionem, vel precariaꝝ requiratis. Quoniam nolumus vt fiat aliqua ratiõ, ſed volumus vt gaudeant omni libertate, qua ab antiquo ordo, & fratres Cisterciẽſes ſunt gauſi. Indubitanter ſcituris quod quicumq; veſtrũ, infringere mandatum noſtrum præſumerit in hac parte, in rebus eum proinde, & in corpore puniemus, quia dictum clauſtrum ſub noſtram protectionem, & Imperij recepimus ſpecialem. Datum apud Hagenouue V I. Kal. Mai. Indiẽt. VII. regni XI. Hæc iſta commoditate, ego quidem pluribus, vt apertius intelligatur quis ſtatus, & condicio fuerit eorum qui monaſteriis ſubiecti eſſent, & ſimul hinc cognoscatur Vranios, etiamſi ampla eſſent apud eos monachorum iura, & opes ſuam tamen rempublicam, ſuos magiſtratus ſemper habuiſſe. Fuit hic Henricus Rex, hoc eodem anno, à Friderico patre, quòd cum Italis principibus fœdus iniſſet, captus, & Conſentiam in Calabria transportatus, vbi in cœrore, & ægritudine contabuit, Cunrado fratre rege Romanorum ſuffecto. Non in numero regum Romanorum ideò plerumque ponitur, quòd patri ſuperſtes non fuiſſet. Eius tamen decreta, & reſcripta rata. Demum Abbas, & Conuentus Vettingenſis Communitati Vraniorum, quidquid iuris, & dominiꝝ haberent apud eos, vendiderunt, cum prætextum ponerent, quaſi ab iis nihil obtinere poſſent, adeoq; maiores ſumtus, quàm inde rediret, facerent, muneribus, & certis, vt literæ venditionis vocant, propinis, hoc eſt, conuiuiis, in miniſtros prouinciales, hoc eſt, Ammanos, qui feuda eius monaſterij præcipua haberent, aliosq; potentiores conferendis. Quibus de rebus literas ad poſteros Monachi reliquerũt in hæc verba. Sciendum quòd Monasterium in Vettingen quaſdam poſſeſſio-

A. D. N.
1300
1111.

Vettingenſes
ſua iura &
poſſeſſiones
Communitati
demum
vendiderunt
& qua de
cauſſa.

Literarum
venditionis
exemplum.

nes habuit in Vre qua circa annum Domini, cl. ccc. x. siue circiter eidem monasterio annuatim soluebant in vniuerso redditus cccc. librarum denariorum vsualium Thuricensiū moneta, qua quidem possessiones ab eodē tempore propter pertinacē, & indomabilem proteritiā colonorū, & hominū praeacta terra, de die, in diē, de anno in annū in tantū viluerunt, vt circa annum Domini cl. ccc. l. & deinceps praefato monasterio vix soluebant annuatim l. libras, denariorum moneta praedictae, &c. Insuper quilibet minister prouincialis & potētiores terra praedicta meliora bona praedicti monasterij iure fœdali possederāt, de quibus tū propter suā potentiā, toto tēpore nullū cēsu dederūt, seu dare volebant, imò potius Abbas, cellarius, & ceteri officiales eiusdē tēporis ipsis dare cōpellebātur, certi aspropinas, qua se annuatim extēderunt ad xxx. florenos circiter, & amplius, secundū statū temporis. Habebantur etiā per Abbatē, & Cellariū expensē bis in an. videlicet tēpore placitorū qua vulgariter dicūtur Herbsfteding, & Meyentading qua etiā expensā se extēderunt vsq̄ ad summū xxx. florenorum, seu xl. & vltra, exceptis expensis, qua per procuratores Monasterij antedicti ibidē cōtinuē habebantur, tā ratione sui, quā aliorū, qui ad ipsos frequēter conuenierunt, &c. Haec igitur sunt rationes, vt praemittitur, propter quas possessiones praedictae in tantū d. fecerūt. Igitur his omnibus diligenter inspectis venerāndus D. Albertus de Mengen, subscripto tēpore Abbas in Vettingē, de consilio sui cōuentus, & fidelium amicorū, videlicet dominae reginae* Hungariae, & ceterorū Comitū, militū, potentium, & aliorum sapientium dominorū Ducū Austriae, consulum, & secretariorum, nec non de licentia superiorum suorum, & de scitu, & expressa scientia, & consensu domini Berchioldi Tutzen sacrae Theologiae professoris, tunc temporis Abbatis in salē patris Abbatis & visitatoris in Vettingen monasterij supraedicti, adhibitis, circa praemissa, secundū pa-

Hoc est, conuentus Annunales, & mensis Mai.

Agnetis qua Kunigsfeldē agebat Alberti Imp. filiae. Ita vocat, quos Equites dicimus.

palia, & ordinis instituta tractatibus, & aliis sollemnitatibus debitis, & consuetis, possessiones prefatas cū omnibus iuribus, hominibus, & pertinentiis ipsorum, totū Communitati prouincia in Vrem predicta, liberè vendidit, & iuste venditionis titulo tradidit, pro octo millibus florenorum, & quadringentis, sexaginta octo, soluendos diuisim ad quatuor terminos, & c. Quorum vltimus terminus exspirauit in festo Martini, qui fuit anno Domini CLD CCC LXII. & c. Hoc pacto in libertatē penitus se Vranienses vindicarunt, nulli omninò præter quàm Romano Imperio, vt alij liberæ condicionis homines subiecti, aut obnoxij, in cuius specialem protectionem eos Fridericus II. vt superiori libro vidimus, accepit, eamque libertatem cum gloria hactenùs conseruarunt, auxeruntque.

DE SVITIA.

CAP. II.

SVitiam qui coluerunt nō minùs Tauriscos fuisse, quàm Vraniæ, ex iis quæ suprà ostendimus apertū existimo: sed postea Cimbrorum reliquiæ ea loca infedère. Ita enim Suitij referunt maiores suos propter Oceani inundationes mutare sedes coactos, cū varias calamitates, toto orbe, pertulissent, has tandem cæpisse valles. Vrgitur antè fecimus in Tauriscis, ita Cimbrorū ortum, migrationesque referamus necesse est, quaque ratione denique Suitij ab iis descenderint. Cimbrōs ex Cimbrica Chersoneso, nunc Suetiam vocant, aut Suediā, populū, Oceani diluionibus, sedes quærere adactos, contra Posidonium inficiatur Strabo, sed maris insolitos sæpius æstus attendenti, tum Cornelij Taciti verba perpendenti, non vsquequaque improbabile adparebit. Ea sic habent. *Vt illius primò iter sicca humo, aut modicè adlabente aestu quietum habuit. Mox impulsu Aquilonis,*

Cimbrin
Suetia.

Eorum origo, migrationes, gesta, & vt Suetiam tenuerunt.

Lib. VII.

Geog.

Lib. I. annal.

Oceani mirabiles inundationes.

lonis,

lonis, simul sidere Aequinoctij, quo maxime tumescit Oceanus, rapi, agiq; agmen. Et opplebantur terra. Eadem freta, litori, campis facies. Neq; discerni poterant incerta ab solidis, breuia à profundis. Sternuntur fluctibus, huriuntur gurgitibus: Inmèta, sarcinae, corpora ex anima interfluunt, occurrant, permiscuntur inter se manipuli, modo pectore, modo ore tenus exstantes, aliquando, subtracto solo, disiecti, aut obruti. Non vox, & musui hortatus ruuant, aduersante vnda, nihil strenuus ab ignaui, sapiens, à prudenti, consilia, à casu differre. Cuncta pari violentia inuoluebantur. Iulius fanè Florus, haut malus auctor, Possidonium sequi maluit. Cimbri, inquit, Teutoni, atq; Tigurini ab extremis Gallia profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes, toto orbe, querebant. Accedit quæ de Caucis, siue Frisiis, qui etiam inter Cimbros, memorauit Plinius. Sunt verò, inquit, & in septentrione nobis gentes visæ Chaucorum, qui maiores minoresq; vocantur: vas flo ibi meatu perpetuis bis dierum, nocturniq; singularum interuallis effusus in immensum agitur Oceanus, aternâ operiens rerum naturæ cõtrouersiam, dubiumq; terræ sit an maris pars. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia exstructa manibus ad experientiam altissimi æstus, &c. Patrum memoria, quanta vastitate magnam hauserit Hollandiæ, seu Batauorum partem Oceanus multi literis tradiderunt, vltra quadringentos vicos, præter aliquot opida, eodè tempore fluctibus, & vndis suffocata, demersa, & in profunditatem absunta. Relictis igitur auitis necessitudine sedib. Cimbri vagi, & prædabundi, Kemper Saxonica lingua, & septentrionali, quasi puginator, & grassator, vnde illis nomen, Plutarcho teste, ad Mæotim vsq; paludem, peragrata Germania, Pannonia, Thracia, peruenerunt, Cimmericiq; bosporum, quasi Cimbricū perpetuum de se monimen-

Lib. III.
cap. III.

Lib. XVI.
cap. I.

A. D. N.
clo 15 xxx.
v. Nouemb.

In vna Marj

Cimbri R.
prelio vin-
cunt.

Quando pri-
mum Cimbri
Romani
auditi.

Libello de
Germ.

Eos nunc
Bohemos
vocamus.

Stirer aut
Steirmar-
cker. lib. IV.
Geog.

In Heluetiã
veniunt,

quibus se Ti-
gurini, &
Tugini ad-
iungunt.

Lib. III.
cap. III.

Eorum con-
tra Romanos
bella.

A. V. C.
l. cxliv.
cloxlii.

Cimbrorum
& Suecorum
in Italiam
expeditio.

tum reliquerunt : Inde in Illyricum longis errationibus deuecti, Cn. Carbonem consulem, cui ea prouincia attigerat, obuium habuerunt, acieq; ad Norbeiam opidum cum exercitu fuderunt, fugati ut Ea prima de Romanis Cimbrorum victoria. Et tunc primū Cimbrorum audita Romanis arma, Tacito auctore, anno V. C. L. cxL. Ex Illyrico, cum rursū versus Germaniam contendissent, in Boios, Harciniam Siluam incolentes, inciderunt, ab iisq; repulsi ad Scordiscos, deinde *Tauriscos, postremò ad Helueticos venerunt, *auri diuites*, ut est apud Strabonē, *ceterū pacatos*. Heluetij, præsertim Tigrini, & iis vicini Tugini, cum Cimbrorū opes, vidissent, fœdere inuito, iis se Comites addiderunt, vexataq; Gallia, & Hispania vndiq; exclusi, cum in Italiam remigrarent, inquit Florus, *miserunt legatos in castra Sillani. inde ad Senatum. petentes ut P. R. aliquid sibi terra daret quasi stipendium, ceterū, ut vellet, manibus, atq; armis suis vteretur*. Cum negatum esset, *quod nequiverant precibus, armis petere constituunt*. M. Sillanus cum exercitu casus, & profligatus. Inde M. Scaurus cos. contra eisdem missus, quem Tigrini in finibus Allobrogum confecere, Eodem tempore C. Manlius, & Q. Capio procōsules victi prælio, binisq; castris exuti, octoginta millia militum occisa, calonum, & lixarum millia quadraginta. Cimbri, cum sociis Heluetiis, tot victoriis potiti, cum quæ circa Rhodanum sunt, Prouinciamq; & Narbonensem Galliam vastauissent, superato Pyreneo saltu, in Hispaniam rursū delapsi sunt, populataq; prouincia cum à Celtiberis propulsati essent, in Galliam reuersi sunt, & ex Gallia quidem Ambronibus, ex Germania Teutonibus in fœdus, & societatem adsumtis, mox, bipartito exercitu, Plutarcho, aut tripartito, Floro

aucto-

auctoribus, Italiam adoriri constituerunt, cum *nusquam gentium sedem posituos, quam Romam excidissent, Italiam perdidissent, iuramento se obligassent.*

Ambrones igitur, & Teutones per Ligures, & mare circum, contra Marium cos. profecti sunt: Cimbri per Tridētinās valles in Catulum deuecti. Tigurini, & Tugini per Noricos, contra Italiam signa talēre. Longius, & diutius Cimbri, reliquiq; cunctati. Teutones, & Ambrones Mariū circa Aquas Sextias nacti, manus conferuere, victiq; secūdo pralio, & pleriq; interfecti. Cimbri paullò felicius, primo impetu, Catulum faucibus Alpium, quas occuparat, deiecerunt Vercellasq; si Plutarcho fides, vastata Venetia, & Insubiā parte, persecuti sunt, in quem locū cum adcurrisset Marius cum victore exercitu; ipsi cunctabūdi socios siue, vt vocabant, fratres, Ambrones, & Teutones frustra exspectarent, demum pralium commiserē, victiq; sunt, & internicione propè deleti. III. Nonas Sextiles. *Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi in subsidio Noricos infederat Alpium tumulos, in diuersa lapsa, fuga ignobili, & latrociniis euauit,* inquit Florus, vt ego interpretor, domum repetiit, quibus cum se qui cladi superauerant, iunxissent Cimbri, illis quidem, memores rerum humanarum, aduersæ, & prosperæ fortunæ, tum fortitudinis quam tot victoriis, rebusque, per annos duodecim, & vltra gestis, demonstrarant, partim intra suos fines sedes dedere, partim extra, eaque ratione in societatem, & communionem regionis accepere. Vicinæ Tuginis Valles Suecis datæ, Suitiam inde nominarunt, siue à Suito duce, aut regno Sueciæ, vnde erant profecti. Rhenanus, & alij quidam à Vitis Saxoniam populis descendere Suitios arbitrantur, qui, reliquis Britanniam occupantibus, ad hos de-

A. V. C.
elclr.

Ambrones
& Teutones
apud Aquas
Sextias
victi.

A. V. C.
el clir.

Cimbri
prope Vercel-
las.
Eod. lib. &
cap. Tiguri-
ni, & Tugini
domum re-
diere, Cim-
brisq; qui
pralio super-
fuerant sedes
dedere.

Suitij Suetiā
constituerūt
Lib. de Ger.
refutata
Rhenani de
Suetiis sen-
tentia.

In paneg.
In hist. ang.

In sua Ger-
mania.

Siluaniam aly.
& Haseliam
Haseliorum
origo.

Nox. procul.
Haselia vico
adhuc sens
ruinae arcis.

Resti.
eodem lib.

Aly. deniq;
circa Harci-
niam collocati,
ubi Cimbro-
rum comitat.

Cimbri ex
variis Septē.
populis.

venerint locos. Mirum quin à Vitiis Hircaniæ. Quis non hac materia lusus, risus? Suij sanè à duce gentis nomen malunt. Ipsum cum eò venisset, cum fratre, siue ducū alio, de nomine, in contentionem venisse, credo, vt olim Romulus, & Remus, duello creuisse, victorem Suium, Suiam adpellasse. Illa sanè Saxonum migratio non ante Honorium Imp. Claudiano poeta teste, aut Martianum, Beda auctore, ad summum tempore Theodosij M. Equit. Honorij, Imp. aui. At quis nō credat Suiam, eo tempore, cultam, dictamq; fuisse? Nec crediderim Vitas, relictis patriis sedibus, aut in Germania vberioribus, has in valles cōsistere voluisse: potius id Cimbris, & eorum sociis Sui- onis dederim, toto orbe terrarum exclusis, & eiectis. Sui- onum antiquam sedem, & genus apud Oceanum, aut in eo potius, tradidit Cor. Tacitus. Reliqui Cimbrici partim Siluaniam collocati Rumone Principe. Haselij ex Frisia Orientali, & vrbe Hasselinga, quæ in Vestphalia, aut potius Hassel, opido ad Vidrū fl. finibus Frisiam Occidentalis, pro- uincia Transilana, Hasseliā de se vallem, & estio ductore, constituerunt. Cumq; etiā in Germania vltra Rhenū circa Harciniam, vt ex Tacitopatet, multas regiones ad Mœnū vsq;, Heluetij obtinerēt, Cimbrorum aliam partem, quæ nobilior esset, ex iis præcipuè, qui ex Nortuuegia discesse- rant, circa Nicrum & Harciniam collocarunt, vbi hodie Cimbern, siue Cimbrorum Comitatus. Sanè Comites Cimbrici, adhuc Norduuegiæ regni arma, leonem erectum cum bipenni, folis coloribus variata, vsurpant, quod argumētō est, ex ea eos gente, stirpeq; regia. Fuerunt enim Cimbrici collecta multitudo ex variis Septentrionis parti- bus, & Oceani Germanici litoribus Suecia, Dania, Nord- uuegia, Frisia vtraq;, aliisq; Germaniæ populis, quod etiam

Plutarchus testatus est, quales fuerunt postea Allemanni, & postremo Gothi. Hæc de Cimbris, quomodo Sueci Sui-
tiam obtinuerunt, alteramq; Heluetiæ Ciuitatem fece-
runt. Suij deniq; Ducatui Germaniæ inclusi, pars eorum
primò Comitibus Lertzburgensibus subiecta, qui ex iis nõ-
nulla monasterio Schennisio attribuerunt, vt ex fundati-
onis literis, & priuilegio Henrici III. Imp. perspicias. Cui-
us principium. *Henricus, diuina fauente clementia, Rex. Si
dignis petitionibus fidelium nostrorum benignum auditum
adhibere studuerimus, apud Dominum, & homines condignã
remunerationem habere nõ dubitamus. Quapropter omnium
DEI, nostriq; fidelium, presentium scilicet & futurorum noue-
rit industria, qualiter fidelis noster Vldaricus Comes, pietatis
nostra clementiam adiens, humiliter rogauit, vt monasterium,
quod Skennines dicitur à* parentibus suis, & à se fundotenus
constructum, in honore quoq; sancti Sebastiani martyris dedi-
catum, situm in pago Churuualacha, in Comitatu Eberhardi
Comitis, & sanctas moniales inibi Deo, sub Cananica regula,
seruientes, in nostrum mundibundium, tuitionem, defensionemq;
acciperemus, cuius petitioni piũ ad sensum præbentes,
ob interuentum dilectæ coniugis nostræ Agnetis Regine, præfa-
tum monasterium, cū Ecclesiis, dicimus Ecclesiam Nuolum &c.
nec non cetera bona quæ videntur habere in villa Ranchuiz-
lar &c. Vettingen, Goldbach, Suites, & cum omnibus utilita-
tibus, vel utensilibus ad idem monasterium pertinentibus, seu
quæcumq; adhuc diuina pietas illuc augeri voluerit, in nostrũ
mundiburdium, tuitionemq; suscepimus, &c. Data III. kal-
endas Februarij, Indictione XIII. anno Dominicæ Incarna-
tionis CLV. anno autẽ Ordinationis Henrici regis III.
XVI. regnã verò VI. Actũ Turego feliciter. Fuit hic Vldaricus
Lertzburgensis cognomẽto Diues per opulentiam, Vrbi-*

Suitorũ pars
Lentzburgen-
sibus Comiti-
bus subdita,
reliqui sem-
per liberi fu-
erunt.
Insr. Henri-
ci III. exemp.
pro monaster.
Schennisij.

Hunfridus
comes Curia
primus fun-
damenta eius
monasterij po-
uisse dicitur.
Ex eo natus
Adelricus qui
unicam filiã
Hennam,
cuiam comi-
ti Lentzbur-
gensis colloca-
uit circa ann.
Dom. 890.
quæ peperit
Adelbertum
huius Vlda-
rici anum.

A Lentzbur-
gensibus ad
Habsburgē-
ses deuoluit.

Iidem se li-
berarunt
pecunia.
A. D. N.
cl. cclxix

Et ab Hen-
rico Imp. in
protectionem
Imperij su-
cepti sunt.

A. D. N.
cl. cccc. xv.

1315.

geni pagi potentissimus, cuius multa quoq; in Beronenſe Collegium beneficia, habuit Rapotonis primum Habsburgi Comitis filiam Richensam vxorem, Vernerii Badæ Comitis viduam; ex qua Cunonem, & Rudolfum suscepit.

A Lentzburgensibus, cetera ad Habsburgios peruenere, Stein, Steinerberg, Sattel, Art, Cuffnach. Quartanæ Sui- tiorum reliquæ ultra Blaten stræ, sui semper iuris fuerunt, liberæ, & sub Imperij vnus protectione, priuilegio iam olim à Ludouico Pio, vt ostendimus, per sortia facta ac- cepto. Sed illa quoq; Sui- tiorū pars quæ ad Habsburgios pertinebat, cum se ab Eberardo Habsburgio pecunia liber- rassent, præter quæ pauca Collegiis Lucernensi, & Beronenſi debebant, vt in eadem libertate, & condicione, qua ceteri agebant, viuere possent, priuilegium impetrarunt

ab Henrico VII. Imp. Turegi. *Nos Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod nos hominibus habitantibus in valle Sui- tiz qui se de nobili viro Eberardo, quondam Comite de Habsburg redemerunt, & per pecuniam absolutionem, & li- teras testimoniales super eo obtinuerunt, & exhibere potue- runt, (vt proponunt) quod nobis, & sacro Romano Imperio pertinent, & pertinere debent de iure, hanc gratiam duximus faciendam, quod eosdem homines liberamus, prout alij in ea- dem valle, ac circumpositis vallibus existere dignoscuntur præ- sentium testimonio literarum, nostræ Maiestatis Sigilli robore signatarum. Datum Turego III. Nonas Mai. anno Domini*

CL. CCC. X. Regni verò nostri anno secundo, Sic Sui- tiz liberi omnes, & R. Imperij. Præfecturam Imp- perialem etiam concessit Sigif- mundus Imp.

DE SILVANIA.

CAP. III.

Siluaniorum pars, vt diximus, ex Cimbris, Rumone principe, reliquos Roma suppeditauit, Imperatorum Augusti, Tiberij, Caligulae, Neronis proscriptione, caede, tyrannide, qui has valles exilio, aut fuga captauerunt. Hinc illa Romana nomina Lungula, Lungern, quod in longitudinem tendatur. Saxula Saxlen, Buochs Bucca, vallis faucem interpreteris, Altella Altzellen, quod in colliculo vicus: totius regionis nomen Stans quod ibi demum steterunt, & inde ipsi Stantes, & Stantstad, Stantium Statio. Stantes autem dicti antiquitus non inferioris solum Vallis sed etiam superioris. Id ex Sigilli communis inscriptione prima intelligas quae his verbis *Sigillum vniuersitatis hominum de Stanz vallis superioris, & inferioris*. Duae albae aut argenteae clauae, campo rubro, Romanae expeditionis, & fortitudinis, rei que feliciter confectae laudabile monumentum. Sanè eò facile id laboris, & discriminis aduisse Siluanios crediderim quod se Roma ortos intelligerent, Romanis, vt ciuibus, merito suppeditandas opes suas, quales quales essent. Sed, vt diximus, vnū vniuersitatis sigillum, ita vna cōmunitas, vnū regimē erat, conuentusque incolarum omnium quot annis loco Viserlon nominato. Cū verò propter vectigalium, aut exactionum locationes, & contributiones in controuersiam incidissent, quod inferiores Siluanij tertia tantum parte teneri se arbitrantur, regionem, & rempublicam diuiserunt, Carina silua pro limitibus constituta, & hinc infra, supraque Siluam incolae Siluanij, aut Transsiluani. Superiores Sarnae rempublicam consiliumque constituere.

Siluanij partim ex Cimbris, partim ex Romanis orti. Romana nomina apud Siluanios.

Siluanij omnes superiores, & inferiores stantes nominati.

Vnam remp. vnum conuentum habuere.

Postea diuisi, & quare. A. D. N. 15. c. 1. Siluanij no-

Quare tota
regio ferme
Vnderual-
den nomine-
tur, hoc est,
infra Siluā.

Sigilli vtri-
usq; partis
discrimen.

Tota Silua-
norum regio
sub vno Co-
m itatu

A. D. N.
c. cxx.

Siluania
imperialis;
aut regij re-
ditus, & offi-
cia Lucernesi
Collegio at-
tributa.

quo etiam gentis vniuersæ vexillum, & sigillum, quia nu-
mero superarent, contulere. Inferiores Stantij sua iura re-
tinuere, tenuitq; quatenus apud eos prima, & antiqua rei
publicæ forma, vt Vnderualden, siue infra Siluam plerisq;
tota regio adpelletur, veluti si adhuc vna communitas
complecteretur vtrosq;. Quod postea in Comitibus Ciuita-
tum obseruatum, vt quamuis suos separatim superiores,
inferioresq; legatos mittant, vnico tamen suffragio vtriq;
transigant. Et quæ sic communi voto conficiuntur, anti-
quo, & primo, siue duarum clauium sigillo confirmantur.
In ceteris quisq; suo separatim vtitur, inferiores quidem
vnica clauē quā D. Petrus manu præfert. Superiores, illo,
quo antequam Romam proficiscerentur, utebantur os-
mnes, albo, rubroq; distincto. Franciæ reges totam regio-
nem vnico complexi Comitatu, quem Surigoue nomina-
runt, à Surina fl. quem nunc Aach, generali aquarum no-
mine Germanis sæpius vsitato, vocant. Ita notat Instru-
mentum Henrici. IV. Imp. datum Monasterio Montis An-
gelorum, vulgò Angelberg, quod Cunradus à Seldenbu-
ren, Eques pagi Tigurini, paullo antè condiderat. *Henricus
diuina fauente clementia quartus Romanorum Imperator
Augustus, &c. Quod regulare quoddam monasterium sitū est
in prouincia scilicet Burgundia, in Episcopatu Constantiensi in
pago Suricouue, in Comitatu Surin, quod ad sanctam Mariam
nuncupatum est, cognomine autem Engelberg, &c. Anno Do-
mini cbc. xxv. Ind. III. Data Argentiua V. Kal. Ianuarii, Do-
minica, Luna V IIII.* Sed iidē Franciæ reges, aut principes
quidquid ad eos reditus, dominij iure, aut proprietatis, ea
in regione, perueniebat, Monasterio, quod Lucernæ po-
suerant, attribuerunt, summo semper imperio excepto.
Hinc monachi suos Maiores constituerunt, qui nomina à

locis,

locis, in quibus administrabant, ad posteros deduxerunt Maiores à Strans, à Buochs, à Sarnen, à Saxlen. Habuerunt & Beronenses, & Murenenses aliquid apud eos iuris. A monasteriis demum pecunia, à quorundam Præfectorum Imperij tyrannide, ut ceteri, armis, & manu se liberauerunt, qua de re, & quomodo, pluribus, ultimo capite libri secundi. Hæc de origine trium Ciuitatum, quæ primæ inter se fœdus perpetuum percusserunt, quas ut reliquæ sint secutæ, & quibus ex causis, donec tredecim numerum implerent, superest ut videamus, si prius, uti fecimus, earum quoque ortus, & incrementa peruestigauerimus.

DE LUCERNA.

CAP. IV.

VRbis huius etsi per bonos auctores, & testes antiquitatis memoria in obscuro est, tamen inde lucefcit, quod iam tempore foundationis Collegij Canonicorum, Lucerna ex antiquitate diceretur, adeoque præcipuus post Vindonissam pagi Urbigeni locus, ubi ea occidit, etiam totius regionis Viadonissensium caput esset. Illi nomen, ut plerique putant, à turre, in qua lucerna nautis nocturnis. Nam cum temporibus prioribus admodum tenuis, ubi exitum ducit Vrsa, lacus esset (quare pleraque ubi nunc antiqua statio, 3. circiter supra urbem passuum millibus, exponebantur) nauigantibus maioribus nauibus, nisi eiusdem fluminis alueum sequerentur, inuius erat. Vnde lucerna, & turris tamquam Pharos, quæ ostenderet. Hinc quoque loco frequentia, ex ea commoditate. Mercimoniis enim ex Italia, & aliis, post superatas summas Alpes, & magnum lacum, Lucerna receptus, portusque Franci præcipue coluere. In ea palatium regium, nunc quoque

Lucernæ etym.

Franci Lucernæ cultores,

sed ubi ex
monasterio
celebritas.

Collegij suis
dationis in-
strumenti
exemplum.

Lungkuffen
supra Brem-
garij exigu-
intervallo.

im Hoff antiquum retinet nomen. Sed maxima eius cele-
britas ex monasterio. Vighardus presbyter condidit, fra-
ter Roberti Allemannicæ Heluetiæ ducis. Foundationis li-
teræ sunt. In nomine Domini, Amen. Notum sit omnibus
nobilibus, & ignobilibus, tam futuris, quam presentibus, qua-
liter ego Vighardus, & frater meus Rupertus, Dux militum
H Ludouici, qui nobis ex consanguinitate coniunctus est, om-
nia prædia nostra, quæ nobis ex paterna hereditate aduenerunt,
ex illius permissione, & iuuamine diuisimus: Postea frater me-
us, pro amore DEI, & remedio anime sua ductus, omnem par-
tem suam, quæ ad eum spectabat, Domino suo Regi contradidit,
ea videlicet ratione, ut in castro Thuricino iuxta fluuium Lin-
demaci, Ecclesiam construeret, & seruiciū DEI ibidem per-
petualiter construeret. Vnde ego VVighardus presbyter, quā-
uis indignus, ex intimo desiderio punctus, in quodam loco, qui
Lucerna ex antiquitate dictus, iuxta fluuium, qui Rusadici-
tur, qui de summitate magni lacu fluit, in honore S. Mauritij, &
Sociorum eius, & S. Leodegarij martyris, & omnium sancto-
rum, paruum tugurium construxi, omnemq; substantiam quæ
me contigit, de monte, qui Albis dicitur, incipiens à prædio meo
Lungkuffen, & omnibus locis circumquaque iacentibus, ex per-
missione regis, cognati mei, ad ipsum locum contrahi & me
ipsum illuc, propter seruiciū Dei, collocaui, & iam os mona-
chos, quantum potui, illuc congregaui. Vnde vir quidam no-
bilis, ac bonus ad me veniens, qui spretis omnibus curis huius
seculi, quem ego ipse monachū illuc ordinavi, nomine Aluicus,
ita ut panem dicam per omnia Dei amicus, prudens in scripturis
sanctis, qui suis ammonitionibus, ac verbis salutaribus corda
annuum civium regionis illius in Dei prouocauit affectum. In-
de de die in diem crescente seruicio Dei, ipsam Aluicum me-
i successorem, ac rectorem ipso loco dereliqui. Datum mense

Octobr.

Octobri, die V. Indictione XI. regni gloriosissimi regis H Ludouici, anno V. Actum in loco ipso Lucerna. Hac in parte plures Ludouici pariunt dubitationem de tempore, multosque in errores varios traxerunt. Sunt enim qui tradiderunt hunc Ludouicum Pium Caroli M. filium: alij Ludouicum Germaniæ regem, Pio natum: aliorum alia sententia. Nam qui Clodoueam primum Francorum regem, qui Christianam pietatem, & mores amplexus, arbitrati sunt, ultra veritatis, & rationis limites exfiliere: cum multis post eius Imperium annis vixerit, mortemque subierit, de quo in Instrumento mentio, S. Leodegarius. Et reliquorum quoque opiniones, qui Ludouicum aut Pium, aut Germaniæ regem constituunt, hinc facile confutaueris, si Lucernam iam quidem à Pipino, qui primus Franciæ regnum in familiam suam contulit, Morbacensibus consignatam perspexeris: Id autem apertum ex priuilegio Lotharij, Pipini pronepotis, quo eam donationem confirmauit, Imperij sui anno XI. Argentinae. Duo restant Clodouei, vel Ludouici, Clodoueus II. qui etiam primum Ludouicus dictus est, & Ludouicus III. Non sub II. tunc enim adhuc puer S. Leodegarius. Ergo sub III. Ludouico fundamenta huius Collegij posita, eius anno V. & ultimo; Christi Domini LXXC. XCVII. Lotharij Imp. priuilegium in hæc verba. *In nomine Domini nostri Dei æterni. H Lotharius diuina ordinante providentia Imperator Augustus. Si petitionibus seruorum Dei iustis & rationabilibus diuini cultus amore fauemus, superna nos gratia muniri, & foueri non dubitamus. Ideo nouerit industria omnium fidelium nostrorum, tam presentium, quam & futurorum, quia vir venerabilis Sigimarus Abbas ex monasterio, quod dicitur vinarium peregrinorum, quod situm est in Ducatu Alsacensi, super*

Quæstio quia hic Ludouicus, sub quo fundatio ista? varix opinionones. Latz. lib. VIII. mig Nauderus genér xxix. Chronographus Helu. lib. VII. Ee refutate.

Fuisse Ludouicum III. A. D. N. 15. xcvii. Exemplum Instrumenti Lotharij Imp

fluvium Murbach, & constat esse constructum in honore S. Leodegarij, & S. Petri Apostolorum principis, vel sancta Dei genitricis, semperq; virginis Mariae, de iulit nobis sacra memoria Genitoris nostri H Ludouici auctoritatem, in qua erat insertum qualiter atavus noster Pipinus quondam Rex, & ipse postmodum in suam elemosinam concessit: i monasterium Lucciana, & monachis ibidem degentibus homines quinq; his nominibus Vwaldonem, Vulfariu, Vulfinum, Vulfoidum, Vulfbertum cum filiis, & posteris eorum, commorantes in loco nuncupato villa Emman, super fluvium Rusa, in pago Aregana, videlicet, ut illud quod ad partem publicā facere consueuerat, ad praedictum monasterium facerent. Vnde memoratus abbas deprecatus est clementiam nostram, ut pro firmitatis studio, & anima nostrae molumento eandem praceptionem, nostra confirmarem auctoritate, quod et nos fecisse omnium fidelium nostrorum cognoscat industria. Praecipientes ergo iubenus, quemadmodum & in eo praepio continetur, de itinere exercituali, seu scaras, vel quamcumq; partem quis ire praesumat, aut mansionaticos, aut mallum custodire, aut nauigium facere, aut alias functiones, aut freda exigere, & quidquid ad partem Comitum, aut iuniorum eorum, seu successorum exigi poterat, sicut idem atavus noster, & Genitor concesserunt & per eorū auctoritatem confirmauerunt: Ita nostris futurisq; temporibus firmū & stabile permaneat: Et ut haec auctoritas nostra firma habeatur, & per futura tempora melius conseruetur, de anulo nostro subier iussimus sigillari. Rurhardus ad vicem Agilmari recognoui. Datum VII. kalend. Augusti. Anno Christo propitio Imperij H Lotharij p̄ij imperatoris, xi. Id. Et. lll.

Actum St. asburg Ciuitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Eo in loco, vbi Collegiū hoc fundatum, iam olim à tempore D. Galli visa fax piorum oculis flamas per noctis caliginem

Enima vicus
duobus cir-
citer infra
Lucciam p
m.

Mansus, fur-
dus, aut ali-
quid, inde
familiam tu-
earis, & cen-
sum domino
referas. Man-
sionatici qui-
bus mansi-
quamus non
ignare mansi-
onaticos di-
ctos qui pro-
pulas agerent
& diuersoria
publica An-
nonio teste
aliis, quod
forte huic loco

lignem eiaculari; quæ res monuerat adcolas vt sacellum ponerent, dicarentq; D. Nicolao, quem præcipuè nautarum, antiqua traditione, & miraculis, tutelarè acceperat. Ceterum Morbaco ad quod Lucerna deuoluta, has tradidère origines. *Ergkonaldus fuit præfectus palatij regis Dagoberti: Aimo ait fuisse Clodouei II. post Egam, què reliquerat tutorè filiis Dagobertus, Habuit is filium etiam palatij præfectum Leodisium, idem Aimo vocat Leudesiū, aitq; factum Theodorici I. Maiorem, auctoritate S. Leodegarij, detruso in monasterium Luxouienſe Ebroimo, Leudesio fuit filius Etico, is habuit S. Leodegarij neptem cōiugem, regina sororem, propter quam adſinitatem Ducatum Alſatie à rege accepit. Habitauit in regia villa Ehenheim, in arce Hohenberg, latinè Alutona, poſteà mons S. Otilia dictus. Quadripartitò is ſua diuiſit, primam partem ad D. Stephanum, Argentinae attribuit, quem condiderat: ſecundam monaſterio Ebersheim, infra Sleſtadium: tertiam monaſterio, cui Otiliam filiam præfecerat, qui nūc mons S. Otilia nuncupatur: quar. à conſanguineis (ego nepotes puto ex Adelberto filio, cū Latzio) Eberardo & Maſoni. Eberardus habuit ſedē in arce Egesheim, nullaq; prole ſuſcepta, condidit prope ſtuum Murbach cœnobium in honorem D. Mauritiij, quod poſteà S. Pirminius, S. Leodegario dedicauit, Viuariūq; peregrinorū adpellauit, primo anno Theodorici II. vt eius cōfirmationis oſtendunt literæ, Maſo etiam Maſmunſter à ſe dictum monaſterium in magna valle adificauit, in eoq; ſepeliri uoluit, in honorem etiam S. Leodegarij. Erant enim illi Diuo omnes hi principes uiri, uti Vighardus etiā, & Ruſpertus, ſanguine, aut per adſinitatē coniuncti: quò magis colere, memoriāq; eius perpetuis monumentis conſecrare, modis omnib. ſtuderunt. Eū Ebroinus quondā*

magis conueniat, adiungit enim malum, quod pro loco ſumptum in quo impensas habebant, ex reb. adhuc controuerſis de malo alibi, viſi & ſeda. lumores uocat quos nunc Jungber: eu dicimus, qui antiquitus tantum comitum liberi, nunc quiuu ſi ſint opes, ex vulgo.

A. D. N.

1300. xl.

A. D. N.

1307.

A. D. N.

1300.

Morbaci ori-

go. Chronic.

Ebersheim.

lib. iv. cap.

xxxvii.

Eadem lib. c.

xliv

A. D. N.

1300. xlix.

Sig.

lib. mig. iv.

A. D. N.

1300. xxiv.

S. Leodegarij
martyrium.
A. D. N.
l. c. lxxx.
A. D. N.
l. c. lxxxv.
Vrsino au-
ctore in eius
vita.

Lucernensium
prima privi-
legia & gesta.
A. D. N.
l. ccxxx &
sequentib.
Sigeb. Blodius
Aemil. alii.

A.
l. ccclxxvii

M. Equitum, monachatu relicto, cum ingentem sceleratorum manū fecisset, inimicos, magna celeritate oppressisset, Leudesium M. Equitum Theodorici, inter colloquiū perfidiose interfecisset, ipsum Theodoricum, substituto alio, in regni discrimen adduxisset, post longa carceris, & vinculorum tædia, erutis oculis, corporeq; sædē dilaniato capitis damnauerat, cum Gerinum eius fratrem lapidibus obruisset, Episcoporum alios, & quidquid probi, rectiq; fuit, in exiliū egisset, aut pari crudelitate trucidasset. Sed quia S. Leodegarij recens & nupera recordatio, idēō templa quidem, & monasteria, in honorem Deiparæ matris, aut alicuius Apostoli, martyrisuē, præcipuē Mauritij, cuius tota Heluetia, & vicinia cultus celeberrimus esset, consecrarunt, tūm verō S. Leodegarij, cuius innocētiam, & sanctitudinem præclara miracula probassent, memoriā addiderunt. Sed Lucernensium prima, vt volunt, à Martello Carolo Franciæ Equitum M. priuilegia, & incrementa, bello Saracenicō: referunt enim scriptores, Saracenos ea tempestate ex Hispania profectos Galliam, ingentibus eqūm virūmq; copiis inundasse, Narbonam, Massiliam, Arelatum occupasse, vastasse, cum iis Martellum prope Salonam, quæ inter Massiliam, & Arelatum est, prælium fecisse, magnam stragem edidisse. Eo in bello, prælioq; Lucernenses agmen extremum duxisse, & propriariis, exercitus robur cum suis vicinis Entlibuochanis & aliis Urbigeni pagi, constitisse, inde gloriam & decus reportasse. Carolus M. Martelli nepos, cum pariter cū eadem gente varia fortuna pugnasset: Desiderium postea Longabardorum regem in potestatem redegisset, Italiā subiugasset, Heluetiorū maximè milite & opera, vt Italiæ vicinioribus, & per quorum fines expeditionē fecerat, cū

aliis

aliis alia priuilegia & virtutis insignia largiretur, Lucernensibus quidem primò eorum cornuum arcorum vsu, quæ etiamnum inde bello insonant, semperq; eius nepos Rulandus Francorum fortissimus vsus fuerat, indulsit: tū verò cū Italia rediret, & Lucernæ ageret, duas illas turres, siue arces fuerunt, quæ vtramq; Vrsæ ripam tenebant, altera quidem, vbi nunc Societatis I E S V Collegium: altera dextro fluminis latere è conspectu, vbi officina aromatica, excidit, sola ea turre relicta in medio fluminis, quæ lucernæ vsu præbebat, ea maximè de causa, quòd qui in iis essent, ad recipienda vectigalia, & portoria, insolentiores agerent, quàm liberi homines, aut mercatores, exteriq; transeuntes ferre, & pati possent, prædones supplicio adfecit, ciues in suam & Imperij protectionem suscepit. Fuere ita, vti diximus, quantum ad militiam, res quæ publicam fermè liberi, cetera quæ regibus principibusq; munera officiaq; debuerunt, Morbacensibus, Pipini donatione, tenebantur, ipsis libentibus. Caucrāt quoque Morbacenses pluriens ne ab eorum dominatione vniquam auelli, aut cuiquā præterea obligari possent, præstiteruntq; ad Albertū vsq; I. Imp. Habsburgi Austriacū. Is cū fortè bello, Nassouiano confecto Argentina versaretur, & Berchtoldus à Falckenstein Morbaci abbas regē sectaretur, ab eo, vti à ceteris qui aderant, magnas pecuniarum summas in belli sumtus, & ad regalium confirmationem efflagitare institit, quas præstare non posse haut ignorabat. Petierat iam ante annos septem Rodolphus rex, Alberti sollicitatu, vt illud opidum sibi idem abbas venderet, tunc quidem frustra, nisi quòd promissum, si alienanda vrbs, in eius primū, aut liberorū, ante omnes, potestate fore. Sed tunc quoq; Morbacensem magnum

*Arcorum
cornuum v-
sus Lucerne-
sibus à Ca-
rolo Magno
virtutis ergo
datus.*

*Duas præda-
torias arces
idem Caro-
lus Lucerna
excidit.
A. D. N.
1300. 11.*

*Lucernenses
liberi in sua
cip. admi-
nistratiōe,
cetera Morba-
censib. debuerunt*

*A. D. N.
1300. 11.*

Morbacenses
tum Lucernā
& vicinā
Alberto Au-
striaco ven-
didere.

A. D. N.
cl. cc. xcv
iii.

Lucernensium
multa ab ab-
batibus pri-
uilegia &
quare.

res alienum premebat, quæ res facilius perpulit, persuadente præsertim Alberto, quod opidum, & ea loca, vt remotiora, parum commoda: quod maiorum impensarum: quod hac exigua parte relicta, seque, monasteriumque obligationibus, & multis oneribus extolleret, & veluti in libertatem restitueret, vt omnia in manus Alberti eiusdem traderet, quæ in pago Vrbigeno ad monasterium Morbacum pertinere videbantur. Fuere Lucerna, Hergenschuyl, Grientz, Hauu, Malters, Littau, Eyenthal, Meggen, Habsburg arx ad lacum, pars Cussenaci, & Arti. Summa in 2000. marc. arg. confecta. Exceperunt Morbacenses solum Collegium Canonicorum, itemque omnia eius Ecclesiæ feuda. *Acta hæc Argentina, mense Augusto.* Venditiones has Lucernenses ægerrimè ferre, & contra obniti. Nec licere tot Abbatum præcedentium priuilegia, & promissa, quæ alienationes omnes prohiberent, quaque ipse Berchtoldus pollicitus esset, & confirmasset, vno momento abrumpi. Multa huic loco omnes propè Abbates priuilegia & immunitates incluserant, ea maxime ex ratione, vt frequentia & hominum conuentibus opidum exresceret, augeturque, & inde celebraretur, quo pacto non pauci ex vicinia nobiles adducti, quorum adhuc supersunt aliquot præstabiles familiæ, eò concesserant, sedemque fixerant: Sed Alberti tantum promissa, & legatio subito eò destinata valuere, vt acquieuerint. Ostendebat melius, vt vicinior, & qui pleraque circumiecta teneret, quam Morbaenses, qui in Alsatia, & ad Vogesi solitudinem, eos tueri, & contra quacumque vim defendere posse, suis præcipuè, tum Romani Imperij opibus. Priuilegia eorum omnia in eadem autoritate apud se fore. Egere Lucernenses sub Austriacis annos XXVI. Quis credat?

credat: fermè totidē in armis. Viginti tres anni contra tres vicinas Ciuitates Suitiam, Siluaniam, Vraniā bello sumti, & consumti, ductu, auspicioq; Principum, nec pax interea vlla, nisi sine pace, cū primi semper hostibus obiecti, primi excursions hostiles, prædationesq; exciperent, nemine satis defendente, agri vastarentur, commercia petirent, & mercimonia. His deniq; caussis adducti, an coacti, cum eisdem tribus Ciuitatibus primò inducias. quidem, mox, suapte auctoritate, pacem, & postremò fœdus perpetuum fecere, proximo Sabbatho post festum Martini. Et inde pro tuenda libertate, & fœdere bellum.

D E T I G U R O.

C A P. V.

VNde viginti intercesserunt anni cū Tigurum IV. Ciuitatib. quinta addita. Mitto quæ de origine huius nobilissimæ vrbis traduntur fabulæ, Thuricum Arelatensem regem, qui minorem urbē condiderit, tempore Abrahami: aut Sueuum etiam regem, qui maiorem, & inde nomen Duregum, quasi duorum regū opus. Nam eius antiquitas aliunde clara, amœnitas, commoditas, vbertas restantur, & iam à Tauriscis cultam diximus, dictamq; Tauricum, aut Turicum, & inde Zurich. Hinc antiquissima monetae adscriptio. *Moneta Thuricensis*. Lacum quoq; vicinum, eadem forma, Valafredus Thuricinum, alijque Scriptores adpellant, Tigurini pagi, & Tigurinorū caput, à quibus deinceps Tigurum, & ipsum dictum, vsitato, illis temporibus, Romanis præsertim scriptoribus, transferendi populorū in eorum vrbes, nomina. Ita in Gallia Lutetia primò Parisiorum Parisius, Samarobriga Ambianorum, Ambianum. Cæsaro magus Bellouacorum, Bellouacum.

Lucerne situm, & amantatem pluribus scripsit carminibus. Henricus à Gundelfingen, Canonicus Bero-nensis. A D N. ciz ecc xxx ixi.

Thuricum, aut Tauricum à Tauriscis. Lib I. c. IV. Tigurum à Tigurinis postea.

Improbata
earum sen-
tentia, qui
Tigurinos
Vranios
dicunt Rhe-
napi, Mun-
steri aliorū.
Caesaris,
Appiani
Flori, Stra-
bonis plus ar-
chi, Eutropy.

Lib. IV.

A. D. N.
cl. ccc. xv

Nouiodunū Soiffonum, Soiffio, Augusta Rauracorum, Raurica, à gētibus opida, & Ciuitates nominatae. Nec hoc in loco eorum refutauero opinionē, qui Tigurinos, quorum in historiis, R. mentio, fuisse Vranios voluēre, de quibus primo capite egimus. Nām si vnā gentem fuisse ex Tauriscis ductam, ortamq; credant, haut repugnabo: Si, quā à Tigurinīs gesta sunt, in Vranios solos traducāt, meritō inficiabor. Nām cur argumentis agam, re aperta? Nihil me nominis mouet etymum, quod vrgeant, quasi Vri plus ad Tigurum, quā Thuricum ad Zurich faciat. Iā enim D. & T. in Z. frequenter, & plerumq; mutari Germanis, antea ostendimus exemplis. Vt nempe Tugium Zug, ita Thuricum Zurich. Quod diuersis modis scriptū reperiatur Tigurum, Tugurum, Tauregum, Thuregum, Thuricum, Thuricinum scriptorum, non loci culpa, an inscitia, vt exterorum. Strabo sanè tradit Cimbros ad Tigurinos venisse, & inde ad Tuginos. Tigurini, qui nunc Tigurini, primò ex Germania proficiscentibus, & Bauaria, vnde Cimbri, obuiam, & ipsis vicini Tugini. Vranios quis in Galliam habiturus iter, & prouinciam, illis in montium secretis, aut latebris requirat? Si in Italiam sanè, alia ratio, Ad eos enim summæ Alpes pertinent. Aut vnde consulari Romanorum exercitui domando, subiugandoq; vires, o- pesq; Vranis? Pugna quæ apud Morengart Suitiorū pro- aris, & focis, summa vj pugnata est, cū, tota regione, qui arma ferre possent, sacramentum Vranij adegissent, non vltra quadringentos cogere potuerunt, & tamen, nulla dubitatione, frequentior Vrania habebatur, quā vel bello Cimbrico, & Cassiano. Nec mihi quis obiiciat amœnam, delectabilemq; Tiguri nouitatē, nullaq; aut pauca veteris culturæ vestigia, quasi ea de causa ipsa noua. Nām si in hoc

cardine

cardine versatur quæstio, cedo apud Vranios aliqua Nufpian, nisi rupes, & montes eosdē velis, qui, vt ante annorū aliquot millia, ita nunc quoq; minatur cælo, & toto vertice supra sunt. Sed, vt antè ostendimus, Tauriscorū Vranij pars, & postea in eodem, quo Tigurini omnes, Ducatu Allemanniæ, pago Targaugēsi, vt vetera instrumenta docent. Tigurum verò siue Thuricū inter prima Helueticorū opida, cū bello illo, quod sibi potius, suisq; opidis, & toti patriæ, quam Galliæ Heluetij intulerunt, vt cetera omnia ædificia, conflagrasset, ab iis, qui Cæsaris victoris mandato reparare iussi sunt, aliquid pristinæ dignitatis accepit. Postea Maximiani, & Diocletiani imperio Allemanni cuertēre. Constantius Cæsar, vt Vindonissam, & Vitodurum restituisse creditur. Hinc illud quod inter Tiguri conditores Diocletianus, quod eius iussu, & Maximiani restauratum. Sed iam non Vrbs, aut opidum, sed Castrū. In Castro enim *Thuricino* martyrio adfectos Felicem, & Regulam, & Exsuperantiū, sub Diocletiano, quamuis potius sub Maximiano, vt qui Occidenti præesset, Thebææ legionis, quod ibidem Christi nomen profiterentur, prædicarent, Decio Præfecto Castri, memoriæ tradidit in eorum vita Floreniscus. Cuius quidem Castri & Præfecti sedis adhuc aulæ, siue pallatij retinet im Hoffi nomen. Castra antiquitus dicta, quibus nulla extra Mœnia iurisdictio. Quod accidit Tiguro diuisa in duces militum, Comites, nobiles, & quorū opera præcipua Imperatores vsi fuerant, regione, cū interea sæpius Castra vrbibus, & Ciuitatibus amplitudine, elegantia, opibus anteirent, quod Aimo conqueritur de Diuione, quibus omnibus rebus cū abundaret, castrum tamen esset. Ob earumdē martyrum memoriam, succedente mox in Occidēte patri Cōstantio, Constantino M. &

*Thuricam
ex primis
Helueticæ
opidis in-
confis.*

A. D. N.
ccxcvi.
*Tigurum
Castrum.*

*Castrum
quid sit,*

*Lib. II. cap.
xxiv.*

*Figure
propter SS.
martyres di-
gnitas, &
magnificen-
tia addita.*

*Caroli M.
de Tiguro
testimonium*

*A. D. N.
Is cccxxi.
Idem Prepo-
situra Tiguri
fundator
habitus.
A. D. N.
el cccxx.*

*Tigurum
Camera Im-
periali.
Ludouicus
Germanie
rex Tiguri
principis
auctor &
illustrator.*

Christiana pietate longè, late que, eius iussu, & auctoritate dissipata, cultaq; Tiguro non minima frequētia: maximè Francis, qui demum, abolito R. Imperio, Galliã inuaserūt, insita quadam religione, loca B. martyru, quiq; sanctitate antecellissent, singulari pietate, colentibus, & magnificentibus. Primus tamen qui Tiguri in honorem martyru aliquid maiestatis addidisse putatur, fuit Clodoueus III. Francorum rex, ex opibus scilicet Ruperti Allemannicæ Heluetiæ ducis, vt ex Instrumento foundationis Lucernēsis, supra posito, pater. Nam qui post eum ex altero licet stemmate, regnauit Carolus Magnus, fatetur, eo in loco, quem *Sepulcrum SS. Martyrum*. Vocat multos se pietate, & integritate viros reperisse, qui sacris incumberent, diuinaque officia facerent, quorum reditus, & beneficia à maioribus suis assignata confirmarit, ampliariq; & inde quod *Ecclesie Præpositura S. S. Felcis & Regula*, vt habet vetera scripta, ipse auctor, & fundator habitus. Sed Tiguri iam eodem tempore nomen haut ignotum gentibus, & pro Camera Imperiali celebrabatur. Notum ex rescripto Ludouici Pij, Magni f. *Aquisgrani edito, XV. Martij. VIII. anno Imperij*, datoq; Gotzberto abbati S. Galli, quo mentionem facit, controuersia, & litis quæ inter eundem Abbatem, & Episcopum Constantiensem intercesserat, quam deciderit, maltamq; edictum trāsēuntibus statuit *fisco*, inquit, *nostro Imperiali Turegi* persoluendam. Maximè verò S. S. Martyrum, & simul Tiguri venerationem, & dignitatem cumlavit Ludouicus Germaniæ Rex, Pio genitus, licet adhuc vicus esset, aut, vt, alia vocant instrumenta, Villa regia, nec mœnibus, præterquam castri essent, clauderetur, cū non solum, eo in loco, monasterium ædificauit, cuius amplitudinem intelligas quòd Hildegardim filiam, addito no-


bilium

bilium virginum cætu, eidem præfecerit, sed omnia quæcumq; regie dominationis, aut iuris essent, S. S. martyribus dicauit, consecrauit, & in Virginum monialium vsum cedere voluit, solo summo Imperio, aut regia, Imperiali uè Aduocata sibi referuata. Exstat instrumentū, quod operæ precium interserere, *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. H Ludouicus, diuina fauente clementia, Rex. Si de rebus terrenis, quas sumus, diuina largitate consecuti ad loca sanctorum, ob diuinum amorem, regium morem decenter implentes, aliquid conferimus, hoc nobis esse profuturum ad eternam remunerationis præmia capeffenda liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium, sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumq; presentium scilicet, & futurorum industria, qualiter nos pro serenissimi Imperatoris, aui nostri Caroli, & præstantissimi H Ludouici Augusti, domini, ac genitoris nostri, necnon & nostra sempiterna remuneratione, ac pro coniugis, proliq; nostre charissimæ perpetua mercede Curtum nostram Turegu, in Ducatu Almanico, in pago Durgaugensi, cū omnibus adiacentis, vel adspicientis eius, seu in diuersis functionibus, id est pagellum Vrantæ, cum Ecclesiis, domibus, ceterisq; ædificiis, desuper positis, mancipiis viriusq; sexus, & ætatis, terris cultis, & in cultis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, adiacentis, peruis exitibus, & regressibus, quasitis, & inquit edis, cum vniuersis censibus, & diuersis reahibitionibus: Insuper etiam forestam nostram, Albis nomine, & quidquid in eisdem locis, nostri iuris, atq; possessionis iure proprietatis est, & ad nostrum opus, instanti tempore pertinere videtur, totum, & integrum ad monasterium nostrum tradimus, quod situm est in eodem vico Turego, vbi sanctus Felix, & sancta Regula, martyres Christi, corpore quiescunt. Quod videlicet, eo rationis tenore, complacuit nobis agendum, ut deinceps in posterum ibidem*

Eius Ludouici instrumentum fundationis monasterij Sanctimonialium quibus opidum, & omnia vicina subiecta.

Curtis ex Iurisd. determinatione pars fundi.

omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium, vita, conuersatioq; monasterialis, monastico cultu instituta, celebretur, & libentius propter huius loci supplementum, à nobis iam prædictis martyribus dediti, Dei famularus illic exhibeatur. Ac pro nostra, debitorumq; nostrorum omnium mercedis augmento diligentius, ac vberius Domini misericordia exoretur. Volumus etiam ut fidelium nostrorum nouerit beniuolentia, quòd paterna pietate cõmoniti supradictũ monasteriũ, cũ omni integritate, vna cum nostra traditione, in locis præfatis, dilectissime filie nostre Hildegardæ in proprietatem concessimus, ut quantum, Domino permittente, valeat, in eodem monasterio, Domino militante, suoq; dominatui subiectam, disciplinis regularibus, & obseruatione monasterialis institutione corrigat, & nutriat, locaq; ipsa sibi met concessa, quantum vires suppeditent, profectibus, & emendationibus augmentando prouehat, ac emendet. Deniq; iubentes precipimus, ut nullus iudex publicus, nec Comes, nec quisquã ex iuridiciaria potestate in locis præfatis, vel in cunctis rebus ad eadem loca respicientibus, seu homines tam liberos, quàm & seruos, qui illic commanere videntur, distringere, aut infestare, nec fideiussores tollendo, aut vllas redhibitiones, vel freda, aut bannos exigendo, aut alicuius iniuria vim vllò umquã tempore inferre præsumat; Sed sub nostra defensione & immunitatis tuitione, cum Aduocatis ibi constitutis, res illæ securæ per diuturna tempora permaneant. Et ut hæc autoritas donationis, atq; confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; præsentibus, & futuris verius credatur, atq; diligentius conseruetur, manu propria nostra, subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domini  HLudouici gloriosissimi regis.

Comeatus Notarius ad vicem Rabbani recognoui.

Data XII Kal. Aug. Anno Christo propitio XX. regni Domini HLudouici serenissimi regis in Orientali Frãcia. Indiēt. I. Actū in Regensburg in Dei nomine feliciter, Amē. Carolus Crassus Imp. Ludouici supradicti filius, rogatu Bertæ sororis, quæ Hildegradi successerat, primus cudēda monetae licentiã, quæ nõ nisi locis antiquis, & singulari priuilegio permittebatur, indulgisse fertur. Hinc quòd adhuc Tiguri numi antiqui reperiri dicuntur, quibus vna facie, vultus mulieris velata, in altera scriptum, *Carolus Imperator*. Eadem Bertæ corpora SS. martyriū transfudit, utq; anniuersario festo tota regione celebrarentur, Episcopi Constantiensis auctoritate, & Caroli edicto impetrauit, Raperto monacho teste. Idem Rapertus, qui, eodem tēpore, sub Crasso, & deinceps vivebat, scribebat, memoratum tradidit, Episcopū Constantiensem post suam electionē, vnctionemq; , obligatum fuisse statim Tigurū se conferre, ibidemq; sacra facere, & populo sese ostēdere, quod antiquæ & memorabilis autoritatis argumentum. Cū verò sub eodem Carolo Crasso, Romanorū Imperiū ad Germanos venisset, substituto Arnulfo ex fratre nepote, Bauariæ duce, & deinceps aliis Germanis electis, nec certā sedem in Germania Imperatores haberent, curiãuē & iudicia exercebant, datū Insubrib, & Italicis, ut si quando ad externa iudicia vocarentur, Tiguri audirētur, auctor Otho Frisingensis, de Tiguro loquens. *Hoc opidum, inquit, in fœderibus montiū versus Italiam super lacū, vnde* Lemannus surgens fluit, situm,*

A. D. N.
lo cccliii.

Cudenda moneta auctoritas à Crasso Imp A. D. N. lo ccc lxxxv.

Episcopum Constantiensem, ubi electus esset, obligatum Tiguri comparere.

A. D. N. cl ccc. lxxxvii. Lib I. cap. VIII. gest. Aenob.

Ita corrupte vocat quem Limagum dicimus, quē fecutus, eius equalis Guntherus.

Imperatorum, seu Regum olim colonia fuit, tantaq̃ iuxta maiorū suorum traditionē auctoritatis, ut Mediolanenses, si quādo ad Trāsalpina vocarētur, iudicia ibi discuti, vel iudicari de iure deberent. Vnde ex iisdē tā in reb., quā in honoribus abundantia. in ipsius portā scriptum dicitur.

Nobile Turegum multarum copia rerum.

Nec abs re quod regum, Imperatorumue coloniā vocavit: Nā præter regij sanguinis, & originis, Ruperto pri-
mum, mox Hildegardi, & Berta Ducib. ductā regiam veluti
coloniam frequenter & libenter Imperatores, Regesq̃;
ea in vrbe egerunt, E Khardus Arnolphum Imp. qui Cras-
so successit, ut diximus, fermè Tiguri habuisse tradidit.
Hermannus Contractus Henricum III. quartò eadem in
vrbe versatum, moratumq̃; & demum Henrico filio ibidē
Othonis Marchionis filiam collocasse, multiq̃; alij, Hēricus
IV. VII. Carolus IV. Sigismundus, Fridericus III. &c.
Fuit ita semper Tigurum Imperialis sedes, iurisdictioq̃; si-
ue Aduocatia. Hēricus IV. Zæringis tradidit, Othone su-
prà memorato teste, vbi Berchtoldi Zæringi meminē, quē
promisso à patre Sueviæ Ducatu, Henricus Imp. substitu-
to Friderico à Srauffen, deiecerat, vnde bellū exortū erat
inter vtrumq̃; Ducē. Sic, inquit, *prædictus Fridericus Dux
simul Sucuorū, & gener regis factus, ad propria redijt. Ne multi-
tis morer, Berchtoldum tandem ad pacē coegit, quod quidā sub
filio suo Friderico tradūt. Cōditio autē fuit talis, ut Berchtoldus
Ducatū exfestaret. Sic tamen quod Turegū nobilissimū Sueuiæ
opidū, à manu Imperatoris ei tenendū remaneret.* quo quidē
loco Sueviæ opidum, non sine errore & gentium confu-
sionē nominat. Sueuiæ enim ultra Rhenū lacūq̃; Acroniū
in Germania, & Tigurū, & Tigurini intra Rhenum, & in
Gallia. Et ut Allemanni, in quibus Sueui, partim occupas-
rint.

*Tiguri reges,
& Imperatores libenter egerunt.
A. D. N.
cl. xviii.
cl. liii.
cl. liv.
cl. lvi.*

*Tigurina
Prefectura
Imp. zæringis tradita.*

*Eod. lib.
& cap.*

*A. D. N.
cl. lxxxii.*

*Tigurum nō
in Sueuiæ
sed Gallia
Heluetia.*

rint, nō tamen propterea Tigurini Sueui, aut Sueui Tigurini. Sueuia sub suo Duce, Tigurina præfectura, & in primis Tigurū, soli Imperio dedita, & subiecta. Post mortē sanē Friderici II. & Zæringorum omniū interitū, cūm Conradinus eius nepos, Ducatū Sueuiæ inuasisset, Tigurināq; præfecturam, & Tigurū, tamquā Sueuiæ partes, subiicere conaretur, & cūm resisterēt, Tigurinos, Conradi regis patris autoritate, proscripsisset, Richardus Anglus, qui eo tempore rex Romanorum electus erat, non solū proscriptione exemit, sed rursū Imperio, liberali causā, vindicauit. *Richardus Dei gratia Romanorū Rex semper Augustus, vniuersis Romani Imperij fidelibus gratiā suam, & omne bonū. Sanē fideli relatione peruenit ad nostrā serenitatis auditū, quōd Conradinus, olim Conradi regis filius, qui se Ducem Sueuiæ nominat, ea non contentus iniuria, quōd in vanū sibi gloriā alienā vsurpat, insuper & ciues nostros Turicenses, in nostro, & Imperij gremio speciali collocatos, nec ad Ducatū eūdem, sed ad Imperiū, pro vt stabilinuit antiquitas, & modernitas adprobauit, immediatē spectātes, tāquā subesse memo- rato ducatu, proscriptionis de facto (cūm nullo penitus iure possēt) sententiā promulgauit. Nos cautelā eisdem ciuibus (ne ali- quid in simplicium oculis eos infamiae nubilum decoloret) prædictā proscriptionis sententiā, utpotē omni robore vacuā, auctoritate regia, & plenitudine potestatis nostræ denunci- amus omninō carere viribus, & decernimus esse nullam. Date Hagonoa XX. die Nouemb. Indiēt. V. Anno Domini CLJ. CC. LXII. Regni nostri VI. Hæc de Tiguri origine, progressū, magnificentia, & dignitate pro vrbis magnitudine pauca, pro instituta materia, & temporis breuitate, aliquā multa. Primō mœnibus, & fossis paullō grandiorib. cinctā ferūt, & munitam Hungaricis temporibus sub Othone I. Imp.*

Imperio ite-
rum vindi-
cata & ea-
dem de re
Richardi
regis priuil.

Quando
mœnibus Ti-
gurum cin-
ctum.
A. D. N.
15 cccclx.

Tigurino-
rum cum
quatuor Ci-
uitatib. fœ-
deris perpe-
tui cause.

A. D. N.
clv. ccc.
xxxvi.

A. D. N.
clv. ccc.
xxxvii.
A. D. N.
clv. ccc. l.

& sequentib. vt alia plura in Heluetia, Alsatia, & Germa-
nia opida. Multa Tigurinorum antiqua, & postea præcla-
ra, & fortia facta, prisca, & recentib. scriptoribus memo-
rata, quorum iam antea nonnulla, & deinceps alio volumi-
ne, in tempore explicabuntur. Fœderis origo cū IV. Ci-
uitatib. ex magistratuū primò insolentia, tum, cū patro-
nos nacti essent, belli suscepti necessitate. Tigurinā rep. ad Imp. vsq; Ludouici IV. Bauari Imp. XXXVI viri, di-
uiso in duodenos per partes tres anno, administrauerant:
ita vt qui XII. Kal. Ianu. inierāt, pridie Kal. Mal. magistra-
tu abirent, sicq; quadrimestri spacio sibi mutuò succede-
rent, magnā hætenus æquitate, & reip. bono: scilicet dū
simplicitas; moresq; prisca valuere. Mox vbi odiis senato-
rij ordinis homines inter se certare, per factiones in partes
abire, omnes summū locum adpetere, eò cuncta vertere,
sua quisq; familiæ per ambitū attollere, reliquos paruipẽ-
dere, de iure pauca, cetera ex arbitrio iudicare, fas, atq; ne-
fas exiguo discrimine, habere: tū verò ærarium, & publica
vectigalia tot discidiis, & simultatib. in varia trahere, spo-
liare, & inde per inopiam, onerib. insolitis, plebem ciuesq;
premere, lacerare cœperunt, omnium quidẽ in se animos
conciarunt, sed præcipuè de peculatu arcessibatur, Ru-
dolfo Brūnero, qui ex patribus ad plebẽ transierat, maxiz
mè instigante. Hinc nonnulli relegati: vrbe alij spõte exce-
sere, qui mox refugiū, & socium nacti ex proximo Ioannẽ
Habsburgium, Rapertiulla Comitẽ, bellū patriæ intul-
erunt: principio per prodiones & fraude, post aperto
Marte. Variæ tum pugna, & plerūq; Tigurinīs felices. Ex-
cisæ arces Comitū Rapertiullanorum plures, sed ipsa Ra-
pertiulla funditū euersa, traxit in propinquorum subsi-
dium Albertū Austriacum cognomẽto Sapientẽ & eius

preci-

precib. Carolum IV. Imp. eoq; monēte, omne quantū est Germanorū Imperium. Hinc etiā quasitæ Tigurinis opes, & IV Ciuitatum pro tempore firmissimæ viſæ: Fœdus cū iis perpetuum cōceptum incūte Maio, die Valdburgi virgini sacro: sequēti post anno, sollenniter iuratum. Hoc auxilio profligati hostes, plures victoriæ reportatæ, respub. parta, & fortiter stabilita. In hac vrbe patrum memoria, cū nō solūm bella per Principum ambitum, terrarum orbem occupassent, sed etiam de religionib. quæstiones essent, Saich Ismael, quē Sophi nominamus apud Persas, & in Asia noua dogmata super Alcorani interpretationē euulgasset: Eodē tēpore in Africa * Morabuth qui se Cheris, * aut Serisa dixit, multa prius pietatis simulatione, ex cōtrario omnes interpretes, vt fraudulētos, abiccisset, præter simplex Alcoranū nihil veri, vel boni agnosceret. In Europa, præcipuè Germania Martinus Luterus Augustinianus monachus, qui se Heliam & quintū Euangelistam ferebat, diuersa contra Romanæ Ecclesiæ autoritatem, & Apostolicas traditiones publicasset, in Heluetia Vldaricus Zuinglius, sacerdotij ordinis nōnulla quoq; noua tradere, cepit, aut pleraq; quæ olim Arnoldus Brixianus Tiguri docuerat, longa obliuione, & tenebris damnata, post quadragesimum annum, in lucem memoriāq; reuocauit, procliuioribus ad nouitates mortalium animis, primò multis auidē sumta, tamquàm libertati consentanea, mox discidia, & vt acriora sunt, quæ pro religionibus odia suscipiuntur, inimicitias, & bella ciuilia peperere: Quibus, eadem ex causâ Germania vniuersa, & deniq; Caluino, & Beza auctoribus, Gallia conflagrauere. Arnoldi doctrinā, finemq;, eleganti carmine, persecutus est Gunterus, sui tēporis poeta princeps, cūm Eriderici I. cognomine Aeno-

A. D. N.
cl. ccc. li.
A. D. N.
cl. ccc. lxi.

A. D. N.
cl. ccc. xiv.
*

Significat
hoc nomen
eremitam,
& vite san-
ctæ hominem
Theuctus
lib. i. cap. v.
& lib. x.
cap. i. Cos-
mog.
*

Hoc est ma-
gnum sacer-
dotem.
A. D. N.
cl. ccc. xix.

A. D. N.
clv. c. lvi.
Lib. III.
Ligurini.

354

Francisci Guillimanni

bardi Imp. cuius aulae sectator, & Comes erat, iter Romam
ut coronari Imperialem susciperet, descripsit.

*Inde caput mundi Romam petit, atq; Viterbum
Contigit. Excelsa non longius Vrbe Viterbum,
Quam quantum biduo tardus valet ire viator.
Sedis Apostolicæ præsul, summusq; Sacerdos
Tunc Adrianus erat, qui fama laetus eadem,
Protinus eximia cleri stipante cærona,
Occurrit magnasq; viro, tristesq; querellas,
Multaq; facta sua crudelia protulit Vrbi.
Contemni sese referens, populiq; furentis
Iurgia, probra, minas, risus, conuicia, rixas,
Sæpe pati, clerumq; suum, ceu vindice nullo,
Expositum probris, crebras perferre rapinas,
Pulsari, grassante manu, ferroq; lacerari.
Cuius origo mali, tantaq; voraginis auctor
Exstitit Arnoldus, quem Brixia protulit ortu:
Pestifero, tenui nutriui Gallia sumtu,
Edocuitq; diu. Tandem natalibus oris
Redditus, adsumma sapientis fronte, deserto
Fallebat sermone rudes, clerumq; procaci
Insectans odio, monachorum acerrimus hostis,
Plebis adulator, gaudens popularibus auris.
Pontifices ipsumq; graui conrodere lingua
Audebat Papam, scelerataq; dogmata vulgo
Diffundens variis implebat vocibus aures:
Nil proprium cleri, fundos, & prædia nullo
Iure sequi monachos, nulli fiscalia iura
Pontificum, nulli cura popularis honorem
Abbatum sacras referens concedere leges.
Omnia principibus terrenis subdita, t. ni. m.*

Com-

Committenda viris popularibus, atq; regenda.
 Illis primitias, & quæ deuotio plebis
 Offerat, & decimas castos in corporis usus
 Non ad luxuriam, siue oblectamina carnis
 Concedens, mollesq; cibos, cultusq; nitorem
 Illicitosq; iocos, lasciuasq; gaudia cleri.
 Pontificum fastus, abbatum demq; laxos
 Damnabat penitus mores, monachosq; superbos.
 Verasq; multa quidem. Nisi tempora nostra fideles
 Respuerent monitus, falsis admixta monebat.
 Et fateor, pulcræ fallendi nouerat artem.
 Veris falsa probans, quia tantum falsa loquendo
 Fallere nemo potest. Veri sub imagine falsum
 Influit, & furtim deceptas occupat aures.
 Articulos etiam fidei, certumq; tenorem
 Non satis exacta stolidus pietate fouebat;
 Impia mell. fluis admiscens toxica verbis.
 Ille suam uicors in cl. rum, Pontificemq;
 Atq; alias plures adeo commouerat urbes,
 Vriam ludibria sacer, extremoq; pudori
 Clerus haberetur, quod adhuc, ni fallor, in illa
 Gente nocet, multumq; sacro detrunca honori.
 Mox in Concilio Romæ damnatus ab illo
 Prasule, qui numeros ueritum contingere nostros
 Nomen ab innocua duci laudabile uita
 Territus, & misera confusus imagine culpa
 Fugit ab Vrbe sua transalpinisq; receptus,
 Quæ sibi uicinas Alemannia suscipit Alpes,
 Nomen ab Alpino ducens, ut fama, lemano,
 Nobile Turegum doctoris nomine falso
 Insedit, totamq; breui sub tempore, terram

Allemannie
 nomen à Le-
 manno ex
 Guntheri
 sententia,
 quæ de
 alibi.

Perfidus impura fœdauit dogmatis aura.
 Vnde venenato dudum corrupta sapore
 Et nimium falsi doctrina vatis inherens,
 Seruat adhuc vna gustum gens illa paterna.
 Ast vbi de medio sublato Prasule summo
 Eugenius sacre suscepit iura Cathedra,
 Ille Petri solidam cupiens conuellere petram
 Vt caput infirmum per cetera membra dolorem
 Diffundit, Romana petit temerarius ausu
 Mœnia sacrilego, totamq; nefarius Urbem,
 Inficit, impuri corruptam semine verbi:
 Et populi tantas in clerum suscitât iras
 Vt penitus nullum summo deferret honorem
 Pontifici, clerumq; odio vexaret iniquo.
 Et si quis cui mens aequi reuerentior esset,
 Et meliora pio flagrarent viscera voto,
 Fortè refragari, seu dissuadere furorem
 Ausus erat, seseq; nouis opponere monstris
 Omnibus ereptis, subuersa funditus ade,
 Corporis adflicta, seu tandem sanguine fuso
 Clericus, aut etiam popularis, facta luebat.
 Quin etiam titulos urbis renouare vetustos,
 Patricios recreare viros, priscosq; Quirites,
 Nomine plebeio, secernere nomen equestre,
 Iura tribunorum, sanctum reparare senatum,
 Et senio fessas, mutasq; reponere leges,
 Lapsa ruinosis, & adhuc pendentia muris
 Reddere primo Capitolia prisca nitenti,
 Consiliis, armisq; sua moderamina summa,
 Arbitrio tractare suo, nil iuris in hac re
 Pontifici summo, modicum concedere regi

*Suadebat populo. Sic laesa stultus utraq;
Maiestate reum gemina se fecerat aula.
Vnde etiam tandem (neq; enim reor esse silendam,
Nec de funesto repetatur postea sermo)
Iudicio cleri, nostro sub* principe, victus,
Appensusq; cruci, flammaq; cremante solutus
In cineres, Tiberine, tuas est sparsus in undas.
Ne stolidæ plebis, quem fecerat improbus error,
Martyris ossa nouo, cineresq; foueret honore.*

Haftenus Guntherus. De eodem Arnolde pauca Otho Episcopus Frisingensis eiusdem Friderici Aenobardi Imp. patruus. *His diebus, inquit, Arnoldus quidam religionis habitum habens, sed cum minimè, ut ex doctrina eius patuit, seruans, ex Ecclesiastici honoris inuidia, urbem Romam ingreditur ac senatoriam dignitatem, equestremq; ordinem renouare ad instar antiquorum, volens, totam penè urbem ac præcipuè populam aduersus Pontificem suum concitauit. Sed pluribus hac de re ad Innocentium Pontif. D. Bernardus, & epistola ad Episcopum Constantiensem, ubi cum paucis eos refutasset, qui Arnoldum ab abstinentia laudabant, demum inquit. Si vultis scribere, homo est neq; manducans, neq; bibens solo cum diabolo esuriens, & sitiens sanguinem animarum, &c.*

DE CLARONA.

CAP. VI.

S Vanetes fuisse quos Glaronenses dicimus, inde mihi opinio quòd eos, non solum in Alpinis populis ponit Plinius, sed inter Rheguscos, Brixenses, & Lepontios, quo quidem situ ipsi, & in regionis medio Schuanda ubi adhuc quotannis totius populi fit conuentus, à quo antiquum populi vocabulum, vicus nobilis, baronum eius

Friderico
primo Imp.
Aenobardo

Lib. I. cap.
XXVII. de
gest. Frid.

Epl. cxcv.

Lib. III.
cap. xx.
Rhintaler
Brixner &
Vrsler.

Claronæ
prima men-
tio.

A. D. N. 7
cc lxxxvii
S S.

Felices, &
Regule hi-
storia.

Eorum Cla-
ronæ gesta,
& moni-
menta.

A. D. N.
ccccxci.
S. Fridolini
historia, &
in Heluetia
gesta.

nominis sedes. Claronæ deinceps qui meminerit primum fuisse crediderim Florenicum in vita Felicis, & Regula. Cū enim legionis Thebaicæ excidium Maximianus Imp. A. gauni imperasset, ex ea legione non pauci hinc inde dispersi: Felicem cum sorore Regula, & Exsuperantium, Valesiam transeuntes, per montem Furcam nominatum, & vastitudinem Vrsaria, Vraniam delapsos: vbi cū nō paucos ad meliora vocassent sacra, superatis illis montibus, qui Marck, siue limitares dicuntur, & vtramq; ditionem diuidunt, in Glaronensium regionem descendisse refert, quæ eo adhuc tempore vasta admodū, & inculta. Collē prope vicum Claronam, & in eo speluncam occupasse, tenuisseq; vbi etiamnum eorum ostenditur, literis in rupe ductis, chirographum. Eodem in colle sacellum posuisse D. Michaeli Archangelo sacrum. Inde, conuersis ad Christum omnibus propè incolis, Thuregum profectos, martyrium obiisse. Hæc quidem Florenicus. Post ducentesium deinceps annum tempore Clodouei I. Francorum regis, in Heluetiam venit Fridolinus natione Hybernus, gēte nobili, professione monachus, qui cū passim in ea, & vicinia Rauracis, Lacobrigis, Vindelicis, Rhætis Christū adnunciasset, inter ceteros etiam Claronenses in ea quam imbibent, tot ante annis, fide, & pietate, vt permanent hortatus est, & persuasit, adductis in eandem sententiam, qui tum, post subactos Allemannos, eam regionem acceperant à Clodoueo, Vrsō, & Landolfo fratribus: Cū verò iidem sine liberis essent, Vrsus quidem quidquid apud Glaronēses iuris habebat, fratre Landolfo lubente, & volente D. Fridolino liberaliter obtulit, donauitq;. Sed tam diu donationis fides, quàm diu Vrsō vita fuit: Vbi ea digressus est, Landolfus negare omnia, & fratris hereditatē

vindi-

vindicare: testamēti tabulas, & cetera pro vanis, & irrita habere: Fridolinū, quia tenebat, apud Comitē Balbertū accusare, litemq; intendere: Nec deerat Fridolinus: Dei, & iustitiæ, & veritatis, iurisq; amore. Tantū tamen fauor valuit, vt sentētia quidem pronunciaretur, falsa, videri, & corrupta, quæ instrumēta, scriptaq; Fridolinus ostēderet, litem testibus euinceret. Quæ sententia, vt in Diuum lata. *Agam sanè & estibus*, inquit. Locum dein, tempusq; poscit, in quem locum cum testibus veniat. Hinc plenus fiducia, & spe, rectā se ad Vrsi sepulcrum contulit, & inperterritus, adstante, & obstupente rei nouitate multitudine: In nomine DEI, qui viuis imperat, & mortuis, resurgat, testēq; profiteatur, munus se id fecisse, de quo controuersia sit, iubet. Mirū dictū, sed visu mirabilius, ossium resumptis, cōpagibus, exurgit tumulo Vrsus, comitemq; se ad tribunal iudicis adiungit. Illud Rancuillæ apud Reguſcos, ea tempestate, celebrabatur, præſidentibus Comitibus Clodouei instituto, XV. Confectis igitur quinquaginta circiter passuū millibus Clarona Rancuillam vsq; in concilio cōstitit, & ad fratrem conuersus; cur se beata quietudine priuasset, præmioq; quo fruebatur, ob donatam in honorem Dei hereditatem, grauitè, & minaci voce increpuit, qua Landolfus oratione, visioneq; magnoperè exterritus, nō solum restitutum fratris partem promisit, sed suā etiam adiuncturū. Ita tota Glaronēsiū regio D. Fridolino tradita. Fridolinus primò, quia sacellum illud à beatis Martyribus cōditum, Christianorum multitudinē non capiebat, suæ iam ditionis sumtu, & reditibus, Ecclesiā eam parochialem, qua nūc quoq; Glaronēses vtūtur, ædificauit: deinde verò omnes incolas manumisit, & libertate donauit, exceptis postea in eā regionem aduenis. reditus, cen-

Inſigne miraculum.

A. D. N.
15. v
S. Fridolinus
Claronen-
ſium Domi-
nus, & po-
ſtea patro-
nus, tuiela-
ris Diuus.

Claronenses
liberi Monasterij
Sanctionensis
subditi.

A. D. N.
ccccvii.

A. D. N.

clj. c. lxxvii

Otho Burgundia
palatinus Claronensium
Advocatus.

Limites inter
eos, & Vranios
restituit.

A. D. N.

clj. c. xcvi.

Albertus Austriacus I.
in eam familiam
transiit.

A. D. N.

clj. cc. xcix

sus, cetera officia monasterio Sanctimonialium, quod Sanctione Rheni insula, constituerat, pendere iussit, eiq; subesse. Quia ratione Claronenses liberi monasterij Sanctionensis homines, proinde remp. suam, suos magistratus ex se prælegere, habueruntq; nulli præterquã Imperio obnoxij. Friderico I. Aenob. Imperij potito, cum bellis omnia flagrarent ciuilib. & Sanctioni periculum esset, ipse Italicis rebellionibus intederetur, Othonem Burgundia palatinum ex Beatrice vnica, Comitatus Burgundia herede, filium, Sanctioni, eadem Claronensibus, patronum, & aduocatum dedit. Is limites inter Claronenses, & Vranios, sua auctoritate, constituit, pro quibus limitibus, acris bella, prædas, vastationes, utrimq; habuerant. Eius rei existat Inst. cuius initium. *Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter Vranenses, & Claronenses, DEO adiuuante, reconciliati sunt, sub hac forma. Est riuus, &c. Et ne circumiacentium provinciarum plebi iradatur obliuioni, & ne commutari possit, sigillo Othonis Comitis Palatini Burgundia, presens charta impressa est, & eius consensu, quia ipse est Aduocatus Claronensium. Actum Dominica Incarnationis M. C. XCVI. Datu apud Claronam III. Kal. Septembris.* Albertus deinceps Imp. I. Austriacus primò Sanctionem in tutelam, sed Glaronenses in feudum perpetuum ab Antistira accepit, ipsis inuitis, & repugnantibus. Nã & ipsa, & quæ præcesserant, totumq; adeo Sanctimonialium Collegium sepiùs promiserant, literis, & priuilegiis cauerant, numquam fore, vt à se dispararentur, alienarentur. Præfecturam verò, aut iurisdictionem Imperialem Claronæ suis liberis idem Albertus perpetuam fecit, qua in parte Imperio vim attulit. Sed nõ his contenti iidem liberi, aliùs in viscera Claronensium se pernitrauere. Quia enim vero pauca illis, aut nulla ex eo feuz

do, aut iurisdictione commoda: Census enim, & redditus, erant Monasterij, cetera accidentia eiusdem Maioris, qui, ea quidē tempestate, Hermannus à Vindeck cuius in arce Vindeck in Castris extra Claronensem regionem habitatio: respublica per Ammanum, & XII. viros, omnes Claronenses, (Nec enim externo aut aduenæ eò peruenire officij antiquo more, & instituto, fas.) administrabatur; ipsum Hermannum Austriaci Leopoldus, & fratres perpulere, vt eo Maioratu cederet. Literæ super hac re factæ, quibus literis Maioratum in manus Leopoldi tradebat, *Bada festos. Viii. anno Dn. c. l. d. ccc. viii.* Tum Procuratorem constituerunt qui Castrenses, quos antè, cum Comitatu Kiburgensi acceperant, & Claronenses regeret: hos quidem Superiorem iurisdictionem, illos inferiorem adpellitantes. Fuit primus Procurator Fridericus Comes Toggenburgensis. Et is à principio apud Claronenses pauca alia quàm quæ Maiores attingere viderentur, fungebatur: paullatim verò adfurgere, & quæ Ammani fuerat in se transferre, donec, abolito omninò Ammani officio, ex Procuratore Præfectum Albertus, & Otho Austriaci Principes mitterent Hermannum Equitè à Landenberg, adsignata apud Naualia arce, quam paullò antè in hunc usum à Peregrino à Vagenberg Claronensi nobili emerant. Neq; postea apud Claronenses pax fida, aut animorū tranquillitas fuit, mutata republ. & nouationibus, quibus exact. ones quoq; grauiores successere. Nullum, exulceratis animis Austriacis remedium quæsitum: cum deberent asperiora prælegere. Bellum cum quinq; Ciuitatibus erat difficillimum. Iis infestandis, Suis præsertim, Claronenses præsidij onerare & ex eorum finibus in hostes currere Austriaci cogitabant. Consilia in lucem data effectum ab

Maioratum
Clarone
Austriaci sibi
vindicarunt.

Ammani
officium ab-
oleuerunt, &
Præfectum
constituerunt.
A. D. N.
c. l. d. ccc.
xxix.

A. D. N.
clj. ccc. li.
*Ciuitates
quatuor,
Claronenses
in deditiōe
acceperunt,
& federis
societatem.*

A. D. N.
cljccc. xcv

A. D. N.
clj. ccc. li.
*Strabo. lib.
IV. & VII
Tugini pris-
cis scriptori-
bus Græcis
& latinis
noti.*

*In suis Ar-
gonia, siue
pagi Vrbigeni anti-
quitatibus.
A. D. N.
lxxxviii.*

stulerunt. Quatuor enim Ciuitates Tigurum, Vrania, Suis-
tia, Vnderualdia, re intellecta Claronenses, beniuolentis-
bus animis, in deditiōem acceperunt, paullo post festum
Martini, dato q; sacramento, socios, & Confœderatos ad-
sciuerūt. Valterus à studio regione pulsus, antiqua reipub-
licæ forma repetita. qui patebat vnicus in vallem aditus,
cetera claudenti bus vndiquaq; altissimis montibus, mu-
ro, fossaq; occupatus. *littera fœderis sequenti anno facta. IV.
Iunij, die Luna post Pentecosten.* Iura omnia tamen Sanctio-
nensi Monasterio, & Imperio, census q; recepti. Grandi pe-
cunia, pluribus post annis, euindicauere.

DE TVGIO.

CAP. VII.

Eodem pariter anno sub finem Iunij Tugienses in fœ-
deris societatem sumti. Ipsi antiquis, & primæ classis
scriptoribus noti, Tigurinorum, vt ad fines, ita comites, &
commilitones bellis Cimbricis, quorum prœinde opidū
Tugium ex XII. incensis vnum. Nec postea satis reperias
quæ condicio, status q; fuerit. Credo reædificatum opidū
barbaros rursū euertisse. Nam sēper cultum, facit vt
credam, præter antiquum nomen, amœnitas, vbertas q;
loci, laciq;. Cunradus Gæslerus baro, qui Meyenberg in
pago Vrbigeno, ex arce Scharpfenstein, opidum cōdidit,
cum augurio, vltimum istuc in ea parte constitutum opi-
dū, primum q; quod pereat, memoriæ tradidit, Cami do-
minos Tugium reparasse. Cami antiqua memoria iam ab
Ludouico Germaniæ rege, Caroli M. nepote. Is *Villam Cas-
tillam* filiæ suæ Hildegardi quam Thuricensi monasterio, vt
aliàs vidimus, præfecerat, donauit. Frequentasse deinceps,
& ob lacu delicias ædificasse nobiles ab Hunenberg, Vel-

len.

lêberg, Barburg, Schnabelberg, omnes Tugiëfis ditionis, alios q̄. Camensium etiam plures eò concessisse. Vellenbergenses demum tenuisse Burgumq̄; siue arcem, cuius hodie adhuc nomen in colliculo, opidi noui, posuisse. Ab iis ad nobiles ab Haluyt, tum demum ad Habsburgios venisse. Bellis quæ cum Fœderatis Ciuitatibus Austriaci gesserunt Tugij præsidia habere, in Suiuos, in Lucernates excurrere solebant, magno vtrinq; damno esse. Cùm Tigurini etiam fœderi nomen dedissent, impedimētum ferre, vt medios ne commearum cum ceteris possent. Inde causa, & necessitas obsidendi opidi. VIII. Iunij. Primo exteriora Officia, quæ vocant, Bar, Mentzinga, Aquæ Regiæ siue Aegri, metu vastationis, deditionem fecere, sacramentumq; dixerunt, ea quidem ratione, vt opidani, eo includerētur, si in potestatem venissent. Excepti prætereà Principum redditus, iura, officia. Neq; enim vniquam animus fuit Helueticis, suis fœderibus, regibus, principibus, nobilibus detrimento esse, aut vim adferre, in iis quæ iure ad eos veniret. Sed hac fœderū societate sua potiùs tuta reddere, vimq; & tyrannidem propulsare, & prohibere. Opidani ad quintum decimum diem tenuere, sagittariorum maximè opera, quos Argëtina euocatos, præsidio addiderat Albertus, & ipsius opem, voluntatemq; expectaturi, qui haut inde procul, apud Campum Regium, cum maximo peditum, equitumq; exercitu agitabati. Postremò Vigilia S. Ioannis Baptistæ expugnatū opidū. Ipsi, vti ceteri iam antea, in fœderis communionem capti, eisdem articulis, quibus Ciuitates tenerentur, XXVII. eiusdem mensis Iunij. Opidum Tugium, ea tempestate prisce vr̄bis, vt nunc vocant, moribus detinebatur. paucaq; extra eum ambitum ædificia, excepto burgo, & casis aliquot in vinetis, quæ lacui namis

Tugini Habsburgis & demum Austriaci subiecti.

Ciuitates confederatæ Tugium obsiderunt.

Fœderum Helueticorum ratio.

*Tugini in societatem admisi.
A. D. N. cl̄o ccclij.*

A. D. N.
cl^o cccc.
xxxv.

*Tuginorum
miserabilis
clades, &
ruina.
Miraculum*

*Noui opidi
origo.*

A. D. N.

cl^o. l^o. xx.

A. D. N.

cl^o l^o xxxvi.

A. D. N.

cl^o. l^o.

xlviii.

fnitum.

*Berne con-
ditor, condi-
tionis causa.*

nent. Accidit verò vt, multis post annis, feria VI. quæ in IV. Martij venerat, ædes, quæ proximè lacū, sensim, discedente solo, dehiscerent. Et erat notata ruina. Nam murorū cōpages rimas duxerant, fragorem repentinū ediderant, fumum, & nebulam halabant. Sed quis eam cladē sperasset? Qui tamen cautiores essent, domibus egredi, pleraq; exportare cæperūt. Plures sua securitas perdidit. Circa enim quintam pomeridianam, vno impetu, strageq; & strepitu, plateæ duæ in aquarum viscera subsedere, nullo omninò sui vestigio relicto. Mortales multi absumpti. Nec tamen in tanta misertudine, defuere miracula. Infans namq; in cunis, per aquarum agitationem, & volumina ex profunditate emersus, cum ventus aliquamdiu circumtulisset, demum ad ripam prope Sacellum D. Nicolai, extra opidum, exposuit saluum, & incolumem. Iuuenis quidam cum totā illam noctem hinc inde summis viribus, fluctibus, & procellis eluctatus esset, tandem prope Nosodochiū repertus est, & inde in opidum illatus, sanitatē recepit. Ab eo deinceps metu, Urbis, quam proinde nouā nominant, origo, & incrementa. Sed maximè laboratum in ea augenda, & amplificanda post bella Insubriæ, & postea. Tunc enim quisq; prout opes, & potētia, altiùs in collē se subducere, fabricare. Mœnia quoq; & turres ad eam partem addiderunt, templumq; multæ elegantiæ D. Osualdo. S. D. & iam Tugij magnam ea partem efficit.

D E B E R N A.

C A P. VIII.

B Erchtoldus V. & vltimus Zaringiæ Dux, & Burgūdiæ Rector Bernam condidit, cum intolerantiæ, & rebellionibus suorum munimenti satis Friburgum à patre paullò antè, eādē ob causam positum nō sufficeret

ret

ret, Annus foundationis huius versiculi inclusus carach-
teribus.

Et d'VX BerchtoldVs BernaM s'vXisse notatVr.

Mense Maio posita fundamēta, Architecto Conrado no-
bili Barone à Bubenbergo. Loci ingenium ab initio ita cō-
paratum, vt cūm se se in longitudinem rupib. porrigeret,
circūfluente Arula in peninsulam formaretur, cuius ex-
tremītatē in angulo arx Nideck, qua frequenter agebāt
Zaringi, tuebatur. Ab eo situ nomen in Sacco fuit. Cete-
ra silua dēssissima claudēbātur. In ea repertus per venatio-
nē Vrsus vrbi nomen dedit: & inde Archtopolin quidam
nōminauēre: hanc ergo rupem Berchtoldus aedificiis oc-
cupauit, & ad eum locum perduxit, vbi nunc turris horo-
logij, fossa latissima, vtraq; fluminis ripa illam partem ter-
minante. Mox satis pro tēpore instructam, & aliquot no-
bilib. familiis ex Auēticis, Vrbigeno, Brisiacis auctam, cūm
perissent ex se duo nati, & vxor inepra ad aliam prolem
procreandam effecta esset, vtrumq; nobilitatis, vt pleriq;
tradidēre, veneno, & dolo, orta ex magna potentia, &
Iustitia, vt sit inter mortales, inuidia & odio, Orthoni
IV. Imp. tradidit, qui in suam, & Imperij tutelam sus-
cepit. Sed Fridericus II. qui post successit, priuilegia vrba-
na, & cetera Bernensibus ampliter largitus est. *Pollicitus*,
inquit Naucleus, *quod ab Imperio nec per se, nec per suos
successores alienari valerēt vllō vquam tempore*, præfectū-
que Imperij nomine constituit Othonem Equitē à Rauē-
spurgo, postremò etiā hac præfectura liberauit. Berch-
toldus inde Friburgum Brisiacorum profectus, aliquot
post annis virasolutus est. Sed Bernæ tantisper rerum pro-
spera, & incrementa dum Imperij, & vita Friderico fuit:
Vbi vtroq; spoliatus, & secuto interregno, cuncta raperē-

Tempus.

Nomen.

Imperio
tradita, &
Imperialis
facta
A. N. D.
cib. cc. ix.
Priuilegia à
Friderico II.
Generatione
xxxviii.
A. D. N.
cib. cc.
xviii.

Nobilitatis
contra Ber-
nenses conim-
rationes.

Ipsi Comiti
Sabaudia
se dederunt.

Petrus Sa-
baudia Co-
mes Funda-
tor secundus
Bernae.

Bavo Pingo-
nius in eo.
Libertati
restituti.

tur, traherentur, iure, iniuria, eodē discrimine, subitò in se aliquot ex propinquo Comites vertit. Causa idonea visa, quòd alteram ripam, quæ pagi Vrbigeni est, ponte occupasset, argèto licet id soli redemisset. Hinc Comes Kiburgius, qui vt Burgdorffi dominus, proxima tenebat, arma sumsit: adiunxit alios Arbergensem, Nidouiū, Strasbergensem, multamq; nobilitatē, quæ eò procliuior, quòd in suam perniciem urbem natā vulgò iactaretur. Bernenses in re incerta, cū nec opes suppeterent ad defensionem, nec ab Imperio inter se diuiso, auxiliū sperare possent, Petro Sabaudia Comiti, qui Burgundiā maiorem fermè totam eodem tempore inuaserat, urbē deniq; tradidēre *XXXV. Nouemb.* vt literæ de ea re factæ ostendunt, *A. D. N. CLC CC LXVI.* Ipse & hostes duobus grauissimis præliis fractos expulit, profligauitq; & ponte vtramq; ripā firmavit. Et quia pro multitudine, & ciuiū virtute parū magna videretur, urbem ampliavit, mœniaq; ad fossam vsq; Vrsorum mouit, qua in re non solū defensoris, & tutoris, sed etiam patris, & secūdi conditoris officio defunctus est. Paruēre Sabaudis hinc Comitibus ad Acardoū vsq; Amedei IV. filiū, XIII: à Beraldo, Sabaudie Comitem. Is cū multa bella cum Delphino, Geneuensibusq; haberet, si Bernenses operam præstabilem armis dedissent, quæcūq; à se petissent, *uterat sui suaq; rei profusissimus*, liberaliter promisit. Petiēre pristinā libertatē, & obtinuēre, fœdus, & amicitia perpetua vtrimq; facta: Et inde armis tantū Bernenses connixi sunt, vt iam tū eo, quod tenent, dominio, non indigni viderentur. Denum patrato Laupensi bello, cū ante oculos nobilitatis odia, & coniurationes ex Seqanis, Brisiacis, Alsatia, &c. obseruarentur, rursū strenuam operam quam à quatuor Ciuitatib; Lucerna, Vrania, Suintia,

Siluania acceperant, memoria repeterēt, vt perpetuo fœdere cum iis coniungi possent, petiere, & impetrauere. *Littera data Lucerne, VI. Martij. A.D.N. CLJ. CCC. LIII.* Hæ octo Ciuitates quandoq; veteres, aut antiquiores vocantur instrumentis publicis.

D E F R I B V R G O.

C A P. I X.

BERCHTOLDVS IV. zæringiæ Dux, qui Friburgum condidit, cū patri Conrado, qui primus Burgundiæ Rector dictus, successisset, illud in primis curis habuit, vt quā ab eo Burgūdiā acceperat, fortiter administraret, bellaq; quæ pater cū Rinaldo Comite ceperat, quòd eam sibi vindicabat, debellaret. De quibus alio loco fusiùs egimus. Friderici demum I. Imp. Aenobardi, qui vnicam Rinaldi filiam Beatricem duxerat, auctoritate factum, vt Rinaldus quidem Vltraiurana, siue hodiernū Comitatum Burgundiæ teneret, Berchtoldus Cisiurana, siue Burgundiam Minorem, hoc est, Heluetiæ potiorem partem potiretur. Plena ea nobilitatis, quæ vt lingua, ita moribus diuersa, proindeq; Germano principi, qui per vim quasi subiugasset parum amica, eodq; elatior, quòd cū fortissimis arcibus defenderetur, nullæ propè essent in Auenticis, quas timeret vrbes. Nam præter Ebrodunū, nullum omninò in Auenticis opidum quod mœnibus se tueri satis possit. Paterniacum quidem, & Salodorum in flore, per noua Collegia, & Berchtæ reginæ regia magnificentia, sed haut firmæ. Rotundimòrem situs solam commēdabat: eadem fermè ceterorum ratio. Vnde Berchtoldo consilium, & prouinciæ illustrandæ, & nobilitati reprimēdæ ex arce quam tenebat condendi opidum. Arx illa

Lib. II.

Nova Curia ex arce ruderibus postea condita an. D. 1505. Friburgi fundatio. Ambitus. Situs.

Nominis origo.

Ditio antiqua Friburgensis.

Zæringi priuilegia.

Mors. A. D. N. clō. clxxxv

tempestate eo in loco, vbi nunc noua Curia. Ab illa igitur arce ædificia perduxit ad cliui illum descensum, cui Staldæ nomen est: & inde ad angulum illum, qui Pistorū societatem efficit: Mox ad eam extremitatem, quā Auentici primò nobiles, nunc Falcones colunt, & inde rursus ad arcem: Eo quidem situ vt cùm omnia contra Meridiem, Orientem, & Septentrionē rupibus altissimis essent prærupta, latus Occidentale fossa profundissima tegeret. Quæ ratione fiebat, vt cùm vndiq; natura muniretur, opidum aliis mœnibus, aut propugnamentis non indigeret. Et ab ea libera constitutione repertum nomen, *Friburgumq; nominatum. A. D. N. CLC. C. LXXIX.* Qui quidem ambitus ampliata longè, lateq; vt vrbe, ita nomine, Burgi tamen seruauit primam adpellationem. Sed ne castrum ex ipso nomine, potius quàm vrbem condidisse Zæringus videretur, ditionem externam adiecit, cuius antiqui limites, à Senfa fluuio, ad riuū Maconensem: & à Villaria, prope Moratum, ad vsq; Plaseiam, trium fermè horarum circum circaq; terrarū spacio. Tradidit & ius scriptum. Vt quæ frequētius coleretur multa priuilegia indulset. Ter se iudicia coram exerciturum: adpellationes auditorū, nec ex suo se arbitrato, tamen pronunciatum, sed de iure, & ex legibus, institutis, priuilegiis. Nullas belli caussa, aut alterius necessitudinis exactiones onerauè additurum: Neque ciues, nisi sponte, vltra ducturum, vsurumue, quàm domum, eodem die, redire possint. Incolentium domos, pro milite, contra voluntatem, non vsurpaturum: Alia multa, quæ mox Fridericus Aenobardus, nonnullis additis cōfirmavit, *regni ann. XXXI. A. D. N. CLC. C. LXXXIII* Berchtoldus cùm hoc pacto opes firmasset, egregiumq; sui monumentū reliquisset, vitam haut multò post deposuit

suit

fuit, superstitie vnico filio Berchtoldo V. filiabus Agnete, quæ Aegoni Comiti Vracensi collocata, & Anna, quam Vernerus Comes Kiburgensis vxorem duxit. Hic Berchtoldus filius Bernam constituit, loco, & caussis supramemoratis. Vtramq; verò vr̄bem cūm amicitiam, & veluti consanguinitatem colerent multis adhortatus esset, perpetuaq; societate, & necessitudine deuinxisset, manu veluti misit, & libertate donauit. Fridericus II. Imp. vt antè Bernā, ita Friburgū, & omnia, quæ ad ipsum pertinere videbantur, in suā, & Imperij tutelā suscepit. Priuilegium datum *Hagono* mense Septembri Anno regni eius X. D. N. CLV. CC. XIX. Illa caussa fuit, vt plurimi viciniae nobiles & opulenti, tamquā, eadem ratione, sub Imperio futuri, in vr̄bem commigrarent, fortunasq; suas, & sedes in ea collocarent. Crescere inde vr̄bs statim cepit, maximè infra arcem, vbi nunc Fons vetus, & in subiecta valle, pratis quæ, à quibus illi regioni nomen, fabricata ædes, altera etiā fluminis Sanæ ripa, auspiciis præcipuè Rodolphi ab Hagenberg, qui Domum, templumq; Equitibus ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, eo in loco, posuit, vbi etiam sepultus est. Fossa quoq; duobus pontibus lapideis occupata, vno ad tiliam, & forum piscarium: altero prope Ramensium domum, quæ hodie Nobilium societas est, retinetq; oppleta licet fossa, nunc quoq; pōtis nomen, & ex eo Sacellum Deiparæ matris, eo in loco, vbi modò templum paullò auctius, frequentabatur, quæ vnica in proximo tū sacra ædes. Factæ quoq; portæ tres, vna in vico cui nomen Lausanensi, quòd versus eam Ciuitatē duceret, vbi fons, & ex colle Bellacensi descensus: altera haut procul supra Hospitalem domum, vbi ex bello lacu riuus per canales in vr̄bem funditur: tertia ad cliui Staldensis pedem, ducto

Berchtoldus
V. Friburgū
Bernamq;
perpetua
amicitiā
colligauit &
libertate
donauit.
Friburgum
in Imperij
tutela.
Multa nobi-
litas Fribur-
gū, & vnde.
Vrbis prima
incrementa.

A. D. N.
clvcc. xxiv.

Primæ por-
te.

Francisc.
Monasterium
conditum.

*

A. D. N.
cl. cc.
xxxvii.

*

A. D. N.
cl. cc.
lxxv.

Item Au-
gustiniano-
rum

A. D. N.
cl. cc. xlv.
Concilio
Lugdunensi.

Friburgenses
se Kiburgis
Comitibus
dedere, &
quibus ex
causis.

Comites
privilegia
confirmaue-
re, urbem
ampliauer.
Fuerat is ele-
ctus contra
Fridericum
adhuc vi-
uum.

ad utramque ripam fluminis in gyrum se voluētis, mutō.
Eodem tempore, ordinis S. Francisci Assisij, toto terrarū
orbe fama. Quare ut religione non minūs, & pietatis exēs
plis Vrbs, quam ædibus, crederet, datus locus * eius. D. ui
regulam, institutūque sequentibus Sacello Deiparæ Mas
tris vicinus. Foundationis præcipui auctores Clementes
ex nobili familia. Auxere Comites Kiburgenses, maximè
impensis Elisabethæ Kiburgie, quæ cum velo se induisset,
S. Claræ exēplum secuta, in Frāiscanorū templo ibidem
* sepeliri voluit. Nec multo post Velgēses & ipsi nobiles,
& potētes vrbs ciues Monasteriū D. Augustini regulam
professis in vallis Augiæ angulo fabricauēre. Dum hæc ita
felicib. incrementis paratur, successit Friderici II. Imp. In-
nocētij IV. Pontif. auctoritate ab Imperio remotio, quæ
non solūm Germaniam vniuersam adflixit, sed etiā Helu-
statū magnoperè labefactauit. Quapropter cū non solūm
vrbs alia, ciuitatesq; in Germania & Helu. opibus, & an-
tiquitate florētes, his turbis rerūq; cōfusione, ut alibi no-
tauimus, fortunarum suarū protectores, defensoresq; pas-
sim sublegerēt, quos potētia, & virtute præstare arbitrarē-
tur, Friburgēses quoq; , cū vndiq; omnia circū spectaf-
sent, vrbe, opesq; suas Kiburgiis Comitib., qui Burgdorff
agebāt Hermanno Iuniori, & eniori; cōmisēre, quos eō
æquiores, & propensiores sibi existimabant, quod Iunior
ex Anna Zæringia natus esset, & si potētiā spectes, in pris-
mis Heluetiæ Comitibus celebrarentur. Kiburgij, cū vr-
bē hoc modo accepissent, priuilegia, & immunitates, quas
aut à Zæringis principibus, aut Imperatoribus obtinue-
rant, confirmarunt. Quæ de re *litera facta Friburgi, A. D. N.*
CLD. CC. XLIX. Regnante Gulielmo Hollandiæ Comite.

Neq; sic ab incrementis cessauit, extra portas, maximè

Augia

Augianam artificio coriario, vnde commoditate, frequē-
 tiam adiciēte. Vnde Hermannus Junior cum consensu
 Communitatis, & totius populi, omnem illam planiciem
 quæ vtraq; Sanæ ripa, infra Monticulum, inter & Galterā
 fl. est, cōdere volentibus, aut fabricare dedit, numo solido
 per domos in fīcūm consignato. Eodem tempore, cum
 consensu pariter communitatis, Macram Augiam, dextra
 eiusdem Sanæ ripa, inter altissimarum rupium, siluarumq;
 recessus, Sanctimonialibus S. ^{Benigni} ~~Benedicti~~ adsignauit. *Acta*
prope Sacellum Dei genitricis A.D.N. CLV. CCC. LIX. mul-
 ta eo multi nobiles cōtulere. Exactis abhinc paucis annis,
 vita functus est Hermannus, relicta vnica filia Anna, quam
 Elisabetham malè alij nominant. Et eodem tempore, tri-
 stissimum illud, & funestissimum post Friderici II. mortem
 Interregnum inceserat. Quapropter cū firmiori præsī-
 dio, quàm à puella nondum annis matura, indigere vide-
 rentur Friburgenses, tutorem suarum rerum, multis con-
 dicionibus, eodem anno, Rodolfum Habsburgium Co-
 mitē sumserē, cuius belli, & virtutis celebritas clara, quiq;
 in eius fortitudinis honorem Imperator postea delectus.
 Nupsit interea Eberardo Habsburgio, Lauffenbergæ do-
 mino, Rodolfi ex fratre nepoti, Anna Kiburgia, & simul
 Friburgenses ad Habsburgios detulit. Sed qui à principio
 promitterent se eorum priuilegia, iura, consuetudines cō-
 seruatuos. *Actum in eodem Sacello Deipara Virginis mense*
Maii. A.D.N. CLV. CCC. LXXV. Regnante Rodolfo, &
 Gulielmo Lausanensi Episcopo. Sed idem Rodolfus statim
 vbi ad imperium peruenit Friburgum in suam & Imperij
 tutelam suscepit, eiusq; priuilegia renouauit. *Arrouia, Anno*
regni II. D.N. CLV. CCC. LXXIV. Postea quia urbem vide-
 ret fati firmum pro tempore aduersus Comites Sabaudie

Macra An-
 gie monast.
 origo.

A.D.N.
 clvccc. lxxiii

Friburgenses
 Rodolfum
 Comitē
 Habsbur-
 gium tuto-
 rem & du-
 cem cepere.
 Quo pacto
 ad Habsbur-
 gios venerint

Rodolfus rex
 Friburgum
 in suam, &
 Imperij tu-
 telam acce-
 pit.

Eberhardi
Comitis in
eo iura emit.

D. Nicolai
templum
conditum.

Miuni durē-
se, Turria-
num, Gumi-
nense, Lau-
pense, Grue-
ningense.

Vrbis po-
maria pro-
ducta.

propugnaculum, qui ferme totum Auenticēsem pagum, præterito Interregno, occuparant, quibus se Bernenses etiam subiecerant; variis ex causis, quos proinde persequi bello vellet, quidquid iuris, aut dominiij Friburgi Eberardus nepos haberet, pecunia sibi vindicauit. Transactio facta Friburgi A. D. N. cLō. c c. LXXXV. saluis Vrbis priuilegiis, quæ postea rursus probauit, cōfirmavitq; ipsam que in suam, & Imperij peculiarem protectionem adsumsit. Basile. a mense Maio An. regni. XVI. D. N. cLō. c c. LXXIX. Sub Rodolfo Imp. templum totius Heluetiæ amplissimum, & nobilissimum D. Nicolao Episcopo, D. D. D. Friburgi condi captum. *Fundamenta iacta*, A. D. N. cLō. c c. LXXIII. Multa inde secuta bella, suis, dominorūque auspiciis pugnata, per annos plurimos, quo tempore cum virtutis, & fortitudinis exiniam laudem Friburgenses reportassent, de vrbis interea amplitudine curare non sic potuerunt. Patratis omnibus, ad vrbana incrementa animos adplicuere. Et quia iam pro fama, & opibus minor esse videretur pomœria producere, munimētaq; ad hostium incurfiones, & motus subitos, addere placuit. Cæptus in semicirci propè formam murus, à tergo Franciscanorum ascendendo ad turrim Martiam, & deinceps declinando ad ripam Sanæ subiectam, quo in ambitu inclusa turris interioris portæ Moratensis, Itemq; turris minor Bellilaci, turrisq; Martis, vbi Horologiū Martiale. Et quia ædificia versus Bernam præcipua damna, bellis elapsis, acceperāt, mœnibus omnia circumdedere, fabricato à dextra Sanæ ad apicem collis, qui, ea parte, vrbis imminet, muro, cum turribus, quarum primum locum tenet, quam Rubram nominant, in ipso culmine. *Acta hæc anno. D. N. cLō. c c c. LXXXV. & sequentibus.* Nec inde multi inter

cessere

cessere anni, & noua exarsere bella, omnium quidem siue
 cædes, strages, vastationes consideres, quæ Heluetia per-
 tulit atrocissima Sempacensia, ab opido prope quod præ-
 lio decertatum, vulgò nominant. Quibus quoq; post va-
 rias clades Austriacorum nomine, toleratas, postremo cõ-
 fectis, cum duæ Ciuitates Friburgum, & Berna, nõ solum
 fœdere, & amicitia rursus conuenissent, sed tertium Sa-
 baudia Comitem adiunxissent; tertio quoque pomœria
 mota, mœniaq; exteriora à rupe, illa præcipiti portæ Mo-
 ratensis vltimæ, ad portam Stagnensem, & Rotundimon-
 tanam, & deniq; rupem quæ Sanæ incumbit, longo, &
 spaciofo ambitu confecta, cum turribus octo, quæ ù tres
 proportis sunt. Captæ eodem tempore Monticuli turres,
 vltimo & postremo vrbs augmento. Quies ex illa tempe-
 state aliquam multos annos, sed sapius inquieta, & non
 nulla fuere bella; sed maxime cladis, quod cum Ludouico
 Duce Sabaudia, & Bernensibus postremo Friburgenses
 habuere, nullo Austriacorum, vt protectorum, Domino-
 rumq; quorum scilicet causa bellum susceperat, auxilio,
 opeq; firmati. Quapropter pacem quidem cum Duce fe-
 cere, sed hinc quoq; in eius amicitiam multi ciuium præ-
 cipui nominis propendere cæperunt. Quod cum cognouisset
 Albertus Austriacus cognomento Mitis, vt bellum
 resumeret, neq; quidquã de statu præsentis mutarent, à se
 omnia optimi Principis officia expectarent pluribus egit,
 non peregit, omnibus quidem à bello abhorrentibus: ple-
 risq; promissa, & cetera quæ ferret, quia frustra aliàs, & bel-
 lo præterito sperauerant, vt vana eludentibus. Vnde po-
 stemo preciosa supellectile spoliata prædæ cuilibet re-
 linquere decreuit. Magistrum Pallatij ea de causa Fribur-
 gum dimisit, suum aduentum simularet, quidquid argenti

A. D. N.
 clo. ccc.
 lxxxiv.

A. D. N.
 clo. ccc.
 xciv.

Sertio po-
 menia
 mota.

A. D. N.
 clo. ccc.
 lxxxvii.

A. D. N.
 clo. cccc
 xlvii.

Hoc bellu
 extulit
 p. natibu
 quod mo-
 nasteriu de
 Altrana
 in pago
 tenet cont-
 uerit

Albertu. Fri-
 burgum pre-
 cio. suppel-
 lectile spo-
 liat. in ca-
 uis

facti, aut ornatus esset, tãquã in principis honorẽ, in curiam deferendum curaret, clãq; secundo fluuio per noctẽ quã aduentum antecedere credebatur, asportãdum inde extra mœnia, veluti obuiã euocatis vrbis primoribus, spolia quidem illa ex vrbe esse; ceterum quo deinceps vel lent, agerent, regerent, modo, sibi non fore curã, demonstraret; quã omnia nimis cum cura, & industria Magistro perpetrata. Hoc cũ se pacto exhaustos, & circumuentos, grauiter ferrent Friburgenses, & ex aduerso, multa millia in sumtus superioris belli, ex arbitriũ sentẽtia, vrgeret Sabaudia Dux, vrbe illi salua libertate, & priuilegiis, multis agitatis sententiis, postremò tradidẽre, fœdere perpetuo, & amicitia cum Bernensibus reuocatis. Paruere hinc Friburgenses Sabaudia Principibus ad bellũ vsq; Burgundicum profligatum. Tunc enim orta inter Iolãdã ex Francia, quã Philippi Ducis F. tutelam gerebat, & ipsos ob æs alienum controuersia, nec Ducissã numi suppeterẽt, quos tunc quidem exsolueret, quidquid iuris, aut dominiij habere videretur, si summã remitterent Friburgenses, cõdonauit. Ita sui omninò iuris, & libertatis in VIII. Ciuitatum fœdus venire, vti & Salodorẽses petiere: admiserunt spectata, bello præterito, virtute, & fortitudine nonnullã, sed aliã contra nitebantur. Donec tandẽ cõsilio, & auctoritate Nicolai apud Siluanios Eremitã, per id tẽpus celebratã sanctitudinis, & continentia, cum omnium adplausu, & magna lætitia, Stantiano conuentu, cooptarentur, nonamq; & decimam Ciuitatem componerent. *Huius re litera data Sabatho post festum D. Thomã Apostoli,*
A. D. N. C L O. C C C C.
LXXXI.

*Comes Neocæs
 tri sententiam
 iam dedit
 pro sententia
 multibus
 floreny.*

Friburgenses
 Sabaudia
 Duci se tradidere.
 A. D. N.
 clccc.l.

A. D. N.
 cl cccc.
 lxxvii.

Rursum primo iuri restituti.

In Fœderatorum numerum adsumti.

DE SALODORO.

CAP. X.

Salodori antiquitas adeò in manifesto est, vt dubitare nefas sit: Sed eam, quã ceteri, & Glareanus tribuerunt, hoc est, tempore Abrahami Patriarchæ, aut Nini conditam, nescio quibus auctoribus, & testibus: Vereor vt tolerari, & intelligi prudẽtibus possit. Scitẽ, & prudẽter, vt cetera, Aristoteles, in legẽdis historiis, neq; nimis credulum, neq; omninò incredulum esse oportere. Illum sæpè falsa pro veris habere, ac turpiter plerumq; labi: hunc nullum ex historia fructum reportare. In priore peccarunt grauitè ij qui fabulis, & ignoro quibus narrationibus omnia antiquitatis monimẽta implicarunt. In hac parte labuntur etiam hodie Turcæ, qui omnẽ vetustatis, & actorum memoriam abiēcisse dicuntur, quòd non credant, relictè ab iis ea tradi posse, quibus non interfuerunt, quiq; proinde aliorum fidem sequuntur: multò minùs qui præfuerunt, aut spectarunt, ambitione, odio, metuq;, & præmiis omnia in transuersum rapiẽtibus. Sed vti nunc ea antiqua tenemus, quæ magnis illis ducibus, qui orbem terrarum imperio amplexi sunt. Romanis dico, cõdita, aut habitata fuerunt, ita Salodoro in primis Heluetiæ opidis facillè locum reliquerim, adeoq; ex illis XII. incensis vnum, Saliensium caput. Saliensis populus dextra Arulæ ripa ad Siggerim vsq;, ab influxu Teilæ, & Biẽna, pagi Auẽtici pars. Crematum opidum cùm restituere iussi essent Heluetij, Iul. Cæsaris mandato, pro vico genti maximo coluerunt, habitaruntq; Salenses, multis post annis, ad Antonium A. lagabalũ Imp. cuius II. & Sacerd. consulatu, hæc Salodori Inscrip̃tio Eponæ Deæ, quæcũq; fuerit, posita, & dedicata.

*Aristotelis
in historijs
legendis
iudicium.*

*Salodori
antiquitas.*

*Saliensium
caput.
Quorum me-
moriã etiã
conseruat Sal-
sach, siue Sa-
liensium
aque vicus
inter Salo-
dorum &
Biennam.
Comment. I.*

DEAE. EPONAE. MAG.
 OPILIVS. RESTIO. MIL.
 LEG. XXII. ANTONI
 NIANAE. P. P. F. IMMV
 NIS. COS. CVRA. SA
 LIENS. VICO. SALOD.
 D. D. XVIII. KAL. SEPTEMB.
 IMP. D. N. ANTONINO.
 AVG. II. ET SACERDO
 TE II. COSS.
 V. S. L. M.

A. D. N.
 cc. XIX.
 Votum soluis
 libens, me-
 rito.

Vici maxi-
 mi.

Salodorum
 Castrum.
 A. D. N.
 cclxxxviii
 Eius ampli-
 tudo.

Qua in inscriptione, Salodorum, vicus Salensium vo-
 catur. vici ea tempestate, loca, quæ licet frequentissima, &
 celeberrima essent, nullis tamen mœnibus, vallo, fossaue,
 aut propugnaculis clauderentur, quos proinde, quia ca-
 pitales essent, ad aliorum differentiam, *vicos maximos* no-
 minabant. Ita Tigurum vicus, ita Constantia villa, in anti-
 quis adpellatur. Cùm verò eiusdem Alagabali tempore,
 & paulò antè, posteaq; Germanæ, barbaræq; aliæ gentes
 in Galliam, Romanasq; provincias, totis viribus, & vasti-
 tate incuberent, sæuaq; essent pericula, vicos illos maxi-
 mos passim mœnibus circumdare, firmareq;, contra hos-
 tiles impetus caperūt, aut certè prope turres, arces, & pro-
 pugnacula, castraq; ædificare. Ita Salodorum ex vico ca-
 strū Maximiani Imp. *In castro enim Salodoro* Vrsūm, & Vi-
 ctorem cum Sociis martyrio, eo tēpore, adfectos, memo-
 riæ traditum est. Quantū autē fuerit id castrum ex ruderib;
 bus & muris integris, quæ nunc quoq; visuntur, iudicare
 est facile. Et hodie inde eius castri maior pars in Hoffsiue
 in palatio, aut aula nomē conseruauit. Turris illa quæ me-
 rita cum admiratione antiquariis cōspicitur, arcis ab Ori-
 ente

ente introitū seruabat, cetera quæ urbem hodiernā conficiunt, vici cultu habebātur. Salodori meminit Antoninus, aitq; distare Pyrenesca p. m. 10. Rauriaca verò p. m. 22. Ceterū & Castri, & Vici, barbaricis temporib. Vādāz lorum, Gothorū, Hunnorum, euerſi, & destruētī, cultionē & frequētiam reparauit memoria, & veneratio SS. Martyrum Thebæorum, vt antè de Tiguro ostendimus. Cū enim haut multò post Burgundi Heluetiæ maximā partē occupassent, vt aliās vidimus, Christianaq; pietate Martyribus, qui fidem Christi sanguine suo aut propugnassent, aut confirmassent, impēsūs addicti essent, Sedeleuba, aut vt alij scribunt Theudesinda, Gaudegisei primi Burgundorum regis vxor, in suburbio opidi Geneuensis templū D. Victori magnificum cōdidit, Domit. Epif. Geneuensis auctoritate, & suasu, in eoq; corpus eiusdem Diui Salod. translātū deposuit. Victori autē præcipuē dedicauit, quasi victoriæ cōtra Romanos, Gallosq; partæ monumentū. Id ex D. Victoris inuentione, ducentis fermè post annis, eodē in loco facta, intelligere licet, quam his Aimō vetustus auctor & prob. verbis memorauit. *Beatus, inquit, Euchonius, Pōtifex Maurianensis corpus S. Victoris (qui Salodori vnā cū Vrſo passus fuerat) hoc modo inuenit: Quadā nocte, in sua Ciu. quiescentem reuelatio diuina ammonuit, vt surgēs quantocyus ad Ecclesiam quam Sedeleuba quondā Burgundionū regina in suburbano Genabensi construxit, iret, ibi in medio basilica esse designat locum, quo corpus sanctum esset humatum. Cumq; Episcopus Genabensem festinus adisset urbē, adsumis secū* Rustico, & Patricio antistitibus, triduano peracto ieiunio, nocte sequenti, eo loco quo gloriosi Martyris quiescebāt membra, lux cœlestis adparuit. Tūc hi tres Domini Sacerdotes, eleuato, quo regebatur lapide, inuenerūt sanctam in arca argentea iacentē,*

S. Victoris
templum re-
gum Geneu.

A. D. N.
cccc. xv.

Lib. III.
cap. xc.

*

Alter e-
rat Ge-
neuensis, al-
ter Octodo-
rensis Epi-
scopus.
S. Victoris
inuentio.

Rex tunc
Burgundia.

*cuius facies septemplex quàm cuiuslibet viventis hominis, diuino irradiata resplendebat fulgore. Huic tam miranda egregij Martyris inuentioni interfuit Theodoricus * princeps, qui loco illi maximam portionem facultatis Varini hary, quam ille ut præfati sumus, eleemosynis delegauerat eroganda attribuit. Ad sepulcrum denique, beatissimi Victoris, Christi potentia multa exinde miraculorum ostēdit signa. Acta hæc sunt ann. vii. Theodorici. Meminit quoque huius inuentionis Sigeb. Corpus quidem S. Vrsi Salodori esse, semper pro certo habitum. Nec tamen vbinam situm, vbi præcipuè colendū, cuiquā pro affirmato fuit: Credo, quæ nonnullorum opinio est, quòd illorum temporum, ad eum locum, religiosi, metu ne sicuti Victor auferretur, & aliò duceretur, occultatum & ignotum potius malnere. Cùm demum altare basilicæ maius, noua fabrica, dissolueretur, in eo saxum repertum arcæ specie, quadratum, educta in cacumen suprema parte, ligamentis ferreis admodū firmū, cui exterius in sepulchri forma hæc exarata literæ.*

A. D. N.
15. c. vii.
In Chron.

S. Vrsi in-
uentio.

D. M.

FL. SEVERIANAE

Saxum cùm aperuissent duorum repertæ corporū in findone reliquæ, quorum vnus caput ad Orientem, in cuius cranio lamina argentea, instar Schedulæ, hoc latino versu.

Conditur hoc sanctus tumulo Thebaidos Vrsus.

Alterius caput contra Occidentem, prope quod multæ chartæ sed situ, & ætate putres. Inde quibusdam non improbabili coniectura, Seuerianam nobilem fœminam, quam conuertisset Vrsus, sepulcro quod sibi parasset, beatum martyrem inclusisse secretò, in eodemque postea à suis positā fuisse, addito in vtriusque discrimen, carmine. Quamuis alij adfirmant potius hoc alterum corpus victoris esse.

Gene

Geneuam missum aliud, ex eadem sanè legione, nō idem Collegij S. Vrsi prima incrementa quidā tradidēre à Vertrada Pipini regis vxore, vti & Colmaria, & Constantia. Pipinum frequentem in Heluetia egisse maximè per vexnationes, monumentum est adhuc arx eius nominis Pip. paucis infra Salodorum passuum millibus: & Viuariū in nemore admodū amœno, è regione vrbis, dextra Arulæ ripa, in quo adhuc passim cocti lateres varij coloris, ruderatq; per ambitum reperiuntur. Qui Berræ reginae attribuunt principia, in eo erroris damnatur quòd multis antecam annis consecratum Salodori Episcopū Lausanensem Bosonem, Ecclesiae Lausanensis annales prodidēre. Berchta tamen Burcardi Sueuia ducis filia, & Rodolfi II. Burgūdi regis coniux, præcipuam dignitatem addidit. Basilicam S. Vrsi ædificauit, XVII. sociorum corpora reuelatione accepit, & altari eiusdem gloriosi martyris intulit: ipsum Castrum, census, reditus, vectigalia, iura omnia Collegio subiecit. Solam Capitalium cognitionē Præfecto regni Arelatensis reseruauit. Quæ, vt ipsum Arelatense regnum, sub Friderico I. ad Germanorum imperium delata. Et eius reginae Salodoro Paterniacum & inde Salodorum quondā secundum Brolium, Arulamq; celebres, & prisca memorabiles notatae viæ, cū vtrumq; collegium post Rodolfi regis mortem vidua, regio sumtu, curaq; & industria, eodem tempore, fabricaret. Reperta sunt deinceps, plurimis post annis, alia XXXVI. martyrum corpora quæ Sixti IV. Pontif. auctoritate, ministrante Suffraganeo Episcopi Lausanensis, partim in basilicam eandem S. Vrsi transportata: partim Sacello S. Petri in altari S. Crucis condita. Vrsū, Victoremq;, & LXVI. Thebaicæ legionis milites, Hirtacus Sequanicæ Prouinciæ procurator, cū variis tormē-

Collegij S. Vrsi origo & incrementa Rhenanus in sua Germania. Pipinum regem frequenter in Heluetia fuisse.

A. D. N. 13. ccc. xcii. Berchta regina Salodori instauratrix. A. D. N. 13. cccc. xxxvii.

A. D. N. clv. cccc. lxxxiii. Vrsi & victoris sociorumq; martyrium.

tis, in colle præcipuè, paullò extra opidum, ad Occidentè, qui nūc quoq; Hermesbuchell, hoc est Hermetis, aut Mercurij collis nuncupatur, excruciasset, fustibus, pœna militari, primò cecidisset, in flammis, rogumq; sine noxa coniecisset, demū ex ponte qui inde non procul Arulā committebat, capitis damnauerat, qui cum, secundo flumine, sumto quisq; in manus capite, per passus circiter trecenos, veluti natabundi, deuoluti essent, in ripa egressi, vbi antiquum D. Petri Sacellum, salictis tunc omnia obsepta & virgultis tenebantur, cōquieuerunt. De his, & ceteris eius vrbis, & viciniae antiquitatibus, ita nuper ad me inter reliqua Ioan. Iacobus vom Staal Eques Auratus, antiqua, & vera virtute, vt & eruditione, longè nobilissimus. *Arbitror Maiores nostros perpetuo militia studio, non secus ac minores addictos tantum opera, quantum nos ipsi etiamnum hodie eiusmodi rebus impendisse, quo factum est, vt non solum in Archiuis, sed etiam in ipsis lapidibus, siue adificiorum ruinis, pauca admodum antiquitatis monimenta reperiātur. Indicio sunt confracti lapides quorum vnus in pronao S. Vrbi, alter infra Macellum, vterq; loco parum conspicuo cernitur. Ne quid dicā de duabus illis columnis, que ad gradus cœmiterij cōspiciuntur, que in colle Hermetis, eius nominis eidolum sustentasse creduntur, & patrum nostrorū memoria, ibidem inter rudera inuenta sunt. Pars illa mœniorum que propugnaculo ad Ianiculum, (vulgo Katzenstag nominant) est cōtermina meram antiquitatem, quantumuis inscriptionibus carentem, spiraret, nisi, iniecto cœmento, deturpata potius, quam dealbata fuisset. Tantum dem dicere possemus de regionibus Fridhof, Coriariorum, & Iudeorum vicis, vbi similia antiquitatis monimenta, superinducta calce, absconduntur. Exstat apud me elegans auricoma veneris simulacrum, ante annos plus minus decem, in fundo*

Huldrici

Antiquita-
tis Salodo-
ri monimen-
ta lapides.
Columnæ

Mœnia.

Statuæ.

Huldrici Aratorij, medio itinere, in urbem, & Bellas Aquas, è terra visceribus erutum, sed fossorum inaduertentia aliquot in frustra confractum. Sed eiusdem basis inueniri nequit. Reperiuntur predicto in loco, & eiusdem vicinia (quæ Curia Solis dicitur) passim subterranei muri, & phrygiæ operis tessula, inter ruderâ, ex quibus conici potest, olim multa, & insignia ibidem fuisse adificia. Locum hunc (etiam si nulla alia exstarent monumenta) propter commodissimum Arolæ traiectum, & reciprocâ, in eodem fluuio, & lacubus, inter hanc urbem, & Ebrodunum nauigationem, semper fuisse habitatum, ac celebrem admodum est verisimile Latina quoque nomina Idemôtis, Atynos Siluæ, Terra dignæ, Belle aquæ, Salsarum aquarum, Hermetis collis, Romanos heic stationes, siue præsidia habuisse, ut credam, aliquo modo, me permouent, &c. Vrbs ipsa in maiorem, minoremque diuisa, ponte super Arolam iniecto, coniungitur. Et hæc quidem Episcopatus Constantiensis: illa Laufenensis diocesis est. Comitii regum, & Imperatorum olim Burgundicis celebrata.

DE BASILIA.

CAP. XI.

BASILEÆ, siue Basilie prima quæ antiquis ingeniorum monumentis tradita memoria sit, à Valentiniano I. Imp. est. Eum Ammianus refert prope Basiliam, in Rauracis, munimèrum quod adcolæ vocarint Robur, contra Allemannos ædificasse. Opinio ex eo Iulianum Cæsarem Basiliam condidisse, sumto à matre Regina, aut ut erat Græculorum in disciplinis, verbisque deditior, Basilie nomine. Quod inde probabilius est, quod cum plerasque Rheni vrbes, aut receperit, à Germanis occupatas, aut repararit euerfas, Ammiano eodem teste, Basilie nusquam

Sub Henrico III. Imp. præcipue. A. D. N. clv. xlv. & seq. Cõtra-cto teste.,

A. D. N. ccc. lxxiv. Lib. xxx. hist. Iulianus Desertor Basilie. cõditor.

mentio, cum crebra sit Austugæ Rauriacæ, quæ sex supra Basileam passuum millibus. Noua verò Castra, & opida etiam constituisse, propter Rhenum, Desertorem illū memorauit iam ante dictus Ammianus qui sub eo miles, Sed antequam de Augusta pluria, & Basilia, quæ ex eius ruinis adcreuit, operæ erit precium pauca de Rauracis, & eorum finibus disserere. Rauraci quorum mentionem habuit inter Heluetiorum socios Cæsar, Populi sunt circa Rhenum, Sequanosq; & Iuram. Nomen Germanicum, siue potius Celticum Rauchracher, quod cum regio in Sequanis patens, & spaciola, apertaq; sit, apud Rauracos, in Angustias, & quasi fauces contrahitur. Ammianus *Supercilia Rheni* vocat, quod in eam formam, regionem Iurassus stringit. Diuisa deinceps in plures Comitatus, & dominia eadem regione nomen antiquum obliterauit. Rauracos Arula vbi Vocetium, Iuræ partem, relinquit, donec in Rhenum influat, à Tigurinis separat: à Germanis inde Rhenus, à reliquis Heluetiis idem Iura ad fontes Birsæ, & petram, vt vocant, percussam. (Pirreport) quo Iura postea ad dextram relicto, & ex eo brachium illud persequendo, quod Leimenthal vallem nominatam efficit, quæ etiam Rauracorum est, & Pyrsca diluitur, mox vbi deficit, rectus ad Rhenum procursum octo circiter infra Basiliam p. m. Sequanorum, Rauracorumq; fines decernit. Omnis primò Rauracorum regio in Comitatus duos, tertia pars in plures diuisa. Pars illa ab Arula, Rhenoq; ad influxum vsq; Filmae, qui Augustam Rauriacam perlabitur, & infra Rhinsfeldam Rheno miscetur, vocatur in antiquissimis Austriacorum protocolis Comitatus Frickgouia. Ita quoq; nominant prisca Imp. instrumēta. Exstat priuilegiū Henrici IV. Imp. Basileæ datum, in quo nominat *Rodolfum Comitē de Frica,*

Nunc

De Rauracis.
& eorum finibus.
Comment.
I. & VII.
Rauracorum
etymum.

Eorundem
limites.

Regionis
Rauracensis
diuisio.
Comitatus
Fricensis.
A. D. N.
cl. .c. xiv.

Nunc Rhinfeldenſem vocant, ab opido capitali. Sed præter Rhinfeldam ſunt opida, SecKinga, Sanctio Romanis nominata, Lauffenberg: Vici plures, vt Mumpf, Frick, vnde antiquū Comitatus nomen, LucKere, &c. Omnia domus Auſtriacæ, præter LucKere, quæ VIII. Ciuitatum, & pauca alia quæ Bernenſiū. Attingit eam Iuræ partē, quæ Schachmat, aut vt vulgò, Schaffmar nominatur, inter A-rauiā, & Hombergā: Alter Comitatus Siſſiacorum eſt, aut Siſgoſiæ, cuius limites ab eodē Filmæ exitu propter Rhe-nū ad ingreſſum itē Birsæ, & inde eiſdem fluuij auerſus curſus, ad riuum eumquē ex Beinuillerſteg fluens in dextrū eiſdē Birsæ labitur, & demū Iuræ ſummitatem: Opida in eo Liechſtall (Leucoſtabulū) & Valenburgū [Burgus Ro-manorū] ſed in primis magna Auguſtæ Rauriacæ celebris coloniæ pars ſupra fl. Ergetzā. Comitatus etiā Homber-genſis cum arce noua, & veteri Homberga, parsq; Comi-tatus antiquiſſimi Froburgenſis: Vici Farnsberg, Siſſiacū, vnde nomē, alij, totus fermē tractus Baſilienſium, paucis aliis exceptis ad Iuram, quæ Salodorenſium, & dextra Fil-mæ, quæ Auſtriacorum. Tertia deniq; pars ſecundum Iu-ram, & nominatos antè limites. Quo in ambitu ſpacioſo comprehenſa Baſilia Ciuitas, & Lauffa opidum, Comira-tus Thierſtein, Lilienberg: Arces Dornacum, Rotberga, Lanzeron Limmenthal, Rockēburg, Vallis, & Opidum Thelsberg, Vallis magna, vulgò Mūſterthal, alia, pertinēt que pleraq; Episcopo Baſilienſi, multa Salodorenſib. non- nulla Baſilienſibus, aut aliis nobilibus. Hæc quidē de Rau-racorum ſitu, ſinibus, diuiſione, quorum meminēre, præ-ter Cæſarem, Iul. Solinus, Plinius, Ammianus, Eutropius, Antoninus. Ipſi vniuerſi ſub Episcopatu nūc Baſiliēſi, pri-mò Auguſtæ Rauracorū, & Episcopatus Rauracenſis, quæ

Comitatus
Siffiacus

Comment I
& VII.
cap. XVIII.
Lib. I V
cap. XVII.
Lib XIV.
XV XXII
Breuiar. VI
Itinerar.

Rauraca] Colonia, & Augusti dicta. Vide cap. I. Lib. I I.

Ammianus pluribus locis à Germanis eversa mox reparata in Castram.

A. D. N. cccc. vii.

Episcopi Rauracorum.

A. D. N. cccc. xl.

A. D. N. l. x.

A. D. N. l. xxx.

Ex Augustæ ruinis Basiliæ incrementa.

Postea ab Augusta vastata.

A. D. N. cccc. xlviii

vrbs, Rauraca à populo, & Rauracorum caput. Ductis postea in eam contra Germanos, & Rhatos à L. Munatio Placco Romanis militibus, ipsa Romana colonia, & denique in honore Augusti, Augusta, ut alia plures Galliarum vrbes, nominata: Plinius Coloniam Rauricam vocat. Hinc Rauraca ex Romano cultu, habituque, & frequentia cognomentum, & claritudo, & ex propinquis Germanis inuidia: Quapropter multa ipsorum contra eam bella*, nec cessauere donec per irruptionem obruerent, euertentque, Valentinianus, ut creditur, reparauit, sed in castrum. Hinc liber Prou. paullo post euulgatus, non iam urbem, aut Civitatem, sed *Castrum Rauracense* nominauit, quod postremo funditus Vandali, & Allemanni exciderunt: Unde Episcopi deinceps non se Augustenses, aut Rauracenses ab vrbe dixerunt, sed Rauracorum à populo: haut aliter atque alibi de Auentico notauimus, & Episcopis Auenticorum. Ita subscripsit Synodo Agripinensi I. I V. Id. Mai. *Iustinianus Episcopus Rauracorum*. Concilio Aureliano I, sub Clodoueo I. Francorum rege Christiano, *Adelfius Episcopus Rauracorum*. Concilio Aurel. II. sub C. Hildeberto Clodouei M. F. anno regni eius XXII. XIX. Kal. Iulij, idem interfuit, & eodem modo signauit Adelfius. Sed ut diximus, ex Augustæ ruinis, & occasu maxima accessio, & incrementum Basileæ, ex propinquo facta, eò confluente, quidquid nobile, aut opulentum, tot gentium, & populorum stragibus, & inundationibus superfus erat, à qua proinde continuo ad colam, & incolam Basilienses nominati. Ita liber Prou. *Civitas Basiliensium, id est, Basiliæ Prouincia maxima Sequanorum*. Sed eam Civitatem sic quoque postremo Atila vastauit, ut quidquid integrum, & saluum toto Rheno. Allemanni recoluere, ponteque Brisiacos, & Rauracos iungere, in eamque amplitudinem, [translata demum eò

Cathe-

Cathedra Episcopali] prouexere, ut nulli Rhenanarū post
esset; donec rursus Hungari, multis post annis, incende-
rent, penitusq; euerterent, Hermanno Cōtracto auctore.
Henricus II. Imp. Bauarus deniq; instaurauit, urbem mu-
nimentis circumdedit, ductis à Rheno mœnibus: Ecclesiā
Cathedralem, quæ propter vtriusq; populi cōmoditatem
in fluminis ripa, in collem, eo vbi nūc loco, transtulit, fun-
dauitq; , & eā Episcopo Adalbero cū omnibus redditibus,
vectigalib., iuribus, tradidit, multis præclarisq; priuilegiis
decorauit, basilicā cōsecrauit, & Matri Deiparæ dedicauit
idem Adalbero, præsentē eodē Imp. Henrico, qui ob vitæ
intēgritatē, & morum, & corporis castitudinē in Sancto-
rum numerū relatus, & Episcopis, Constātiēsi, Lausanēsi,
& Geneuēsi. Multis illo tempore cū opibus, frequentia,
cultuq; eualuisset, alteramq; ripam domibus occupasset,
summoq; in flore versaretur, panē tota, terra tremente,
miserabili clade, eodem tempore, corruit, exortoq; for-
tē, an dolo, inter Ciuiū fugas, lamenta, funera, incendio,
quidquid rectum constiterat, in cineres vertit: ita ruderib.
cineribus, strage, tabe, cooperta, & cumulata omnia. Sen-
sim tamen fabricare: & primò mœnia per Anglica bella
refecere, aucto ærario, ex redditibus, vectigalibus, aliisq; iu-
ribus, quæ Ioannes de Viana Episcopus, paucis ante annis
ciuibus pignori tradidit, quæ primò ratione, quæ fuerant
Episcopatus, in se transtulerunt. Nam postea quoq; Fride-
ricus Episcopus, Baro à BlancKenstein minorem urbem,
maiori vendidit: & in ea Episcopale palatium. Sed vrbī
Basilie, magnificentia deniq; præstabilis ex Concilio * in
ea generali, & postea Pij II. Pontificis auctoritate, & sum-
tu, nobili * Academia. Fridericus III. Imp. multis immu-
nitatibus adfecit, priuilegiū q; , quorum adhuc quot an-

Et deniq;
ab Hunnis.
A. D. N.
lccccxvi
In chronicis.
A. D. N.
cl. x.
Henricus II.
Imp. Basilia
instaurator,
aut potius
fundator.
A. D. N.
cl. xix.

Basilea terre
motu col-
lapsa.
A. D. N.
cl. ccc. lvi
A. D. N.
cl. .ccc.
lxxx.

A. D. N.
cl. ccc.
lxxxiii.
A. D. N.
cl. ccc.
xcii.
Concilium
Basiliense.
A. D. N.
cl. cccc.
xxxii.
Academia.
A. D. N.
cl. cccclx.

In Societa-
tem perpetui
federis ac-
cepta.

A. D. N.
cl. l. i.

Auctore
B. Rhenano

nis publica in populi concione memoria. Sueuo postremo bello, cum neutram partem secuti essent, Maximiliano Imp. non improbante, deinceps à nobilitate tamquam parum Imperio fideles, & in Heluetios propensiores, calumniarentur, nonnulli vim moliretur, quandoque adferrent, fœdere se perpetuo Ciuitatibus Heluetiorum iungere XIII. Iulij, die Henrico II. Imp. fundatori, & patrono, annua celebritate nobili & sacro. Superiori memoria, cum templis, arisque per religionis mutationem Christi Saluatoris, & Diuorum imagines, & omnia antiqua pietatis monumenta euerterentur, abolerenturque, L. Munatij Planci statuam foro publico, qui Coloniam Rauracam duxerat, Basilienses constituere cum hoc elogio.

L. MVNATIO. PLANCO. CIVI. ROMANO. VIRO.
CONSVLARI. ET. PRAETORIO. ORATORI. QVE.
AC. M. CICERONIS. DISCIPVLO. QVI. POST. DE
VICTOS. RHAETOS. AEDE. SATVRNI. DE. MAN-
VBIIS. EXTRVCTA. NON. MODO. LVGDV-
NVM. SED. ET. RAVRICAM. COLONIAM. DEDV-
XIT. QVAE. AVGVSTA. FVIT, APPELLATA. AB.
OCTAVIO. AVGVSTO. TVM. RERVVM. POTIENTE.
S. P. Q. BASILIENSIS. TAMETSIALEMAN-
NORVM. TRANSDVCTI. COLONI. SVBACTIS.
AC. DEPVLSIS. RAVRICIS. AMORE. TAMEN.
VIRTVTIS. QVAE. ETIAM. IN. HOSTE. VENE-
RATIONEM. MERETVR. VETVSTISSIMO. TRA-
CTVS. HVIVS. ILLVSTRATORI. CVLPA. TEM-
PORVM. PRORSVS. ABOLITAM. MEMORIAM.
POSTLIMINIO. RENOVAVNT. ANNO.
M. D. XXVIII.

Quo

Quo in elogio nonnulla parum ex antiquitatis fide. Nam eo iam tempore quo ducta Rauraca, si tamen cū Lugduno, nusquā Augusti nomen, & Octauio Cæsari, cui primū in honorem virtutis datum, adhuc parū firma, & constās, aut nulla potius imperij spes. Qua de re alibi pauca attigimus. Allemanni verò non tam traducti coloni, aut ad eò Rauracos, subegerunt, expuleruntquē, quā profligatis, qui vrbes, qui castra, valla, arces, turresquē toto Rheno contra se construxerant, Romanis, quę ipsi munimenta tenebant, occuparunt, & ne recipiendi fiducia esset, pleraque euerterunt. Rauracos, quibus non minūs odiosa Romanorum potentia, aut præsidia, in agrorum communicatione, quos iure belli quæsisse videbantur, aut reliquerunt, aut adsumserunt. Vnde extremis etiam ruentis Imp. R. rebus, & temporibus, vt vidimus, Rauracorum nomen, non Allemannorum: & deniq; Basilienses vocati, translato ab vrbe noua in vniuersam gentem vocabulo.

DE SCHAFFVSIA.

CAP. XII.

SCHAFFVSIA, si turres, moenia, rempub. spectes, noua: si cultum vetustior. Cū enim ex Strabone, Melaquē perspectū sit, vtrumquē lacum Acronium, & venetum, nauibus frequentatum, proindequē, qui per vtrumquē fuit, Rhenum, necessitudine maiorū fluminis cataractarū, quę tribus infra Schaffusiam, aut paullo minus, passuum millibus, factum est, vt eo, vbi nunc ipsa, loco, subsisterent, mercimoniaquē, & se nauibus exponerēt. Vnde de loco frequentia, & habitamenta, nomenquē quasi Nauium-domo. Ipsa olim Lacobrigorum caput, quos inter Heluetiorum socios, Gallico bello, recensuit Cæsar.

Lib VII.
Lib. III.
cap. I.

Schaffusia
antiquitas,
& etymum.
Comment. I

Lacobri-
gum fines.

Luitbrand.
Lib. III.
A. D. N.
15. cccc.
xxiii.

Monasterij
omnium SS.

Schaffusia
origo.

A. D. N.
cl3. xv.

A. D. N.
cl3. ccc.

xxx.

A. N. D.
cl3. cccc.

xv.

A. D. N.
cl3. cccc.

lii.

A. D. N.
cl3. 15. 1.

Tenent Lacobrigi (Kletgeuuer) regionem intra Rhenum, & Harciniã, à Valdshuto opido, Schaffusiam, per p. m. 24. Tulingos habent ad latus dextrum cõiunctos, & vicinos. Eorum etiam meminit Cæsar. Lacobrigi partim Schaffusianis, partim Austriacis Principibus, subiecti. Cetera Sulzzenfes pro Comitatu habent. Antea Nellenburgenses Comites tenuere, quorũ vnus Eberardus Burcardi quondam Sueuiæ ducis (qui postea, cum Rodolfo II. Burgundiæ rege genero in Italiam profectus fraude Archiepiscopi Mediolanensis interfectus est) ex Bertholdo filio, nepos, Schaffusia Monasterium in honorem omnium Sanctorũ condidit, sub Henrico II. Imp. locumq; Abbati subiecit. Ex monasterio, vt cetera, natum opidum, & vt ipsum, ita hoc Imperiale. Ludouicus IV. Bauarus Austriacis principibus pignori dedit, cum aliis Rheni opidis, pro discessione Friderici, & pecuniæ inde cõtractæ summa. Sigismundus Imp. Imperio reuindicauit, cum Fridericum proscriptisset, concilio Constantiensi, & ne ab imperio deinceps alienari vmquam posset, grandi ciuiũ pecuniã pactus est. Fridericus tamen III. Imp. suis fortè indulgentior, Sigismundo Austriaco Schaffusie potestatem fecit. Cũ proinde legatos misisset qui possessionẽ inirent, vrbe exclusi sunt, quòd contra priuilegia velle viderentur. Ab altero latere Tigurini, Bernates, Lucernenses, Suij, Tugini, Claronenses accepti, & cum iis fœdus annorum XXV. factum quod inde prorogatum, & deniq; in perpetuum confirmatum eodem quo Basiliensium anno.

D E A B B A C E L L A.

C A P. XIII.

Alpini populi inter Alpes Rheticas, ottrumq; Sintriæ, & Cellam Sancti Galli in duplici discrimine fuere,

alij

alij nobilitati subiecti: alij regibus. Hi *fiscalini regij* dicti. Eos homines quantum scilicet ipse iuris haberet, & proprietatis tradidit Sigebertus rex Austrasiæ, & Allemannia Monachis Cellæ, S. Galli discipulis, paullo antè defuncti, intercessu maximè Talthonis Tigurini pagi Comititis, & Gontzonis Sueviæ ducis, regis foveri. Sed ut nobilitas ijs partibus multa, ita varia iurisdictionio fuit. Nobiles olim præcipuæ celebritatis ab Urstein, Rosenberg, Antuilla, Oberberg, Schuanberg, Helfenberg, Eppenberg, Glatburg, alij qui suas quisquis iurisdictiones, & copias separatas haberent, adeo ut et si solitudo fuerit, non tamen prorsus sola. Hæ omnes familiæ multa in S. Galli Monasterium contulerunt, ante iam annos multos, & nō pauci quidquid possidebant eò consignarunt. Unde hac in montana regione X. circiter à Cella p. m. ad Sintriam, Abbates vicum egregium ex ædificarunt, qui ab ipsorum nomine, Abbatiscella. Ad dederunt postea arcem, loco munito, ad collis, dextra Sintriae, dorsum eminentius, & firmum, Clanx nominatam, fidele contra oppressores religiosorū, & tyrannos receptaculum. Ab vico Abbatiscellæ, regio tota, aut vallis deinceps vocata, quam his paucis depinxeram, superiori anno, cum ex Comitatu admodum illustri D. Alphonfi Casati, regis Catholici apud Helueticos legati, mēse Octobri, eò venissem, Itinerario, quod ut quidq; inciderat, ex equo versibus concinnabam, tot, montium, vallium, rupium, Saxorum, fluminum, ventorum, & pluviarum, & niuium hac quoq; ratione fastidia, & longa tædia transmittens.

Ventum erat Vinacum, fluij de nomine vicum.

Hinc sese in vallem demittere molliiter Alpes.

Excelsa, incipiunt, inclusam more theatri,

A. D. N.
c15. c11.

Nobiles agri
Abbatiscel-
lani.

Abbatiscella
vici origo.

Eiusdem
descriptio.

*Vertice sic modico colles hinc inde coronant,
 Fronibus umbriferis, & vesco gramine lati.
 In medio Vallis montes equare propinquos
 Culmine connitens Abbatiscella laborat.
 Sintria quam trepido secat agmine. Nec procul inde
 Visuntur prisca labentia rudera Clancis
 Perfugium quondam Abbatum, & munimē auitum.*

Cum verò per Abbatum, eo in loco, frequentiam, cum plerumq; aut in arce, aut in vico ius dicerent, incolarum desideria audirent, maximus vicinorum concursus esset, Norbertus demum Abbas Abbatiscellæ parochialem Ecclesiam fundauit, auctoritate, & consensu, Rumoldi Constantiensis Episcopi, & Aduocati Vittanis tempore Henrici IV. Imp. Vt verò à diuersis nobilibus, Comitibus, dominiis, tota Abbatiscellanorum regio in Abbatum potestatem venit, ita in varias iurisdictiones, Communitatesque diuisa, & separata fuit, quæ non solum suam remp. sua insignia, vexilla, sigilla, sed etiam iura diuersa haberent. Ita separati omni ex parte, Abbatiscella, Altstetten, Troga, Hunduilla, Herisouia, alij vici, & Communitates, quæ præter dominum nihil commune tenerent, quod ex fœderibus, & societatibus, quas inter se, & cum vicinis contraxerunt, manifestum. Sed cum hæ Communitates plerumq; Nobilitati administrarentur, missu, & legatu Abbatū, fiebat, vt plerumq; detrimentum, per eorum insolentiam paterentur suæ reip. cōsuetudinum, priuilegiorum, quam habere videbantur libertatis. Quæ tantisper pertulerant, donec postremò, cū ab Abbatibus nulla remedij spes alia esset, armis ius suum aut quærere, aut tueri cogentur, multisq; defunctæ feliciter præliis, tandem in vnum fœdus, vnaniq; remp. conuenirent. quam Rupertus Imp.

A. D. N.
 clj. lxxi.

A. D. N.
 clj. cccc.
 iiii.

Con-

Constantiæ probavit, Fridericus Imp. privilegiis auxit, & in tutelam Imperij suscepit. Primo quidem amicitia, & fœdere perpetuo VII. Ciuitatum Tiguri, Lucernæ Vranæ, Suitiæ, & Siluanæ, Tugij, & Claronæ opes suas confirmarunt, Mox cognita eorum forti, & fideli opera in numerum Ciuitatum venerunt, & XIII. effecerunt. Hactenus de XIII. Heluetiorum Ciuitatibus, & quo ordine in fœderis societatem venêre. Nam mox Vranienses quidem Tigurinibus: Suitenses Bernensibus: Siluanij Lucernatibus: & postremò Friburgenses Basiliensibus publicis in conuentibus loco cessere, adeò parum ambitio, vt aliæ malæ cupiditates apud cordatos, virosq; poterant. Restat vna quæstio.

Vtrum Heluetia omnis vnus Ciuitatis nomine rectè includi possit.

C A P. XIV.



VI de rebus Heluetiorum mentionem habuerunt, aut de reipub. administratione scripserunt domestici, externiq; Heluetiam vniuersam, vnus Ciuitatis nomine comprehendendi posse pleriq; censuere, quod eodem fœdere artissimè Heluetij omnes teneantur, summaq; sit inter eos libertatis, multarumq; rerum coniunctio, Conciliū præterea ab omnibus, eodem in loco, capiatur. Vnde si quis in fœderis societatem venisset, Ciuitate Heluetia donatū, aut in Ciuem Heluetium receptū, literis prodidêre. Mihi longè aliter visum. Cùm enim Ciuitas Cicerone auctore, non sit aliud *quam concilium, catusq; hominum iure sociatus*, Omnes autem XIII. Heluetiæ ciuitates non modò eodem iure, aut legibus sed plerumq; diuersis institutis vtã

A. D. N.
clj. cccc.
viii.
A. D. N.
clj. cccc.
lxvi.
A. D. N.
clj. cccc.
lii.

A. D. N.
clj. l. xiiii

Opinio eorum qui Heluetiam totam vnâ Ciuitatem arbitrantur.

Ciuitatis descriptio In Parad.

Eadem con-
futarata opi-
nio.

Linus lib.
III. anal.

Græcorum
Ciuitates
fœderate
Stra. Geog.
Lib. VII. l.
Lib. IX.
& lib. XIV.
Pausanias
pluribus
locis.

tur nemini dubium est quin vnus ciuitatis notione cen-
feri ratione nulla possint. Aliud enim libertatem eamdē,
commercia, connubia habere cōmunia, summa neces-
situdine coniungi, aliud eisdem legibus, eodem imperio,
& iure comprehendi. Veneti, & Genuenses liberi vtrique
contrahunt communiter, hospitia, connubia, magnam
amicitiæ societatem habere possunt, etiam fœdere con-
iungi sempiterno: Non tamē quæ Venetorum eadē Gen-
uensium Ciuitas. Nec obstat locorum diuersitas, vt primo
lib. vidimus. Sed reges, & principes fœdere cōiunguntur,
& sæpe ita stricto, vt eosdem amicos, hostes q̄ habeant: se
non amicos solū, sed fratres adpellent, nemo tamē
propterea idem Galliæ, & Angliæ regnum rectē adfirma-
uerit, regna fœderata rectē dixerit. Neq; si adfit legū com-
munitas eandem ciuitatem efficias. Leges enim à Græciæ
ciuitatibus Romani petierunt iisq; vsi sunt, ciuitatem ta-
men Græcorum, Romanorumq; vnā fuisse, dicere ne-
mo ausit. Heluetiæ ciuitates non modo diuersis legibus
tenentur plerq; sed imperio etiam omnes disiunguntur,
nulla vt alterius iussu, aut mandato nisi sponte, omnino
obligetur, suum imperium, suum ius, suam rempublicam
habeat, alteri, nisi ex fœdere, & societate debeat nihil. Non
ergo vnā Heluetiorum ciuitatem, sed XIII. Heluetias
Ciuitates hætenus adpellauimus; quales olim Amphy-
ctionum vrbes VII. Aetolorum III. Ionum XII. quæ
videlicet fœdera inter se habuerunt, altera vt alteri ne dā-
no, & noxæ esset, hostes autem communes, communibus
opibus, viribusq; persequerentur, cōmunes eas ob causas
etiam conuentus frequentare solita. Neq; Sueuici fœde-
ris in Heluetiorum perniciem concepti, aut paullo antē
Galliarum vrbiū ad exstirpandas hæreses, ferme diffe-

rentia

rentia alia, quã quod ad tempus illud fuerit, & istoc esset: Heluetiorum perpetuum constituatur. Sicuti igitur non eodem iure, & imperio neq; iisdẽ legibus, nisi quas fœdera, & bellicæ constitutiones cõplectuntur, imo plerumq; diuersis obligantur, ita non vnã ciuitatẽ, sed XIII. Heluetiorum, vt diximus, fœdere perpetuo coniunctas ciuitates, neq; hos, aut illos ciuitate Heluetia donatos, sed in fœderis societatem admissos, vt opinor, rectẽ demonstrauimus.

De confederatione XIII. Ciuitat. Helu.

C A P. X V.



NEQVE huius confederationis eadem ratio. Omnes sanẽ eodem fœdere quod contra vim est, & iniuriam attinentur: non tamẽ propterea vnaquæq; ciuitas alteri fœderata, aut ab ea contra quemuis hostem auxilium petat: sed eius, cum qua, primo & antiquissimo fœdere, societatem iniit. Ita Lucernenses si vim patiantur tres ciuitates vicinas Vraniam, Sultiam, & Siluaniam, itemq; Tuginos, & Tigurinos præsidium flagitabũt. Tigurini, & hos omnes, & simul Glaronenses. Bernenses trium ciuitatum prædictarum. Bernensium Friburgenses, & Salodorenses, & ita de ceteris. Sed id demũ si publico eius ciuitatis consilio, quæ iniuriam passa est, bello persequendam decretũ sit. Quamuis ne sic quidẽ nonnullis arma capere, aut auxilia à proxima, & ab antiquo deuincta ciuitate petere quandoq; liceat. Cognitiones enim quarundam, ciuitates omnes sibi reseruarunt, earum maximẽ quæ tum quidem in hostium finibus, aut extra Heluetiæ antiquæ limites, proinde ad iniuriam opportuniore, ne scilicet aliqua

Confederationis huius deuersitas.

fœderis fiducia, vt prona ad insolentiam mortaliū mens, quasuis belli captarēt occasiones. Ille ne cognita quidem publico consilio vi, & iniuria arma sument, aut auxilium petent, nisi probarint reliquæ ciuitates. Perspecta autem belli æquitate nulla tergiuersatione, & sine dolo malo parandum, dandum auxilium, proprio sumtu, si bellum totam Heluetiæ libertatem attingere videatur, eoq; numero qui quamuis condecebit: Si ciuitatis vnus opidum, aut arcem attineat, eiusdem stipēdio; præsertim quæ machinis, & tormentis impenduntur. Et fermè hæc fœderū omnium summa, de mutuo auxilio; quæ proinde, vt vocant, defensiua omnia. Sed sunt iisdem quoq; fœderibus, edicta, leges, sanctiones, quibus pace, belloq; quibus priuatis, publicisq; inter se controuersis vtantur: de stipendiis, de comitatibus, de limitibus, subditis, debitis, exceptionibus, vtroq; iure humano, & diuino, aliisq; pluribus, de quibus omnibus differere iam quidem nihil attinet, feceruntq; aliqui, pauca, ex meo arbitrio cum Heluetiæ dignitate, & bono.

Fœderum
capita ge-
neralia.

De republica XIII. Ciuitat. Helu.

C A P. XVI.



AD D A M de republica pauca, magis ostendendi, quàm explicandi voluntate. Ciuitates omnes aut Burgimagistris administrantur, (nomen hoc ciuium magistrum notat, rectè ex officio Præfectum vrbis voces.) aliæ Scultetis, antiquo vocabulo, quo æris alieni exactio, & super eare lites continentur, vnde prætores, qui munere funguntur adpellāt. aut deniq; Ammanis, hoc quoq; ab officio nomine sumto. Ammani enim, quasi Amptmani, officiales. Vt verò

Ciuitatum
seip. admini-
strationis
differentia.
Vlpianus,
de off. Præf.
Vrb.

hæc

hæc nomina diuersa, ita respublicæ. Quæ Burgimagistris reguntur tribus habent, & vniuersa ciuitas in eas diuisa. Tales Tigurū, Basilea, Schaffhusia. Reliquæ ciuitates quæ vrbibus coluntur Lucerna, Friburgum, Berna, tribubus quidem carent, sed hæ duæ etiã in classes quatuor, quæq; separata, ipsi signa vocant. Salodorum sane tribubus constat, sed summus magistratus Scultetus. Et harum administratio maximè mixta ex optimatibus, & populo. Populus enim vniuersus magistratus supremos legit, & ita deinceps creati tãquam optimates reipublicæ præfunt. At quæ vicatim, non vrbanatim habitantur Vrania, Sùitia, Siluania, Clarona, Abbatiscella, Tugium opidum, & tres externæ Communitates, Ammanos habent, & maximè ex vniuersæ plebis arbitrio gubernantur, quæ proinde conuentu totius ciuitatis, ex tota incolarū multitudine quot annis primo vere factò, magistratus, & primò Ammanum, mox Ammani vicarium, tum tribunum ærarij, præfectosq; qui cum imperio mittuntur, legunt, confirmant, abdicant, cuncta pro plebis voluntate, & fauentium numero, suffragantibus omnibus, (id fit per dextræ eleuationem) qui pubertatis annos attigêre. Iisdem in conuentibus leges, consuetudines, instituta, edicta, alia, publicantur, antiquantur. Et hæ quoq; ciuitates in certas partes tributæ, Vraniorum sunt Communitates X. Sùitiorum V. Tuginorum IV. Glaronensium XV. Abbatiscellanorum XII. Nàm Siluania in eos qui supra, infraq; Carneam Siluam habitant, separatur. Ex his Communitatibus æquali numero lecti publicum consilium conficiunt, quo in consilio quæ rem tangunt vniuersam præcipuè pertractantur. Alia sunt enim iudicia in quibus lites, controuersæ, res priuatæ, disceptantur. Quòd si maior negociatio incidat, duplicatur

triplicaturq; consilium; eo quod quivis Senator alium sibi, aut tertium adiungit, pari secum in ferenda sententia, super re quæ geritur, auctoritate. Ciuitates quæ tribus habent, omnes quidem ex tota multitudine Burgimagistrum, æqualibus suffragiis, sublegunt, sed senatum ex suo quæuis tribus numero, duobus, aut pluribus in eum sumtis. Et is plerumq; in omnibus ciuitatibus duplex, maior, minor à numero consiliantium. Ille res graues, & quæ totam repub. concernunt: hic quotidianas ciuium, & subditorum controuersias audit. iudicat: ita diuisis partibus, vt huic quidem maior auctoritas; illi maior potestas ad sit. Multa præterea sunt officia, quæstiones, ædiles, curatores, scribæ, vt plerisq; in optimè constitutis ciuitatibus, eadem potestate, & munere. De quibus illa de causa manum abstinco, vt & de multis aliis quæ super hac re disputari, tradiq; possint, mihi aut alteri, in aliud tempus differendi, scribendiq; seposita materia. Et de republica Heluetiorum liber editus, de quo nihil habeo dicere.

De Municipiis Heluetiorum, eorum iure, & Republica.

C A P. XVII

PRÆTER XIII. Ciuitates, quarum totius fermè anti-
quæ Heluetiæ suprema potestas, multa sunt opida
quæ suam repub., suos magistratus habent, adeoq; præter
maiestatem, vt antiqui loqebantur, Ciuitatum, & summum
Imperium, nihil illarum agnoscunt, quæ quidè opida rectè
Municipia vocare, antiquo vocabulo, & Romano arbitror.
Municipia, inquit Paullus, *id genus hominū dicitur, qui cum Romanam venissent, neq; ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum*

*Municipij
descriptio
de verborum
signif. Vide
Reft.*

F
quæsto-
res

dum unà cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicuti fuerunt Formiani, Tusculani, Cumani, &c. Vnde quoq; Agellius rectè, Municipis, inquit, sunt ciues Romani ex municipiis, suo iure, & legibus suis vtiens, muneris tantum cum P. R. honorarij participes, à quo munere capessendo adpellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neq; vlla P. R. lege adstricti. Adeoq; Municipis erant, quod de Cæritibus Strabo dixit, nomine, non re, Romani ciues, qui videlicet suo iure vterentur, & remp. separatam haberent, eaq; conditione essent, vt nec suffragium ferrent, nec magistratum caperent, sed munus honorarium obirent, hoc est, honoris causa in legione stipendia facerent, vt R. ciues, non vt in auxiliis socij. Talia sunt in Heluetia, Aquæ, Bremgarte, Mellioga, Rupertiuilla, Damasia, Vitodurum, Tobinium, Arauia, Surbsca, Villisouium, Pontes, Sempachum, Sarunegaunum, Statio Rhætorum, Paterniacum, Laufanna, alia nonnulla, quæ suam, vt diximus omnia habet in potestate rempublicam, suosq; magistratus, leges, consuetudines, instituta, quamuis non eadem prorsus ratione. Nam sunt inter illa quædam, quæ absolutam habent sues magistratus legendi, confirmandiq; auctoritatem: alia legendi quidem, sed confirmatio Ciuitatum est, nec omnium, sed earum in quarum dominatu sita. Tria quoq; prima opida, cum bello vltimo Austriaco se VIII. Ciuitatibus nomine Imperij dedissent, alia quot post annis instantissimè easdem deprecata sunt, vt eius condicionis sibi literas, & testimonium impertirentur, dederuntq; Ciuitates, quibus literis profitebatur, tria illa opida Imperij R. nomine se ante annos XXXV. occupasse, adeoq; ea dici posse Imperij, & Imperialia esse. Non quòd Imperij membra implerent, vt reliquæ Imperi-

Lib. V. Geog.

Municipia
HeluetiorumA. D. N.
clj. cccc.
xv.
A. D. N.
clj. cccc.
lv.

Earum
respublica.

Gerfauie
status, &
condicio.

ales Germaniæ vrbes, quæq; proinde interessent, agerent, consulerent, conuentibus, & comitiis Imperialibus, sed quia, vt iam adnotauimus, tempore Constantiensis Concilij, Imperij nomine, & in eius manus, Ciuitatibus dediti- onem fecissent. *Acta hæc Bada, mense Iulij, die Luna post fe- stum D. Iacobi Apostoli.* Horum omnium opidorum, aut municipiorum, qui summum magistratum gerit Prætor, siue Scultetus, qui plerumq; à senatu, nonnullis ab omni populo legitur. Senatus fermè XII viris cõstat. Reliquos magistratus tribunus ærarij, ædiles, &c. idem sublegit. Et his plerisq; iurisdictio non solum Ciuilium, sed etiam Ca- pitalium. Est & Gerfauia ad magnam lacum medio inter Lucernam, & Vraniam propè interuallo, Comunitas sui omninò iuris, & libertatis, adcoq; eodẽ, quo primæ quæ- tuor Ciuitates Lucerna, Vrania, Suitia, Siluania fœdere inclusa, licet nominatim in eo non adscribatur. Vnde eã ob causam postea editæ literæ, quibus fatentur eadẽ quæ- tuor Ciuitates, se in eadem condicione, iure, punctis, & articulis Gerfauientes habere, & complecti, qui primi fœ- deris instrumẽto contineantur. *Actum exeunte Augusto, Anno D. CLD. CCC. LIX.* Iisdem in literis & condicione Veggenses, vicini positi, confirmatiq; , sed Lucernatibus sponte sese postea subiecere.

De Præfecturis Heluetiorum, & earum admini- stratione.

C A P. XVIII.

Præfectura-
rum diuisio
in transalpi-
nas, & cisal-
pinas.

AD Municipia iungam Præfecturas quæ Ciuitatum communi imperio administrantur. Illæ omninò decem: sed in duplici discrimine. Aliæ enim Transal- pinæ Heluetiis dictæ, quòd trans Alpes, & in Italia: aliæ in-

tra

tra Heluetiæ limites. Italicae sunt Comitatus tres, Bilitio-
 nensis, Luganensis, Locarnensis. Sed Bilitionensis trium
 Ciuitatum est, Vrania, Suitia, & Siluania, totidemq; præ-
 fecturas efficit, quæ proinde per vices reguntur, ac * co-
 emtus, post armis defensus, & demum retentus. Reliqui
 duo in totidem pariter præfecturas quisq; separatus, Lu-
 ganensis in præfecturam Luganum & Mendisum: Lo-
 carnensis in præfecturam Locarnum, & Madianam. Om-
 nibusq; præterquam Abbatiscellanis, Ciuitatibus parent.
 Has regiones quondam Maximilianus Sfortia, Heluetiis,
 quorum opibus, & armis pulsus tota Italia Gallis, statum
 Mediolanensem receperat, stipendij, honorarij q; loco vl-
 trò dederat, consignaratq; , ipsi postea per difficillima
 bella armis obtinere. Nunc vicissatim Ciuitatibus regu-
 tur, misso in biennium præfecto, qui ciuilia, criminaliaq;
 iudicia persequitur. Reliquas in Heluetia quinque Præfe-
 cturas conficiunt Comitatus tres, Aquensis, Turgouien-
 sis, Sarunegaunensis: & Regusci, quæq; libera Prouincia
 nomen habet. Sed neq; hæ omnibus Ciuitatibus subditæ,
 Comitatus enim Turgouia, Sarunetes, libera Prouincia
 septem Ciuitatibus Tiguro, Lucernæ, Vrania, Suitia, Sil-
 uania, Tugio, Claronæ, administrantur: lisdē Comitatus
 Aquensis paret, sed & Bernensibus: Itemq; Rhegusci, sed
 adsumtis in societaten, qui prius tenuerant, Abbatiscella-
 nis: Libera Prouincia, & Comitatus Aquensis in earum
 Ciuitatum potestatem venit, bello quod iussu, & manda-
 to Concilij Constantiensis, & Sigismundi Imp. Friderico
 Austriaco intulere. Comitatu quoq; Prouincialem, vul-
 gò, Landgraffiatum Turgouia occuparunt illo pariter
 bello, quod Pij. Pontif. auctoritate, & præcepto Sigis-
 mundo Austriaco fecerunt. Sarunetium Comitatu ven-

*Italicenses
Præfectura.*

A. D. N.
cl. cccc.
xxii.

A. D. N.
cl. l. xiiii

*Præfectura
Heluetia.*

A. D. N.
cl. cccc.
xv.

A. D. N.
cl. cccccc.
ix.

A. D. N.
cl. cccc.

lxxxiii

A. N. D.
cl. cccc.

xc.

Earum ad-
ministratio.

didit iisdem Ciuitatibus Georgius Comes Verdenbergē-
sis: Rheguscōs deniq; cū Abbatiscellani obtinerent so-
li, perdidit bello Rosacensi. Has in Præfecturas Ciuita-
tes, vt in ceteris, singulis biēniis ex ordine præfectos mit-
tunt, qui fermè secundum eorum populorū leges, con-
suetudines, instituta, priuilegia rem gerunt, iudicantq; &
factorum rationem, reipublicæq; quot annis, omnes, Ita-
licæ quidem missis ad hoc legatis, Lugani, reliquæ Aquis,
mense Iulio, Ciuitatibus, quibus tenentur, reddunt, quo
quidem tempore etiam Adpellationibus audiēdis locus,
spatiumq; ponitur. Et hæc vera, antiqua, & prima Reip.
Romanæ forma, in se, municipia, & præfecturas contribu-
ta, quæ postea orbem terrarum amplexa Sociis, & Fœde-
ratis secundas reliquit. Hinc de Sociis primò Heluetiorū:
tum Fœderatis differā, eorum deinceps origines & rep.
præcipuè Sociorū ostendam: Quæ vbi breuibus com-
posuero, proposueroq; , officio, certè instituto functum
arbitror. Nàm Heluetiorum fortia facta, patrataq; pro
libertate, pro gloria, pro Regibus, Principibusq;
fœderatis bella, inde per tempus
exponentur.

FRAN



FRANCISCI
 GVILLIMANNI DE RE,
 BVSHVETIO-
 RVM.

LIBER IV.

*De Socijs Heluetiorum, eorum origine, conuersionibus,
 statu, & republica.*



SOCIVM his fermè verbis descripsisse existi-
 matus Cicero, qui se in negotio coniunxit soci-
 tatis omnium bonorum, idem socios putandos
 scribit, quos inter res communicata esset. Sed
 hæc in priuatis: ita tamen, vt inde quæ socio-
 rum S.P.Q.R. ratio fuerit, cognoscas, nempe qui ita suas
 opes, viresq; cum Romanis coniunxerant, vt iis pro
 necessitate, & eorum fide vterentur. Vnde sociorum præci-
 pua laus bonorum, & fidelium adpellatio, quod Liuius
 pluribus locis ostendit. Antiochum enim per legatos pe-
 tiuisse tradidit. Imperare sibi P.R. quæ bono, fidelij, socio regi,
 essent imperanda. Et Hieronis legati, Itaq; inquit, quam-
 quàm probè sciat, magnitudinem P. R. admirabiliorem propè
 aduersis rebus, quàm secundis: missa tamen à se omnia, quibus
 à bonis, fidelibusq; socijs bella* inuari soleant. Apud eundem
 Carthaginensium legati, se bonorum, fideliumq; sociorum

Orat. pro
 Roscio Am.
 Lib. III.
 in Verr.

Sociorum
 P. R. descri-
 ptio.

Annal.
 Lib. XLII.
 Lib. XXII
 Ferebant
 autem socij
 auxilia.
 milite, &
 signis sepa-
 ratio.

Sociorum
formula.

Ita vocabāt
munera, que
legati exte-
rarum gen-
tium dabā-
tu r prius
dantia no-
minata. Plu-
ta. Lau-
cia dicit
questioni.
bus R.
Sociorum
Heluetiorum
Civ. ratto.

muneribus sæpe sanctos esse memorant. Et fermè obser-
uatum habeo in hanc formam Senatū decernere con-
sueuisse, eos, quibus cum amicitia, societatemq; inirent,
*viro bono, sociosq;, & amicos adpellari, & in sociorum for-
mulam referri, locum illis, & lausia* præberi.* Legati deinde
Sociorum quatuor fermè ex causis Romam ventitabant,
aut vt auxilium pollicerentur, implorarentue, vel vt parta
aliqua nobili victoria gratularentur, aut deniq; suas ques-
rellas ad senatū vt deferrēt, quæ quivis facile intelliget,
qui non in historia R præcipuè Liuij, hospes. Sociis tanè
defendendis totum propè terrarum orbem in Romano-
rum potestātē venisse memorabili ellogio, nescio quàm
verò, dicere ausus Cicero. Eiusdem fermè cōdicionis socij
Heluetiorum qui videlicet, non solū auxilia, militem,
arma, comæatum, ductum, sumtum, per bella promit-
tunt; sed omnia munimenta, arces, opida, in potestate, ve-
luti, & vsu, hoc est, semper aperta relinquunt. Tales sūnt
præcipuè Abbas, & opidū S. Calli, Rhari, Valesiani, Rott-
uillani, de quibus singillatim pauca expediam.

De Abbate, & Opido S. Galli.

C A P. I.

SI Originem Monasterij S. Galli, longè nobilissimi,
& rota Germania principis, ante oculos posuero,
& eadem opera, qui sit Opidi ortus docuero. Nam ip-
sum ex Monasterio, vti plura alia per Germaniam.
S. Gallus Columbanus viri, & sanctitate, & miraculis præ-
stabilis discipulus fuit, vterq; natione, vt creditur, Hyber-
nus. In Galliam primò, deinde in Heluetiam, & relicto in
ea Gallo, Columbanus in Italiam profectus est. De hoc ita
Aimo, Regni, inquit, Theodeberti, ac Theodarici anno XIV.

beatus

De origine
Monasterij,
& opidi S.
Galli.
Lib. III
cap. xcv.
A. D. N.
l. c. xiv.

beatus Columbanus ab Hybernia, Oceani insula progressus,
 primum à Theodeberio suscipitur. Demum propter confluentis-
 um ad se populorum multitudines inde migrās, & solitariam
 agere vitam cupiens, ad regnum Theodorici transit, atq; in lo-
 co, cui* Luxouicum nomen est, à presato rege habitare est iussus,
 Ad quem visitandum dum frequenter rex adueniret, ac à viro
 DEI cur relicto legitima coniugis matrimonio, adulterinis de-
 seruaret commixtionibus argueretur, illeq; ad obediendū eius
 salutaribus monitis aurem cordis inflecteret, auia Brunehil-
 dū, vipereis antiqui hostis inflammata incitamentis, aduersus
 S. Columbanum commoueri capit acrius. Sed sanctus vir illius
 malitia obuiam ire parans, ad eam in Bruchaniacho villa com-
 morātem properat. Cui regina cum nepotibus suis Theodorici
 filiis occurrens, orabat, ut regiam prolem benediceret. At ille ait
 nequaquam illos regalia sceptrā suscepturos, eò quòd de lupa-
 naibus emerferint. Regina indignata pueros praecepit abire,
 & ipsa post paululum est secuta. Vero autem Domini ad propria
 regredi festinante, & regia aule limem pede tangente, subito
 fragore totius mota est domus fabrica: Sed nefandissima mul-
 eris mens non est commota, imò maiori iracundia igne succen-
 sa. Verebatur enim quòd omni extorris dignitate pelleretur à
 regno: si rex, posthabitis meretriciis delinimentis, alicuius rega-
 lis femina potiretur coniugio. Interdixit igitur egressum, &
 regressum à monasterio, tam sancto viro, quàm fratribus cum
 eo manentibus, praeceptis suis Optimatibus, vicina canobio
 loca colentibus, ne quemquam exire permitterent, vel progres-
 sum hospicio suscipere. Donec vir sanctus, ut eam à tanta no-
 neret desistere pertinacia ad Palatum perrexit. Eo forè die
 Theodoricus cum auia sua in Spinsia residebat villa, nuncia-
 turq; ei hominem DEI pro foribus stare, nec in iisdem adibus
 hospitare velle. Tunc rex iram Domini sibi imminere veritus,

Lusscul. Mo-
 nasterium
 S. Benedicti
 S. Colum-
 bano condi-
 tum, cum ibi
 opidum ste-
 tisset, quod
 bellis ciuili-
 bus eo tem-
 pore euersum
 ad solitudi-
 nem vogesi-
 montis. Lu-
 xouia aquae,
 thema ex
 aquis suapte
 calidis.
 Valafrius.
 Rhegino.
 S. Colum-
 bani prophe-
 tia de regis
 liberis spur-
 ris.
 Miraculum.
 Brunehildis
 malitia.

S. Colum-
bani seueri-
tas.

Aliud mira-
culum.

Bobium est
status Medio-
lanensis ci-
uitas, propter
montes Luca-
nos. Comi-
tum Ver-
mensium.
Opidum ex
Monasterio
uatum. In
eo Episcopus
Bobiensis.
S. Colum-
banus primo
Tucconia
predicauit.

melius dixit esse virū Dei, opportunis subsidiis, honorare, quā Deum ex seruatorum eius offensa ad iracundiam prouocare. Iu-
sit ergo, regio cultu, quacumq; erant victui necessaria parari,
& Domini famulo per ministros proprios deferri: Quod dum
illimaturatio implessent, beatus Columbanus seuro, ut erat,
vultu respiciens in eos, inquiriū quid sibi ista velint. Dictum
ab eis est alimenta in suos, suorumq; usus à rege directa, quib.
ille, Non, inquit, teste scriptura, accepta sunt Deo impiorū mu-
nera, itaq; non oportet eius seruos suscipere que ipse probatur
odisse. Post hoc verbum vasa cuncta in frustra dirupta, vinum
ac sicera solo fusa, ceteraq; separatim sunt dispersa. Paucifabli
regij ministri ad regem reuersi regi gesta ordinem promunt. Rex
nimio terrore percussus diluculo cum ania ad virum Dei prope-
rat, precantur de commissis veniam, pollicentur in reliquum
actorum suorum emendationem. His pacatus promissis ad mo-
nasterium rediit: Verūm hac pollicitatio nullius efficacis protu-
lit fructum operis. Nam Theodoricus in ceno luxuria, ut antè
consueuerat, est obuolutus, & Brunehildis animus semel ne-
quitia imbutus à persecutione beati viri nequaquam est im-
mutatus, quin potius eò usq; processit spiritus immanitatis fe-
rox, ut suaderet nepoti sanctum Dei in opidum Vesontionum
exsilio relegari, indeq; reuersum usq; ad maris Britannici lito-
ra deduci, ut transfretato freto, numquam de cetero Galliarum
reuiseret arua. Cumq; vir Domini secundum sui propositum a-
nimi deliberasset ad patrium solū nullo modo regredi, per re-
gnum Theodeberti ad Italiam transiens, cœnobium quod Bo-
biū dicitur, construxit, plenusq; sanctitate & dicitū migravit
ad Dominum. Hactenus Aimo. Regni Theodeberti, ut alio
loco perspeximus, Heluetia Allemannica pars. In Helue-
tiam verò cum venisset Columbanus vnā cū sociis, pri-
mò Tucconia, qui in supremitate Tigurini lacu, ea tempe-
state

state, vicus erat, nunc deminuente vnda, aut dilabente, discedenteq; duobus circiter supra eundem lacum passuum millibus, ad Limagum, in Finibus, consistere, tamquam loco ad solitudinem comparato, & quia idololatriis omnia plena adhuc. Christum Saluatore nunciare cepit. Sed exiguo profectu, nimia incolarum peruatia. Valafredus Strabo antiquus, qui videlicet sub Pipino & Carolo Magno vixit, & probus auctor, cum de Theodeberto rege & Columbano, sociisq; eius in Italiam, per Allemanniam, hoc est, Heluetiam, proficisci volentibus ita differuisset. *Molestè ferens rex tanorum discesum virorum, pollicitus est eis intra terminos regni sui se reperiturum loca venusta, qua famulis Dei, & ad incolendum essent commoda, & ad instruendas* verbo veritatis circumpositas nationes opportuna. Vir Dei semen verbi in cordibus gentium plantare desiderans, aliquamtiſper moraturum se promisit, si regia auctoritas factis dicta firmaret. Accepta igitur à rege licentia eligendi locum, ubicumq; voluissent, dum loca plurima perlustrassent, venerunt intra partes Allemanniae ad fluuium qui Limagus vocatur. Iuxta quem ad superiora tendentes, peruenerunt ad lacum Turicinum, cumq; per litus ambulantes, venissent ad caput lacus ipsius, in locum qui Tucconia dicitur, placuit illis loci qualitas ad inhabitandum. Porro homines ibidem commanentes crudeles erant, & impij simulacra colentes, idola sacrificiis venerantes, obseruantes auguria, & diuinationes, & multa quae contraria sunt cultui diuino, superstitiosa sectantes. Sancti igitur homines, cum cepissent inter illos habitare, docebant eos adorare Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & custodire fidei veritatem. Beatus quoq; Gallus, sancti viri discipulus, zelo pietatis armatus, fana, in quibus demonis sacrificabant, igni succedit, & quaecumq; inuenit oblata demersit in lacum. Qua*

A. D. N.
l. cc. lx.
& deinceps.

Lib. I. ca. VI.

Quatenus
idololatra
erant.
Eod. lib.
cap. IV.

Limagus.
Lacus Turicinus.
Tucconia.
Tucconensium natura
& mores,
religioq;.

Egregius
B. Galli
zelus, in demoliendis
idolis.

S. Columbanus cum sociis Tacco-
nia abiit
& quare
Eod. lib.
cap. 5.
Arbonam
peruenit.
Et inde Bri-
gantium so-
consultit.

Situs Bri-
gantij ele-
gans descri-
ptio.

S. Colum-
banus Bri-
gantij cellu-
las constraxit
Brigantij
idololatria.
cap. VI.

S. Gallus
lingua Ger-
manica pec-
tus, eiusq;
Brigantij
acta.

caussa permoti ira & inuidia sanctos insectabantur, & commu-
ni consilio Gallum perimere voluerunt. Columbanum verò fla-
gellis casum, & contumeliis adfectum de suis finibus proturba-
re, fecissentq; nisi beatus Columbanus non timore persecu-
tionis perterritus, sed amore spiritualis lucri persuasus, contu-
macium sterilem turbam reliquisset, ne inaniter arida corda
diutius irrigaret, qui beneuolis mentibus quam plurimū pro-
desse interim posuisset. Quapropter inde digressus, peruenit
in castrum quod Arbona vocabatur, vbi Villimarij Presby-
teri hospitio acceptus est, & eodem mox indice, & co-
mite Brigantium se contulit, quòd quærente ex eo Colū-
bano, an sciret aliquem in solitudine locum, in quo cellula fie-
ri potuisset, custodis aliquamtulū regularibus opportuna, ipse
respōdisset, in hac solitudine locus quidam est, antiquæ stru-
ctura seruans inter ruinas vestigia, vbi terra pinguis, & fru-
ctuariis prouentibus apta, montes per gyrum excelsi, eremus
vasta, & imminens opido, planicies copiosa victum quarenti-
bus fructum laboris. Brigantium cum venissent, Oratorium in
honore sanctæ Aureliæ constructū, adierunt, probataq; loci, &
situs qualitate, circa Oratorium mansuunculas sibi fecerunt.
Sed in quo loco, & templo non minus etiam tunc inter
Christianos, idololatriæ, & impietatis vigeret studiū: Re-
pererunt, ait Valafredus, in templo tres imagines areas deau-
ratas, parieti adfixas, quas populus, dimisso altaris sacri cultu
adorabat, & eblatis sacrificiis dicere consuevit, Isti sunt DII
veteres, & antiqui, huius loci Tutores, quorum solatio &
nos, & nostra perdurant, vsque in presens.

Contra eam impietatem cum, hortatu Columbani,
S. Gallus, non minùs Germanicè, quam latinè doctus,
multis disseruisset postremò non secus atq; Tuconia fe-
cerat, in conspectu omnium arripicns simulacra, & lapidibus

in frustra comminuens. proiecit in lacum, multis interea con-
uersis, sed plerisque indignantibus, & frementibus. Quam-
obrem falso apud Allemanniae ducem Gunzonem accu-
sati, venationem publicam in eisdem locis propter illorum in-
festationem peregrinorum esse turbata, discedere inde quoque
iussi sunt. Et Columbanus quidem in Italiam ad Agilul-
phum Longobardorum regem profectus est, cum locius:
Gallus vero cum febris decumberet, nec tantum itineris
suscipere auderet, manere solus coactus, ad Villimarium
demum presbyterum rursus se transportandum curauit.
Atque hac febris occasione, tantum tanti viri Thesaurum,
his in locis, superauisse voluit sapientius memoratus Valas-
fredus. Vnde eius exclamationes, O infirmitatem omni hu-
mano robore fortiorem, O febrem omni laude colendam, Olan-
gaorem sanitati, & gaudiis adscribendum. Exemplo enim Do-
mini pro nobis Gallus doluit ut animarum morbos predicatio-
ne sacra depelleret. Ire cum magistro non potuit, ut nobis viam
veritatis ostenderet. Verè patiens, & misericors Dominus in
predicatoribus suis iam pridem contemtus, dum conuersionem
peccatorum sustinet, doctorem, ne errantes deserat, retinet. Breui
verò cum reualuisset cura præcipue Magnoaldi, & Theo-
dori diaconorum, quos ei Villimarius hac super infirmis
tate præfecerat, ipse verò solitudine nihil potius haberet,
duce, & comite eodem Magnoaldo in eum se contulit
locum, nouem ab Arbona circiter passuum millibus, tam
quam per ea tempora vastum, & solum vbi nunc mona-
sterium S. Galli, & inde opidum, ab ipso auctore, & patro-
no; quem locum, sumta virga columna, & in crucem for-
mata, humique fixa non solum demonum ludibriis, & variis
phantasmatis liberauit, sed etiam, quibus adundabat, ser-
pentibus. Nam diabolo inde expulso, dignum erat, ut animal,

Gunzo Alle-
mannia dux
& apud eum
Columba-
nus falso ac-
cusatus.
Cap. VII.
S. Colum-
banus Bri-
gantio disce-
dere iussus in
Italiam
abijt. re-
manente
Gallo, &
qua ex cau-
sa cap. VIII

Isaie cap.
LIII.

S. Gallus
in solitudi-
nem se con-
tulit.
Cap. x. xi.
antiqua co-
suetudo ini-
tandi loca
sacris desti-
nata.
S. Galli mi-
racula eo
vbi nunc
Monasterium
loco.
Cap. XII.

Cap. XIII.

per quod hominem deceperat, habitationi cederet sanctitatis. Mox triduo confecto ieiunio, locum quem spirituali militis providebat, parsimonia consecrauit inuitis & inde Cellam condere cepit. Interea dæmon Gunzonis, qui sanctos Brigantio eiecerat, filiam Fridbergam pulcritudine excellentem, & Sigeberti Austrasiæ regis sponsam, inuasit, obsedit, torisitq; crudelibus modis, hoc ipso prætextu. Vnde eius ad Diuum, exsilium, & sedem aliam imperantem, verba, *Ego planè ob vltionem iniuria, quam dux iste tibi, & sociis tuis irrogauit, filiam ipsius inuasi, & sic eicis me: Sed S. Gallus & spiritum malignum expulit, & virginem sanitati pristinae, decoriq; quem per amentiam, amiserat, restituit, signo vexilli salutaris illam munens*, licet frustra tentassent à rege missi Episcopi; quibus tot, & tantis beneficiis adductus Gunzo non solum vt Episcopatum Gallus susciperet, qui post Gaudentij Episcopi Cōstantiensis mortem, post translationem Vindouilla tertij, vacabat, deprecatus est, sed, cū abnuisset, & Ioannem ex discipulis vnum substituisset, maximis munerib; adfecit, quæ mox in pauperes Diuus erogauit. Præfecto verò Arbonensi imperauit, vt cum omnibus officio iret ad locum Cella, & quæcumq; necessitas poposcisset adificia, iuxta viri DEI dispositionem construeret. At Sigebertus cū ex ipsa Fridberga, quam ad se, vt matrimonium iniret, Metas perducere curauerat, quæ acta essent, cognouisset, Gallumq; in publicis, hoc est, quæ fisci regij essent, inter a'pes Rhatiarum, & Brigantini marginem lacus, commorari possessionibus, iussit fieri conscriptionem firmitatis, vt vir sanctus locum quem incolebat, per auctoritatem regiam obtineret, auri quoq; libras duas, & argenti pondo totidem cū epistola concessionis iam dictæ, per suos nuncios viro DEI destinauit, se sacris eius orationibus commendās attentius: Gun-

S. Gallus
filiam Gun-
zonis demon-
is obsidio
liberauit.

Cap. XVII.

S. Crncis
energia.

A. D. N.

l. c. xxviii

Episcopatus

Constan-

tensem re-

stituit.

Gunzonis li-

beralitas, &

gratitudo

erga Gallum.

Cap. xviii

Cap. xx.

Sigebertus

Austrasiæ,

& Alleman-

nia rex pri-

mus Mona-

strij S. Galli

locupletatos,

& auctor.

zoni autem duci precipiens, ut si solitudinis incola vellet, solatiorum ei copiam ad adificandam Cellam subministraret. Atq; hæc prima Monasterij S. Galli incrementa, hic ortus, hæc celebritas. S. Gallus cum monasterium, hac ratione amplius fabricasset, socios ad numerum duodecim coegisset exita iam ætate, Vilimari antiqui hospitis precibus dedit, ut ad Arbonam reuiferet, vbi paullò post febrì correptus mortem obiit. XVII. Kal. Nouembriis, expletis nonaginta quinq; annis sue ætatis. Quem cum eodem in loco sepelire, & arcam qua clauderetur cadauer feretro impositum ad fossam, sepultura conarentur deferre, nullis viribus vsquam potuit commoueri. Vnde Ioannis Episcopi cõsilio, equos duos indomitos feretro admouerunt, hac quoq; ratione DEI voluntatem periclitaturi. Equi autem in neutram partem declinantes, recto itinere, perrexerunt ad Cellam viri Dei, Quò cum peruissent depositum est feretrum ante Oratorium. Discipuli autem eius, eleuantes pij doctoris reliquias, intulerunt, & ante altare posuerunt. Hæc de sancto Gallo, & hæcenus: fortasse pluribus, sed ea maximè ex causâ, quòd qui antè, hac de re, scripserunt, aut obtrectatores peruerterunt, aut oppresserunt, ut omnis monastica, hoc est, veræ & antiquæ disciplinæ hostes, ita in beati Confessoris, tantisque clari miraculis laudem & memoriam æmuli, an inuidi; cum intereà monachorum bonis, & possessionibus vitam, liberosq; tolerarent. Et cætera humana utcumq; transmittas: De DEO, & sanctis eius non nisi impiè taceas. Certè ea sunt in omnem pagum Tigurinum S. Galli viuentis, & postea in Diuos relati, bona, meritaq; ut meritò patronus, & tutelaris haberi debeat, & possit, & fortasse consequeretur, quotidianis nunc quoq; per multorũ sustentationem beneficiis, nisi monachus esset. Quo pacto postea

s. Galli mors
Arbonæ.
Cap. xxxviii
A. D. N.
l. 5 c. xliii.
Cap. xxix.
Miraculum.

Cap. xxxii.
Vt ad Cellam suam
sancti corpus
relicum.

Lib. I I.
cap. x.

Obiit Da-
gobertus.
A. D. N.
15 c. xlv.
Carolus Mar-
tellus Gallie
Maioratum
inuit.
A. D. N.
15. cc. xviii
Monasterij
S. Galli in-
crementa ex
libertate vi-
cinorum
nobilium,
& miraculis
quotidianis
eius loci.
Valdramus
Comes Mo-
nasterij S.
Galli pro-
tector, &
Aduocatus.
Othmarum
presbyterum
Monasterio
presfecit.

Carolus Martellus, & deinceps Pipinus filius Maior Fran-
ciæ, qui etiam regnavit, S. Galli Cellam, Othmaro nobili
Curienfi, cum priuilegio, & donis cōmendarit, primum q̄;
cum Abbatem constituerit, sumta S. Benedicti regula, ma-
gnasq; accessiones monachi fecerint, disertim, & copiosè,
vt cetera Valafridus. *Post venerandi, inquit, patris beati vi-
delicet Galli confessoris Christi, gloriosam depositionem, quoti-
dianas excubias apud sacri corporis eius reliquias quidam
religiosi clerici, vel discipulatus eius memoria, vel diuino amo-
re succensi, per multa annorum curricula, scilicet quasi à tem-
poribus Dagoberti regis vsq; ad Carolum patrem Carlomanni,
& Pipini ad laudem Christi administrabant. Igitur cum fama
virtutum quas Dominus per Confessoris sui merita piè quærē-
tibus exhibere dignatus est, longè, lateq; circumpositorum mul-
ceret aures populorum, ceperunt vndiq; alacri deuotione ad
tanti patris suffragia postulanda concurrere, eundemq; locum
ob sue diuturnitatem memoria multiplicibus substantiis, & pos-
sessionum amplificare donariis. Cumq; res hac largitate fidelis
collata, aliquam tula monachorum congregationem viderentur
suppetere potuisse, Vualdramus quidam, ad cuius paternam
possessionem termini vasta solitudinis in quibus vir DE ICel-
lam construxerat, pertinere videbantur, videns res collatas à
quibusdā presuntorib. inordinate tractari, religiosum quem-
dam presbyterum, Othmarum nomine, cui summam earum-
dem committeret rerum, à Victore tunc Curienfium Comite,
impetrauit, & ei Cellam cum omnibus ad eam peruentis
bus commendauit.*

*Postmodum consilio cuiusdam Ducis, nomine Nebi, persua-
sus, ad presatum principem Carolum, cum eodem Duce prope-
rauit, ipsiq; eamdem cellam proprietatis iure contradidit, & vi
Othmarum presbyterum eidem loco presficeret exorauit. An-*

nuens

nuens petitioni eius princeps, Othmaro ad praesentiam suam vocato, locum commendauit, & ut regularem inibi vitam instituere studeret, praecepit. Qui regressus arripuit statim boni pastoris inuita, & undique versum habitacula, monachorum vsibus congrua, dispositè construens, eiusdem Sancti statum loci vilitatibus diuersis aptauit. Sed cum iam dictus Princeps temporaliter regnandi, & viuendi finem* fecisset, duobus filiis Carolomanno, & Pipino administrationem regni reliquit. Carolomannus itaque paucorum decursibus euolutis annorum, ob amore regni caelestis secularis gloria pompam deposuit, & cum causa quietioris vitae Romam tenderet, in viciniam suprascripti loci deueniens, ad idem monasterium causa orationis accessit, audiensque assiduus signorum virtutibus eundem locum, pro beati viri meritis a Domino illustrari, dixisse fertur, Tenuis quidem hic locus est facultate, sed pro meritis beati Galli celebri diffamatus rumore. Cumque vellet ibidem degentibus aliquod suae largitatis conferre solatium, sed retractaret, a negotiis se regni disiunctum explere non potuisse quod voluit, fratri rescripsit, ut sui amoris intuitu eidem monasterio aliquod regiae largitatis solatiū digneretur impendere. Cum igitur ab Othmaro abbate presentatam Pipinus Princeps accepisset epistolam annuens petitioni fraternae, libellum quem Benedictus pater de cœnobitarum conuersatione composuerat, eidem abbati tradidit, & alia regia dignitatis impertiens dona, id ei sub omni diligentia iniunxit, ut in loco sibi commendato ad supplendas B. Galli excubias, regularis ordinem instituere vite. Atque ut melius posset quod iubebatur efficere, concessit illi quosdam tributarios de eodem pago, ut & illis collaborantibus, officinas fratrum vsibus necessarias construeret, & vectigalia, quae annuatim regis redditibus inferre debebant, ad sustentationem fratrum sub commemoratione largitatis eius haberet. Et ne cuiusquam auari-

Carolus Martellus Maior Gallie Othmarum confirmauit.
S. Galli Cellam monachico instituto ad commodata.
A. D. N.
l. c. c. xli.

Carolo-mannus monasticam professus ad S. Gallum se contulit. Ad assidua apud S. Gallum miracula. Eiusdem de Monasterio S. Galli sententia.
Pipinus Maior Francia tradidit Othmaro Regulam S. Benedicti multisque beneficiis adfecit. Mancipia regia Monasterio S. Galli assignauit

Pipinus Monasterium S. Galli in vniuersis regis tutelam suscepit.

Abbas S. Galli R. imperii princeps.

Abbatum S. Galli cum Heluetiis fœdus.

A. D. N. cly cccc. lxxix.

tia tanti incrementis obsisteret boni, diuturna firmitatis epistolam fecit conscribi, & ut moris est, circumspicere roborari cautela, quo deinceps tam ipse qui aderat, quam successores eius idem monasterium per regiam obtinerent auctoritatē, & nullius violentia preste, solis rerum Principibus subiacerent. His regie pietatis Othmarus abbas donatus solatiis, & sublimatus honoribus monasterium laetus regreditur, & ex illo tempore monastica vitæ in cœnobio S. Galli exordium quidem capit, augmentum autē, & profectus, hodieq; laudabiliter dilatari nō desinit. Hactenus Valafredus. In eas verò opes deniq; monasterium S. Galli, & in eam amplitudinem venit, ut principatum in Germania facile teneat. Multa sunt, ut antè visum, à Mattheo, Pipino, ceterisq; Francorum regibus, & deinceps Germanorum Imperatoribus priuilegia, dona, immunitates, & demum ipsi Abbates inter Principes Imperij cooptati, nulli omninò, quàm Apostolicæ sedi immediate subiecti. Casparus abbas ex nobilis, & antiqua Breitenlandēbergerorū familia, habito ad postremum Fratrum prudētis consilio, suorūq; subditorum voluntate perspecta, ut Instrumētū literæ testantur, fœdus perpetuum cum Tigurinis, Lucernensibus, Sutiis, & Glaronensibus, tamquā quæ hoc muneris, & priuilegij diuinitus consecuti essent, ut sua monasteria, sacerdotia, loca pia, & religiosa summa fide, & constantia tuerentur, & protegerent, fecit, & iurauit, illudq; renouandum, iurandūq; & conseruandū omnibus Abbatibus posteris, nec non & subditis iniunxit. Eosdem Protectores, & Aduocatos perpetuos sumsit, Arbitrosq; si quæ cōtrouersia incidissent, sublegit. Literæ super hac re data Feficone, propter Lacum Tigurinum, die Martis post Adsumtionem Deiparæ Matris. A. D. N. CLV. CC CC. LI. Vldaricus verò VII. abbas cū Comitatum Toggenburgensem emisset,

caq;

eaq; de caussa, eodem tempore, cum Glaronēsis, & Sui-
tiis fœdus singulare feruisset, tū verò subditis, & regionib.
monasterio annexis melius regendis, defendendis, & in
officio continendis, à quatuor suprà positis Ciuitatibus,
Tiguro, Lucerna, Suitia, Clarona postulauit senatorij
ordinis virum prudentem, strenuum, & probum, Abbati
S. Galli adiungerent, per vicissitatē, in biennium delectū,
*qui totius regionis, & iurisdictionis S. Gallensis Capitaneus
Generalis cum plena potestate esset, & diceretur, Abbatū, &
monasterij sumtu, in quo proinde, & apud quem id tem-
poris transigeret, opera, consilio adesset, sacramentoq; in
eam formulā Abbati se obstringeret. Literæ factæ, datæq;
in eiusdē monasterij opido Vylla, Tigurini pagē, die Luna ante
festum Martini Episcopi. A. D. N. CLJ. CCCC. LXXIX.*

Opidum ex monasterij frequentia natum, cui proinde
subiectum, Primū sub Arnolfo Imp. metu Hungaricū
irruptionum mœnibus Abbates circūdedere. Priuilegia
interim ab Imperatorib. accepit, & paullatim à monachis
se subtraxit; demum quidquid iuris habebant, pecunia
emeruit, & in Urbium Imperialium numerum venit. Et
Gallenses cū vidissent fœdus perpetuum cum IV. Ciu.
Casparum sanxisse, metu ne hinc fortè aliquid detrimenti
caperent, aut vt suas pariter opes, aliqua ratione, firmarēt,
fœdus etiam ipsi perpetuum inierunt cum VI. Ciuitatib.
Tiguro, Berna, Lucerna, Suitia, Tugio, Clarona. *Vigilia
Ioannis Baptiste. A. D. N. CLJ. CCCC. LIV.* Fœderis
articuli pænè eadem forma quæ plerumq; de mutua amis-
citia, ope, consilio, auxilio: Additū ne S Gallenses possint
cuiquam bellum inferre, aut fœdere se alio iungere, absq;
Ciuitatum consensu, & auctoritate. Opidum magnificū,
in tribus VI. diuisum, septima Nobiliū, quæ proinde libera

Capitaneus
generalis Mo-
nasterij, &
regionis S.
Galli.

Opidi S. Gal-
li origo.
A. D. N.
15. cccc.
xciv.

Fœderis ar-
ticuli.

Opidi S.
Galli respub-
lica.

vulgò dicta Ex his concilium, magistratus, cetera officia
Conciliū æquali ex tribubus numero, minus siue frequē-
tius XXIVuirūm: maius cū maiora sunt negotia reip.
XC. Summus magistratus Iuirūm, Burgimagistros no-
minant, vnus res ciuiles iudicat, alter capitalibus præst.
Sed maxima loco per lanificia, tota Europa, celebritas.

DE RHETIS.

CAP. II.

Rhetorum
origo, & mi-
gratio.

Lib. xx. hist.

Lib. III.

cap. xx.

DE Rhetis ita accepimus, Thuscia primo, mox tota
Italia pulsos à Gallis, qui Italiam irruerant, Alpium
summitates, Rheto duce, occupasse. Iustinus ex
Trogo. *Gallis in Italiam veniendi, sedesq; nouas quærendi in-
testina discordia, & adsidua domi dissensiones causa fuere.
Quarum tædio, cū in Italiam venissent, sedibus Thuscis ex-
pulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergo-
mum, Tridentum, Vincentiam condiderunt. Thuscig; duce
Rheto, autis sedibus amissis, Alpes occupauere, & nomine
ducis gentem Rhetiorum condiderunt. In eadem sententia
Plinius. Noricis contermini sunt Rheti, & Vindelici, omnes in
multas ciuitates diuisi. Rhetos Thuscorum prolem arbitrantur
à Gallis pulsos, duce Rheto. Liuius nō solūm inde ortos Rhe-
tos, sed mores, linguamq; locorum asperitudine corru-
pisse, & adulterasse, cū de Thuscis differit. *Alpinis, inquit
quoq; ea gentibus haud dubiè origo est, maximè Rhetis, quos
loca ipsa efferarunt, ne quid ex antiquo, præter sonum lingua,
nec eū in corruptum, retinerent. De eadem gente, & finibus
sæpius Strabo. *Supra Comum, inquit, ad Alpium radicē Rheti
iacent. Alibi. Rheti ad Italiam vsq; pertinent, supra Veronam,
& Comum ni radicibus montium quos illi colunt vinum Rhe-
ticum nascitur, quod laudatis Italiae vinis non videtur cedere.***

Eorum fines,
& limites.

Lib. I v.

Geog.

Vinum Rhe-
ticum.

Paullo

Paullò antè. Deinceps montium partes, quæ ortum spectant, & ad meridiem vertuntur, Rhæti, & vindelici tenent, Helueticorum, & Boiorum contermini, quorum campis imminet. Alio in loco. Supra Comum, quod est ad Alpium radices sitū, habitant versus orientem Rhæti, & Vennonnes: ad alterā partem Lepontij, Tridentini, &c. Et in libri principio. Rhenus quoq; in magnas paludes, magnum lacum diffunditur, quem attingunt Rhæti & Vindelici partim in Alpibus, partim supra Alpes habitantes. Eadem alio volumine propè expressiūs cū de lacu Constantiensi meminisset Lacum, ait, Rhæti exigua parte, maiore Heluetij, & Vindelici attingunt, inde est Boiorum solitudo, usq; ad Pannonios. Omnes tamen magis reliquis Heluetij, & Vindelici montanas incolunt planicies. Rhæti & Norici usq; ad Alpium summa adsurgunt, & versus Italiam vergunt, alij Insubres, alij Carnos, & quæ sunt circa Aquileiam loca attingentes. Hæc quidem pluribus, vt vidimus, locis, de Rhætis, & eorum cultu Strabo, ex quibus veteris, & veræ Rhæticiæ limites hos agnoscas, versus meridiem Comum, & Insubres, ab Oriente Veronam, & Noricos, & partim Vindelicos, qui eosdem ad septentrionem separabant. Contra Occidentē demum Heluetios, & Lepontios; quos quidem fines etiam nunc fermè claudūt, isq; Episcopatus Curiensis circuitus. Nām ab Oriente habet Episcopatum Augustanum, & Brixinensem, deinceps in meridiem declinando Tridentinum, & Veronensem, & ad ipsum meridiem Insubres Comenses, & Clauennates ad caput Larij, Vennonetibus Rhætis ea loca occupantibus, licet per commoditatem Episcopo Curienti subiecti, lingua proinde Rhætica, & Italica vtantur. Contra occidentem summio ex Adulæ culmine, vbi Rheni origo, Lepontios, & Heluetios Constantiensis diocœsis prospere-

Lib. VII.

Brixentes ex
Norico attri-
buit Rhætia
Ptol.

Rhetorum
gentes.

Tawetscher,
die Graauen,
Sarganser,
Estnerberger
Valzinner,
Pretigener
Sarnetschor
im Eugadin,
Vinstgenner,
Veltiner,
Bregallier,
Clafner,
Mafoxer.

Rhetorum
incurfiones.

Comum va-
statur.

T. b. v. Geog.

Heluetiam,

Sequanos

Rauracos,

&c.

L. Munatium

Planus au-

xilium con-

tra Rhetos

Helnetis

tulit, eos vi-

cit, & de iis

dem trium-

phauit.

Rhetorum

feruities, &

crudelitas.

stant, quibus in finibus gentes Rhetorum, & regiones, diuersis nominibus, plures, Antuates, vel Aetruatij, Cani, in campis Caninis, Sanagenses, Estiones, Brusiana vallis, Rhatia vallis, omnes cis Alpes. Ultra vero Sarnetes, ad Aenum, Vennonnes ad Athesim, Vennonetes ad Aduam, Pragalli, Claucnates, Mefauci, alia nonnullæ de quibus dicere nihil attinet. Sed cum post illud Rheti ducis & sociorum ex Thuscia, siue exsilium, siue profugium, armis, virisq; inde nominati Rheti per tot annos eualuissent, locorumq; confidentia, additis insuper plurimis, summis in Alpibus, arcibus, vallis, & munimentis, omnes nationes post se haberent, in vicinos, utroq; Alpium latere incurfare ceperunt Comum a Rhatibus vastatam, & ductis colonis, a Strabone Pompeio Magni patre restitutam testatur Strabo. *Fuit, inquit, initio opidum mediocre Comum. Sed Pompeius Strabo Magni pater, adfluxit ad se praedeculentibus Rhatibus instaurauit.* Maxime vero versus Heluetiam, Rauracos, Sequanos, vim conueiterunt, postquam Heluetios in Gallia a Iulio Cæsare victos, impares esse suis viribus arbitrati sunt. Itaq; cum partim reaedificandis suis opidis locisq; reparandis Heluetij, Rauraci, Lacobrigi occuparentur, & oves haut adhuc satis confirmatae essent, ex foedere quod cum Iulio Cæsare serierant, L. Munatium Plancum, quem Gallia Cæsar præfecerat, inuocarunt, auxiliū, præsidiumq; interea contra Rhatos ferret, & fecit. Rhatosq; vicit, & de iisdem illo, quo interfectus est Cæsar anno, triumphauit. Secuta sunt mortem Cæsaris bella ciuilia, & exinde non solum Rhatibus, sed ceteris nationibus passim bellorum, & nouationum cause, certè irritamenta. Rhatibus etiam ad crudeliora conuersi sunt, tantumq; exterorum odium hauferunt, ut ne tunc quidem natis parcere animum induce-

rent

rent: feminas graues, si per diuinatores vtero marē ferre cōperissent, fœde dilaniarent, interficerentq; , in omnes interea sœuirent donec missu Augusti Tiberius, & Drusus, ille ab hoc, siue Heluetiæ latere: iste ab Italia, & Tridento, hinc inde palantes, & sparsos multis præliis reprimerent magis, quàm subiugarent, Vnde Lucano: *Indomitum Rheni caput*, & Claudiano, rectè dictum multi arbitrati sunt. Ex qua opinione quidam voluerūt, superius Rhætorum fœdus, vti nunc vocant, numquam fuisse Romanis subditum subactumvè. De Rhætis tamen etiam Tiberius triumphauit. Rhætiam in prouinciæ formam retulisse Augustum, memorauit Aurelius Victor. Sed cui adiungeretur victa ab eodem Tiberio tota Vindelicia, nonnullis ex Norico gentibus, in quibus Brixentes, eodem Rhætiarum nomine multis diuersis populis inclusis. Inde Ptolemæus Rhæticiæ limites inter Danubium, Aenum, Alpesq; constituit. *Rhæticiæ*, inquit, *Occidentale latus terminatur monte Adula, & linea qua est inter capita Rheni, & Danubij: latus verò Septentrionale, ea Danubij terminatur parte qua à fontibus est, vsq; ad Aeni fluuij diuertigium*, quo quidem ambitu non solum Rhæti, vt diximus, comprehensi, sed magna Tigurini pagi pars, Hegouij, Mattiaci, Suanetæ, Lentienses, Callucones, Licates, siue Licatij, Ilarci, Belauni, Virucinales, Lenni, Gelsoni, Thunicates, siue Rhunicates, Consuanetes, siue Cōsuatæ, Breuni, & deniq; Cattenates vel Clautenacij, vtraq; Aeni ripa, vbi in Danubium cadit, populi Straboni, Plinio Ptolemæo nominati. Qua de causa factum crediderim, vt quum tot gentes ad Rhætium nomen accessissent, quæ, vt regione, ita moribus, cultu, lingua alienæ, & diuersæ essent ne nominis prisca prærogatiuam, ortumq; amitterēt ea populorum confusione, Rhætos sese Canos nuncupa-

Tiberius, & Drusus Rhætos repræsentant.

Ensebius chron. In Augusto.

Lib II. cap. XII. Rhæticiæ Romanæ limites. Populi sub Rhæticiæ vtriusq; nomine inclusi. Hegou, Madach, præfectura Rauriburgensis Linzgauer, Algeuer, Lechgeuer, aut Lechtfelder, die Liser, inter Isaram, & Loisam, altesimi rim-

delicorum,
 V Veilheim-
 er, Erisinger,
 Glaner ad fl.
 Glan vnde
 Geloni. Thun-
 caner ad Da-
 nubium.
 Schwindau
 Braunsauer,
 viraq; Aeni-
 rupa. pass-
 uer.
 Rheti vnde
 Cani dicti.
 Rhetia per
 procuratores
 R. Imp. ha-
 bita. Lib. I.
 hist.
 Lib. I. anna-
 lium.
 Lib. III.
 hist.

Lib. I. hist.
 Hoc est, Ro-
 mane.
 Rheti Ro-
 manis ama-
 ti, & in ho-
 nore habiti.
 Lib. I. h. st.

uisse, hoc est, veteres, & veros, primæq; & antiquæ origi-
 nis; per insolentiam scilicet, quasi plures, & honoratiores
 essent, quam qui suo nomini adiicerentur. Hinc adhuc
 sua lingua, & Italis, Grisoni, & Germanis, die Grauen.
 hoc est, Cani, nominantur, quibus fermè apponitur pun-
 dter, die Grauen pundter, quod inter se, ab antiquo, fœ-
 derati. In prouinciam verò redacta Rhetia, missi qui rege-
 rent Curatores, aut Procuratores, Rhetia inter eas, quas
 Procuratores haberent, notauit Corn. Tacitus. *Due, in-*
quit, Mauritania, Rhetia, Noricum, Thracia, & quæ alie pro-
curatoribus cobibentur. Sub Augusto, vt vtriq; Germaniæ,
 & Galliæ, ita etiam Rhetia præfuit Drusus, qui primus ob
 res fortiter gestas contra eam gentem, Germanicus sena-
 tuscōsulto nominatus. Eo mortuo deinceps Drusus Ger-
 manici eiusdem filius. Ipsum contra Sueuos Rhetia at-
 xilia misisse, retulit idem Tacitus. *Secuti, inquit, exemplum*
veterani, haut multò post in Rhetiam mittuntur, specie defen-
denda prouincia, ob imminentes Sueuos Sub Nerone, & Vis-
 tellio fuit Portius Septimius Procurator Rhetia, *incorru-*
pte erga Vitellium fides. Tacito teste, qui proinde contra
 Vespasianum infestas Rhetias haberet. Et ea quidem tem-
 pestate, Rhetorum haut parua in armis gloria, vnde sæ-
 pius dictus Tacitus. *Rhetorū iuuentutē, suetā armis, & more*
** militie exercitam facit, alio loco.* Præter quod, ante alias
 gentes, extra Italiam, præcipuè Romanis amabantur, siue
 antiqua ex Thuscia origine, & quadam linguæ adfinitate,
 aut quia ita merebatur, cū se etiā Romanos esse, non minùs
 atq; nunc, olim pariter adfirmarent. Zosimus, Rheticas
 legiones inter præcipua virtutis, ponit. Marco Antonino,
 & Lucio fratribus Imp. reperio Rhetia Procuratorē fuis-
 se T. Varium Clementem, cuius hæc exstat inscriptio.

T. VARIO. CLEMENTI. AB. EPISTOLIS. AVGV
STOR. PROC. PROVINCIAR. BELGICAE. ET. V
TRIVSQVE. GERM. RHAETIAE. MAVRETAN.
CAESAR. LVSITANIAE. CILICIAE. PRAEF. E
QVIT. AL. BRITANNICAE. MILIT. PRAEF. AV
XILIARIORVM. IN. MAVRET. TINGITAN. EX.
HISPANIA. MISSORVM. PRAEF. EQVIT. ALAE.
II. PANNONIORVM. TRIB. LEG. XXXV. PRAEF.
COH. II. GALLORVM. MACEDONICAE. CIVI
TAS. TREVIRORVM. PRAESIDI. OPTIMO.

Reperitur aliud Clementi huic factum epigramma, in eandem fermè formā, in quo etiam Procurator Rhaetiae nominatur, quam proinde remitto. Fuit eadem tempestate, Rhaetiae procurator, sub iisdem Imp. Q. Cæcilius Cisiacus, vti & vallis Pœninae, vindeliciaeq;, quemadmodum ex istoc monumento cognoscitur, quod Veronae legitur templo S. Floriani.

Q. CAICILIO. CISIACO. SEPTICIO.
PICAL. CAICILIANO. PROCVR. AVGVST.
ET PROLEG. PROVINCIAI. RAITIAE. ET.
VINDELIC. ET. VALLIS. POENIN. AVGVRI
FLAMINI. DIVI. AVG. ET. ROMAI.
G. LIGVRIVS. L. F. VOL. ASPER.
J. COH. I. C. R. INGENVOR.

Post hunc arbitror fuisse Helvium Pertinacem qui post imperavit: Nam eum Rhaetias, & Noricum ab hostibus vindicasse, viuo abhuc & superstiti M. Antonino tradidit Iul. Capitolinus, his de eo verbis. *Marcus Imp. ut compensaret iniuriam, pratorium eum fecit, & prima legioni regenda imposuit, statimq; Rhaetias, & Noricum ab hostibus vindicavit.* Sed postea mutata nominatio, & non amplius Procura-

Centuria,
cohortis, pri-
ma, Civium,
Romanorum.
ingenueorum.
In pertinace.
Ex Procura-
toribus Du-
ces Rhaetici
limitis facti.
Lib. II. hist.

Ducum
ratio.

In Aurelia-
no.
Euseb. chr.
Eutrop.
Lib. II. cap.
I. & aliu.

A. D. N.
cccc.lix.

A. D. N.
cccc. xciii.
Rhetia de-
niq; passim
Francis sub-
iecta.
Franci Pre-
sides consti-
tuere.
A. D. N.
lv. vi.

tores, sed Duces Rhetici limitis, qui Rhetiae imperarent, dicti. Ducum credo rationem primus explicuit Zosimus, cum de Constantini M. institutis disserit. *Cum praesent,* inquit, *ubiq; locorū militibus, non modo Centuriones, & Tribuni, verū etiam Duces (Sic enim vocabant qui quolibet in locopratorū vicem obtinebant) magistris militū instruis, &c.* Ex quibus fuisse Duces supra Centuriones, & Tribunos infra Pratores facile cognoscimus. Hinc tempore Valeriani, & Gallieni, reperio Fulvium Boium Ducem Rhetici limitis, Vopisco auctore. Sub Aureliano verò Bonosum. Et ipse Aurelianus, Imp. lectus, cum Rhetiae Ducatum regeret. Ceterum de R. Imperatorum gestis circa Rhetiam & in ea, alibi pluribus disputauimus. Et haec tenens Rhetiae, & Romanorum nomen, imperiumq; fuit. Nam postea Allemanni inuaserunt, quae circa Rhenum, & Acronium sunt, & Romanos quidem expulerunt, Rhetos verò intra suos montes, rupesq; concluderunt, ita tamen ut peruios, & propè subiectos haberent. Vnde per Rhetiam Alemānos vastabūdos descendisse, cecinit Sidonius Apollinaris.

conscenderat Alpes

Rhetorumq; iugo per longa silentia ductus,

Romano exierat populato trux Alemannus.

Perq; Cami dictos quondam de nomine campos

In praedam centum nouies diuiserat hostes.

Cum verò haut multò post Gothi, Theodorico rege, Italiam occupassent, Odoacre Herulo demū interfecto, etiam eam Rhetiae partem tenuerunt, quae Italiae adiacet, Ducemq; in ea constituerunt. Notatus mihi in Cassiodoro Theodorici secretario, Seruatus Rhetiarum Dux, Sed ab altero latere, victis Alemānis, cuncta sibi Franci subiecte. Tempore Clodouei M. & liberorum praesuit Rhæ-

tiae

tia Victor vir illustris, cuius Curia in Crypta monasterii
S. Lucij marmoreo lapide, latinis literis elegantibus, sed
barbarè, ut ea ferebant tempora, hoc Epitaphium,

HIC SVB ISTA LAPIDE
MARMOREA
QVEM VECTOR VER IN
LVSTER PRESES
ORDINABIT VENIRE
DE VENOSTES
HIC REQVIESCIT
DOMINVS.

Post Victorem successit in regimine Rhetiae Iacatus
filius, qui genuit Zacconem Praesidem. Zacco ex Episco-
pia coniuge sanctitate celebri, suscepit Iacatum II. Praesi-
dem, & Victorè episcopum Curiensem, qui monasteriū
nobilium seminarum, Cacias nominatum, in Tumeleca
condidit: Iacatus genuit Victorem II. Praesidem, & Vigi-
lium Episcopum Cur. Victor quidem proauo Victori etiā
hoc epitaphiū poni curavit, quod barbarè pariter legitur
in eodem D. Lucij templo.

HIC SVB ISTA LABI
DE MARMOREA.
QVEM VECTOR
VIR IN LVSTER PRESES
ORDINAVIT VENIRE
DE TRIDENTO
HIC REQVIESCIT
CLARESIMVS VICTOR.
PROAVVS
DMNI VECTORIS.
EPI

ET DOMNI IACTADI.

Sumta hec
ex antiquis-
simo proto-
colo Ecclesie
Curiensis.

A. D. N.
ls. ccxli.
Rhetia va-
rie diuisa.

Mox vni Epi-
scopo subie-
ta.

A. D. N.
ls. cc.
lxxxv.

Habuit Teusendam coniugem nobilem feminam, ex qua Zacconem II. Præsidentem suscepit, item Tellonē Episcopum, & Iactatum, & Vigilū tribunum, qui post mortem fratrum sub Marte Francorum Equitum Mag. Præsidentem Rhetie egit. Cū verò Vigilus sine liberis obiisset, multosq; propinquos, & consanguineos suæ stirpis reliquisset, reges Franciæ inter eos per Comitatus & dominia Rhætiam diuiserūt. Hinc Comites Rhætij, Vazij, Temisij, Mætschij, Montfortis, Verdenbergenses, Saxenses, Belmontani, alij. Solus Episcopus, qui hactenus cum Præsidentibus imperauerat, insignia Præsidentum retinuit, & eam regionem, quæ nunc Fœdus domus Dei, siue Curiense nominatur, cū partem etiam Disentisius Abbas sibi vindicasset. Ita tota Rhætia in diuersas partes tributa. Carolus demum M. post mortem Remedij Episcopi, qui Teloni successerat, Constantium Episcopum Curiens. toti Rhetie, suo nomine, Præsidentem dedit, vt ex hoc Instrumento perspicitur, cuius principium. *Carolus gratia Dei rex Francorū. Vir illustris, &c. qualiter venerabilis vir Constantius, quem territorio Rhatiarum Rectorem posuimus, vnā cum eiusdem patrie populo missa petitione clementia regni nostri postulauerūt, vt diuino protegente adiutorio, eos semper sub mundiburdio, vel defensione nostra habere deberemus, &c. Data X. Kal. Iunij Anno, Christo propitio, XV II. regni Inlustri Karoli Francorū regis, Indiēt. II. Actum in ciuitate Antisiodorens. &c.* Post Constantium, fuit Episcopus, & Præsides Remigijs, tum Victor II. qui bellum habuit cū Roderico Comite à La-ges, cuius fines circa Curiam, à Langaro fl. ad Rhenum, & Crispaltum montem, vtraq; Rheni ripa se porrigebat. Misit Ludouicus Pius, Magni filius Beroldum Episcopum

Argen-

Argentinensem, & Gottfridū Abbatem Gregorianæ val-
 lis, cum Ruggero Comite, quorum autoritate factum,
 vt Rodericus, quæ eripuerat, Victori restitueret, qua de re
 Instrumentum. *H Ludouicus, diuina ordinante prouidentia,
 Imperator Augustus, &c. Quis vir venerabilis Victor sans-
 cte Curienfis Ecclesiæ Episcopus, adiens serenitatem culminis
 nostri, referens nobis à quodā Comite nostro Hroderico multas
 infestationes, iniuriasq; sibi, suaq; Ecclesiæ illatas, &c. Data
 V III. Kal. Aug. Anno propitio Christo Imperij XII. Domini
 H Ludouici, &c. indictione III. Actum Stazeburg. Eodem
 tempore, obiit mortem Victor, cui successus Verendarius,
 cui H Lot. Imp. vedigalia, in Curia Ciuitate, paulò post cons-
 firmavit, & in suam tutelam suscepit, viuo adhuc patre,
 H Lotharius diuina ordinante prouidentia Imperator Augu-
 stus, &c. Qualiter populus Curienfis, cum venerabili Veren-
 dario eiusdem sedis Episcopo, &c. Data XII. Kal. Februarij,
 Anna Christo propitio III. Imperij H Lotharij Pij Imperatoris
 in Italia Ind. III. Actum Grundulphi villæ palatio regio. Post
 Verendarium fuit Episcopus, & Rector, siue Præses, Eisa, tū
 Rhotarius, & Lituardus, demū Dietholfus, vltimus qui
 totam Rhatiam administravit sub Arnolfo Imp. Is Thie-
 tolfus Episcopus, & Curia Præses, itemq; Salomon Epif.
 Constantienfis, & B. Galli Abbas, veteresq; Rhatia anti-
 quæ, & Heluetiæ, siue Tigurini pagi limites restituere, præ-
 sente Vldrico Comite Lentiensium, multaq; nobilitate,
 cuius rei superest monimentum. Notum sit omnibus præ-
 sentibus, scilicet & futuris, &c. Quòd venerabilis Salomon
 Episcopus, & Abbas monasterij S. Galli, vt supra posteris de-
 strueret iurgia, habito prudenti consilio, omnes Principes de
 tribus Comitatus, id est de Turgonne, de Linzgonne, & de
 Rhatia Curienfi, cum reliqua populorum multitudine in unū*

A. D. N.
 l5. ccc.
 xxv.
 A. D. N.
 l5. ccc.
 xxxviii.

A. D. N.
 l5. ccc.
 xxvi.

Thietholfus
 Episcopus &
 præses Rha-
 tia: Helue-
 tia, & Rha-
 tia antiqua
 limites con-
 stituit.

fecit cōuenire, praesente Thietolfo Episcopo, & Comite Vldarico de Linzgouue, in loco, ubi Rhenus lacum influit Podamicū &c. Quippè iuramento Comitatus diuiserunt, terminum inter Durgouue, & Rhingouue asserentes, de Schuarzeneca, ubi, aqua adhuc ad nos vergunt, vsq; ad Maaren, in medium gurgitem Rheni, & inde vsq; ad lacum Podamicum. Acta sunt in loco supradicto III. Kal. Septemb. Anno Incarnationis Domini M^oCCC. XC. Indict. VII. regnante rege nostro Arnolfo gloriosissimo. Schuarzenec Kvicus est Abbatiscellanorū, Rhingouiam verò nunc Rhintal vocant, Ptolemæus, vt alibi monstratū, nominat Rheguscōs Plinius Rhuguscōs, Strabo Rhugantios, omnes ad Rhatiam Curiensem pertinebant. Sed hac diuisione finium, maior eius pars, lacū vsq; Acronium, ad Heluetiam translata, Tiguriniq; pagi limites antiqui repositi, ea quidem ratione, vt Rhati, sicuti Strabonis tempore, tantū lacum attingerent. Post Thietolfum Episcopum, & rectorem, Episcopi rursus tantū Rhatiaē partē tenuere, quæ Domus Dei nomē habet, cetera Comitibus, Baronibus, Nobilibus regentibus, nec postea fait commune, aut vnius vniuersale gubernamen. Accidit, successū temporis, vt superiores Rhatiaē partes, quæ propter Rheni origines sunt, veluti Abbas Disentisius, cum sui monasterij hominibus, Domini Rhatienses, & Saxenses, cum suis subditis, itemq; nonnullæ aliæ communitates quæ liberæ erant, omnesq; demum regionis incolæ, siue liberi aut subditi essent, perpetuo sese cōedere iungerent, quod superius cōdus à situ, & Canum ab antiquitate nomen proinde tenuit. Cōdus etiam pauldò post Episcopus Curiensis, & Curienses, circaq; urbem Communitates inter se percusserunt, quod vulgò Cōdus Domus Dei ob Ecclesiam in eo cathedralem, & Episcopale, dictum

Hoc est fl.
xum, & de-
lapsum.

Lib. II.
Cosm.
Pib III.
h. fl.
Lib. I V.
Geog.

Confedera-
tionis Rhe-
torum origo.

dictum. Demum & foedus perpetuum cōcluserunt, Pretigau, Tafaas, SchanficK, Churuuald, Malans, & Meyēfelt, Decemq; Iudiciorum, aut Iurisdictionum accepit nomē. Hæc sunt tria quidem Rhætorum foedera, distincta sanè, sed quæ deinceps in vnum conuenère. Reliqui Comites, & nobiles qui Rhætiam infra Meyensfeld op. possederunt, vsq; ad castra Rhætorum, & lacum Constantiensem, sua partim vendiderunt, aut perdiderunt. Comites Verdenbergenses, & Montfortenses suos Comitatus, Brigantiū, VeldKirch, Bluders, Valgau, Domui Austriacæ vendiderunt. Sanganserland, Gaster, siue Castra, Verdenberg, & Rhintal Heluetiis iidem Comites pecunia confignarunt. Vadutz, & Estnerberg tenent Comites Sulcenses. Emps, Comites eius nominis, Saxum barones Saxensium, quæ omnia, paucis circa Athesim exceptis, quæ adhuc Curie sunt Episcopi, sunt veteri Rhætiae detracta. Sed accesserunt ab altero latere Masox, Rusle, Galanca, quæ Lepōtiōi erāt, extra Rhætiae fines, olim per hæreditatem ad Comites Saxenses deuoluta, & vt ipsi, superioris Foederis. Hæc quidem de Rhætiae origine, & statu, & tribus in ea Foederibus. At verò hæc eadem Foedera in plures Communitates diuisa, quarum vna quælibet suos magistratus, suam remp. habet separatam. Primi, siue Superioris Communitates Foederis, sunt Communitates XI X. de quibus paucis expli-
cauero.

Prima, & antiquissima est Disertini monasterij, & vici, ampla, & locuples, cuius Paræciæ sunt quinq;, Disertiniū ipsum, Tremisium [Trums] Bregallia (Brigell) Actuariū (Tauetsch) Medullum [Medels] . Sunt & vici plures, vt Camosium [Kempis] Summus vicus (Sumuitz) . Monasterij conditor S. Sigebertus S. Columbani discipulus:

*Superius
foedus & ceteras
Communitates.
A. D. N.
15 lxxxii
Disertini
origo, & Pla-
cidi historia.*

opibus, & auxilio Placidi, nobilis, ea regione, viri, cuius sedes Tremisij, eaq; tenebat omnia quæ nunc Disertinae regionis nominantur, cū interea Victor I. vti notauimus, toti Rhetiaë imperaret. Is cū Disertini incrementa cer-neret, illud sibi vindicare cepit, cui cū Placidus, tamquā fundator obluſtaretur, ab eo captus, & XI. Iulij tamquā rebellis, capitis damnatus est, multis postea clarus miraculis. Monasterium situm sinistra Rheni, vbi prior mediusq; cōfluunt. Rheni enim origo triplex, proindeq; prior, posterior, medius ab ortu vocatur. Eam apud Lepontios oriri tradidit Cæsar, cui adſentitur Ammianus: Tacitus in Rheticiis montibus, Strabo, & Ptolemæus Adulā vocant. Sed anterioris Rheni in Crispalto origo est, proxime summas Alpes, siue Gotthardum, & Vriariam solitudinem, quam ab altero latere, Furca mons claudit, adſurgente in medio, ante omnes, Gotthardo. Ex Furca Rhodanus ortum sumit, & ex Grimſelio, Furcæ parte, Arula, qui mediā Heluetiam ſecat. Et sanè inter trium horum clarissimorū fluminum fontes, vix XX. pas. mil. interuallum. Inter Arulam, Rhenumq; ex capite Gotthardi, Vrsæ ſcaturigo est, vti ex opposito, versus Italiani Ticini. Rhenus prior Aetuatium vicum (Tauetsch) præterlabitur, ex cuius par-
 tia nascitur, in eius dextram prope Disertinum descendit Rhenus medius. Ipse ex monte Lucumonis, siue S. Barnabæ oritur, qui Adulæ membrum. Nomen monti datum à Lucumone Tusco, qui cum Rhato ea aduenerit loca. Vocabulū enim hoc Tuscis antiquis frequens: & L. Tarquinius Priscus Romanorum rex V, prius Lucumo nominatus: Diuidit Lucumo Aetuatios à valle Lepontiorum Plenā. Medius verò, & Prior, siue anterior Rhenus, sub vno Prioris nomine per Aetuatios anteriores ad Pontem

Rheni tri-
 plax ortus, &
 de eo plures.
 Comment. I
 Lib. xv. hist.
 In Germa-
 nia. Lib. v.
 Rhenus an-
 terior.
 Nobilissi-
 morum Eu-
 ropæ flumi-
 num fontes.

Rhenus me-
 dius.
 Lucumo
 mons.
 Livius An. I

vsq; labuntur, vbi posterior eis coniungitur: Ipse quoq; ex Auiculæ culmine (Colmo del Vecello Rheticè) natus, qui partem Adulæ efficit, & S. Bernardus etiam nominatur, quòd eius Diui in eo sacellum. Separat Mesaucos Lepontiorum à Rhætis. Exhulus Rheni latere opposito originem capit Meusa, qui Mesaucos prætergressus, Ticino supra Bilitionem miscetur. At Rheni tres vno iam ex Confluentia, siue Vestigali ponte, nomine, contenti, per Campos Caninos, Rheguscos in Acronium deferuntur, & deinceps per Heluetios, Rauracos, Sequanos, Mediomatrices, &c. in Oceanum: Actuatios quos vocat Strabo nominauit Cæsar Nantuates: Vetera Curienfis Ecclesiæ Inst. totam regionē quæ propter vtrumq; Rhenum, priorem & posteriorem, Tuuerafcam dicunt.

Sed hæc de Rheni, & eius natalibus. Disertinae Communitatis summus magistratus Ammanus Minister ipsi vocant.

II. Communitatem efficit Legunitia vallis, magna, & ferax, in qua multi vici. Ex ea effluit Glennerus in dextram Rheni. Præfectus cum summa potestate est.

III. Illantium est, opidum, caputq; Superioris huius Fœderis cum adiuncta regione amœna, & fertili, vtraque Rheni ripa, Foucam nominant. (La voppa). præfideat Ammanus.

IV. Suprafaxensis, adiacet monti qui Illantio incubat. Germanicæ linguæ præest. Ammanus.

V. Vorciū (vorce Rheticè, Germanicè Valtersburg) vicus ad Rhenum anteriorem. In ea Communitate alij vici, veluti Andest, rubis, Septo Schlants, præfident omnibus Ammano.

Rhenus posterior. Auicula mons.

Campi Canini quatuor primus inter Amisum, & Curiam. 2. inter Rhegatum, & Sagans c. 3. inter Verdenberg & Estnerberg. 4. & in sumis inter Alstettè, & Lacu Acronium. Lib. IV. Actuarij.

VI. Luuenium (Luene, Schlouis) & arx Lcuuenstein. Principatum obtinet Ammanus.

VII. Laacenses faciunt, qui liberi dicuntur quòd se ab heredibus Comitum eius nominis pecunia redemerint, liberosq; ante ceteras Communitates, fecerint. Nam Comitum Laacensium iam sub Ludouico Pio Imp. memoria, vt antè perspeximus. Præsides Ammanus.

VIII. Flimesium, alij Nemesium vocant. Huic quoq; præest Ammanus.

IX. Trenisium alta, (Hohentruns,) alij Trimontium nominant, & Taminisium. Primo in ordine Ammanus. Atque hæc IX. Communitates omnes ad Rhenum priorum.

Rhatium.

X. Rhatium cum vicinis Beneducio (Bonaduts,) Amido (ober Emps) Fagonio (Veldtsberg.) præeunte Ammano. Rhatij castri, nunc quoq; fortis, eius nominis nobiliū sedes antiqua fuit. Comites postea Zollerani, & barones Lintburgenses hereditate possedère, deinceps ab Austriacis cum omnibus adiunctis dominiis emptum: nunc pro pignore nobiles à Plantia tenent. Situm in finibus Tumeliacæ quam vallem claudit, ad Rheni sinistram. Rhatij, & Bonaducis, aut Beneducij memoria in antiquo priuilegio, Hilteboldo Episcopo Curienti, ab Othone Imp. dato. *Otto Imp. &c. Hilteboldo Episcopo Curienti, &c. Ecclesiam in Castello Bonaduces, & Rhatzumes, &c. data III. Nonas Ianuarij An. Dn. Lo CCCC. XXVI. Ind. IV. regni. XV. IMP. VIII. Actum Erstein.*

Tumeliacæ
vallis.

XI. Est Heinzenberg, cum Tuscia vico, [Tosanna] & Cacia, [Kaats] in principio Tumeliacæ. Tumeliacæ regionis iunctura est, amœna planicie, solo ybere, vini, & frumenti iuxta feraci, ad Rhenum posteriorem. Nomen à Tumelio

[Tomils] vico, prope Orrenstein. In ea arces plures, sed præcipui nominis, & celebritatis Rhetia alta [Realt] in colliculo, supra Tuscianam, vbi adhuc mœnia, & turres, situ & arate ruinosæ. Huic Cõmunitati Ammanus caput.

Rhetia
alta.

XII. Scanauerium [Schans], inter Spelucam, & Tuscianam. Antiqua Curienſium scripta Sexannim vocant. Ammanus præest.

XIII. Rhinuuald adpellant; cuius præcipuus vicus Speluca, [Splugen] & hospitium princeps, ex Curia, in Italiam per Auiculam, aut Vrsum proficiſcentib. Vrsus, aut Vrsulus, vel culmen Vrsi [colmo del orso] mons, vico adiacet. Antoninus Spelucam Taruesedum nominare videtur, si tamen milliaria conueniant. Nam Curia Taruesedum constituit. p. m. 60. cum non sint nisi quatuor milliaria Germanica, siue 34. p. m. Deinceps Taruesedo Cleuã 15 p. m. cum sint quatuor milliaria German. Hoc est, p. m. 24. Quatuor præcedentes Communitates sunt propter Rhenam posteriorem. Huic, vt ceteris, præsidet Ammanus.

Speluca &
Taruesedum.
Vrsus mons.

XIIII. Saafia, olim Stuffania.

XV. Tenna.

XVI Scopina.

XVII. Faals. Hæ quatuor Communitates in Summis Alpibus sitæ. Habet vnaquæq; suum Ammanum: Suntq; linguæ Germanicæ, etsi circum circa Rhetica sonet.

XVIII. In Communitate Mesauici inclusi, [Mefoltina, Masox] Hi vallem habitant inter Alpinos Lepontios, & Alpes quæ Larium attingunt, & Galancam. Mesa, vnde populo nomen, oritur ex Auicula, &, vt suprâ attigimus, quatuor supra Bilitionem p. m. Ticino miscetur. Capitales vici Mesaucum superius [Masox] & Rogoretû [Rusle]

Mesauici, &
Mesauicia
vallis.
Mesa fl.

inferius, vt antiqua habent Curienf. Eccl. Monumenta. Me-
faucorum vallis optima, & vberriima.

*Galanca
vallis.
Eius incola.*

XIX. Rogoretum supra dictum implet numerum.
Apud hunc vicū prælabitur Galancafca fl. ex valle Galanca
quæ etiam huius Communitatis, & paullo infra, Mefæ in-
cidit. Vallis Galancæ incolæ propè resinarij omnes, & mē-
dicabula, nec suam cuiquam operam locant, circumvas-
gantur. Ipsa aspera, & siluestris, parumq; bonæ frugis. V-
traque vallis antiquitus Lepontiorum, sed à multis annis
Rhetis possessæ, Lingua Italica loquuntur, præfidente Am-
mano.

*Secundum
fœdus, siue
Domus Dei.
Curia anti-
quitates.
Ebodurum.
Arces Curie*

Secundi fœderis, siue Domus Dei Curienfis, Commu-
nitates sunt XX. quarum prima, & caput Curia Ciuitas.
Illa antiquitus Ebodurum Prol. teste. Adfirmant sanè Cu-
rienses Imberg dictam. Turris illa, cum adiunctis mœni-
bus, quæ nunc Canoniorum triclinium efficit, arcem
præferebat, Mars in oculis nominatâ [Marlocchei Rhetice]
è cuius regione, licet extra hodierna mœnia, sola tamē
fossa separata, arx alia sterit, Spina in oculis [spinochei]. His
duobus propugnaculis continere posse Rhetos Romani
arbitrati. Habuerunt verò harum in arcium ambitu, nunc
nomen Curie, aut Pallatij retinet, Episcopi sedes, suos Pro-
curatores, qui Rhetiam primò moderarentur. Imò etiam
Imperatores, si quando in Rhetiam venirent, eò loci, Cur-
riam celebrabant, quod mansit postea nomen. Vnde An-
toninus non iam amplius Ebodurum, sed Curiam Rhetor-
um nominavit. Ait Brigantio Curiam p. m. 50. esse, &
inde Tintzam p. m. 20. Sita vrbs ad dextram Obstreperi
fluuij Plessuræ nomine, qui ex valle Schanastica labitur in
Rhenum, p. m. 2. infra Curiam. S. Lucij historia tradit ipsum
Britanniæ regem fuisse, tempore Antoninorum Imp. &

*Nemini
origo.
In Itinere.*

Situs

*S. Lucij hi-
storia.
A. D. N.
c. lxxvi.*

Eleu-

Eleutherij Pontificis, Euangelijq; promulgandi gratia, peregrino habitu, via illa, & transiione, quę hodie ab eo, S. Lucij Steig, vocatur, in Rhetiam, ex Bauaria, quam bonam partem conuerterat, venisse: Habitasse aliquam diu supra Curiam, in Specu, eaq; regione Christum Saluatori enunciasse. Demum à R. Præside, qui Martiolæ agebat, captum, Trimontiumq; (Trimmis, 4 infra Curiam p. m.) vicum deductum esse, ibiq; vnà cum sorore Emerita capitis dånatum fuisse. Inter Episcopos Curientes primum reperio Afimonem, Concilio Mediolanensi, sub Leone I. Pontif. & Valentiniano III. Imp. Herculano cos. in Occid. Deinceps tempore Clodouci M. Curiam venit S. Fridolinus, vt Episcopum visitaret, qua in vrbe templum D. Hilario posuit. Fuerunt postea propè in ciuitate vniuersa Episcopis subiecta: Nam Ludouicus Pius Imp. Verendario Episcopo regalia omnia *in ciuitate Curia* confirmauit, Ottho Magnus *Curtem* suam regalem *in vico Curia, in Comitatu Rhatie*, quam Comes ipsius *Adelbertus in beneficium tenuit*, Episcopo donauit. Ottho II. filius, eadem Hiltebaldo Episcopo confirmauit, & *Scultaciam* addidit. Multa sunt aliorum Imp. & regum priuilegia, & beneficia in eum Episcopatum collata: Ciuitas nunc etsi Communitatem foederis vnã componit, pro republica tamen administratur, in quinq; tribus diuisa, ex quibus singulis Vuir lecti, minus consilium, XIV Viri maius efficiunt: Summum magistratum gerunt consules duo, præfidente per vices in annum alterutro. Est & Præfectus vrbis, qui res capitales cognoscit, assidentibus iudicio XXX uiris: Itemq; Prætor urbanus qui controuersias ciuiles, æs alienum, alia di iudicat, cum concilio XV Vuirum.

II Communitas est quatuor vicorū Zizers, Igis, Trimmis

Episcopi Curientes.

A. D. N. cccclii.

A. D. N. cccc. xcv.

Et ipsi Rhatia ferme subiecta.

A. D. N. l. ccc.

xxxvi.

A. D. N. l. cccc.

lviii.

A. D. N. l. cccc.

lxxvi.

Curia rei-pub. administratio.

A. D. N.
15. CCC. XXV.

mis, & Vnderuatz, quibus Præfectus imperat. Zizeris meminit priuilegium Ludouici Pij, *HLudonicus &c. Curtem Zizuris &c. data VIII Kal. Augusti, Imperij anno XII. Ind. III. in Strazebure Ciuitate.*

III. Ortenstein vocatur, cum suis paræciis Tomiltz, Scheid, Basbels, &c. sita ad Rhenum posteriorem in Tomeliacis, quondam Schudis Glaronensibus subiecta, redemere se à Ludouico, Aegidij fratre, cuius propter celebrem antiquitatis peritiam clara memoria: Præsidet Ammanus.

IV. Furstnauium, eodem, quo præcedens situ, Præfectus reipublicæ caput.

V. Obervatz, Ministralē Rheti adpellat qui sūmā gerit.

VI. Reambs, quidam Rhetiā amplam vocant, Tintzē, &c. administrat Præfectus: Tintzen, vel potius Tinneti meminit Antoninus, ait Curia Tinnetium esse p. m. 20. & inde ad Murum (Castelmur) 15.

Albella fl.

VII. Zum Tuffen castel, Castrū imum, rem gerit Ammanus: adiacet Albellæ fl. Ipse ex monte eius nominis ortus, qui vallem Aeni separat: Eius quoq; Castri meminit Antoninus, & Curienf. Eccl. antiqua.

VIII. Greiffenstein: Præst Præfectus, etiam ad Albellā, qui in dextram Rheni in Tumeliacis incidit.

Iulia Alpes.
Lib. III.
hiß.

IX. Stalla, Stabulum binium, quod eo vico duo itinera montes scindant, altero per Septimum montem, in Breggallos ducente, altero per Iulium in superiores Engadinus, apud quos Aeni origo, primas tenet Ammanus. Iuliarum Alpium, vt ignara nominis origine, ita carum iam Corn. Tacitus mentionem habuit. Ipse non nisi æstiuis mensibus per niues obuius, Aenum è sinu egit suo. Iuliarum membra Septimus, & Maloius. per Septimum

iter

iter in Bregalliam, & Clauennates, Lariumq; : Meminerunt Eghardus Junior, & monumenta Curient.

X. Velsa, Ammanus rem administrat: Sunt verò sex superiores Communitates, præter Vndervatz, propter Rheni latus dextrum, quæ iam sequuntur ultra alpes sunt.

XI. Bregallia, Vnderport, Oberport, Casatium (Casatsch) Vicus Supremus [Vespran] Murus, Castellum, Limpia, &c. sita ultra Septimum, contra Plarium, & Clauennam. Per hanc vallem fluit Maira secundum Clauennates in Larium. Præsides iudex quem Potestatem dicunt. Pergallia autem vallis, aut Bregallia [Bergel] attingit in superiore sui parte Septimum, itemq; Melioium, ex quo Mairæ ortus. Meminerunt Imp. priuilegia, Othonis I. & II. *Otho Imp. &c. vallem Pergallia, &c. XVII. kal. Februarij, Anno Domini M CCCC LV III. ind. I. Actum Fritelbar e. Item Otho Imp. &c. Hilteboldo Epif. Curienti &c. in Comitatu Rhatia in vico Curia, Curie regalem &c. & vallē Pergallia ad eundem Comitatum Rhatia pertinentem &c. Data III. Nonas Ian. Anno Dn. M CCCC LXXVI. ind. IIII. Regni XV. Imperij VIII. Actum Erißtein.* Vallis caput Vicus superius, ita vocant antiquitates Cur. qui vulgò Vespran.

XII. Iutzia apud Sarunetes superiores, & Aenū, Ammanus ius dicit. Sarunetum apud Plinium mentio. *Caput Enganeorum*, inquit, *Stoni Rhetorum Vennones, Sarunetes q; ad ortus Rheni.* Rheti proinde regionem nominarunt, En co d' Aeno [ad caput Aeni] quod Germani cortūpentes Engadin dixerunt. Vallem donauit Henricus I. Episcopis Cur. vocatq; *Entatinam in Comitatu Bercholdi Comitis, &c. Data V. Id. Aprilis, Anno Domini, M CCCC XXXI. ind. III. Regni XI. Actum Francofurt.* Diuisa in superiores Sarunetes, & inferiores. Aenus ex Iuliis montibus or-

Maira fl.
Pergallia
vallis.

De Sarane-
tibus.
Lib. III.
cap. x.

Engadin.

Aeni origo,
& cursus.

Passan.

tus, ex propinquo, utrosque perlabitur, vallem deinde, quæ nunc quidem ab eo Inthall vocatur, quondam Pœnina, ingressus, in Baviariam descendit, & apud Batauiam in dextram Danubij cadit.

XIII. Sumaada, apud superiores etiam Sarunetes, & Aenum: Præsides Ammanus.

XIV. Postlaaf, antiquitus Pes clauium, vicus contra Vennonetes, propter lacum, supra Tiram, & Pynencos infra montes (Berlinger) Sunt tamen qui Pyreneos montes, Brennerum volunt esse, apud Brixetes, quibus adfentior: Ammanus regit.

XV. Steinberg, apud inferiores Sarunetes, præsidente Ammano.

XVI. Schultz, in Sarunetibus inferioribus: Ammanus summam gubernat: Continent Sarunetes superiores, & inferiores p. m. LXX.

XVII. Heremuseia [Rhemus] & Mergino, etiam apud Sarunetes inferiores, attingunt vallem Pœninam (Inthall) in summa dignitate Ammanus.

XVIII. Verrer dicitur, ultra montem, Pedem salarium nominatum, Puffalor, inter Vennones, Athesinos; ita nominabant olim, nunc Vallē venustam adpellant, Vinstgeu, Athes, unde cognomen tū populo, ex monte Venusto oritur, qui Vennones Aenanos, & vallem Pœninā, à Vennonibus Athesinis separat, ipse non admodum asper, aut altus, sed humili, & grato declivio iucundus, nec alia ex Germania Italiam petentibus, quam per eum montem tritior via. Athes ex illo natus monte, vallem Setzral fecit, tū verò per Granum, &c. Latures, Melanū vsq; ybi desinit Episcopat. Cur. & incipit Tridētinus: Tū verò Tridētū, & Veronā fluit, dum Adriano mari misceatur Venonū

Athesis, &
eius natiui-
tas, & cur-
sus.
Mons ven-
ustus.

Vennones.

sapius

sapius Strab. mētio, vti & Plinio: ait enim, *Eugencorū aluisti-
mi Stoni: Rhetorū Vennonēs.* Item Augustū vicisse Triūpili-
nos, Camunos, Vēnonēs, Vennonētes, Ilarcos, Breunos.
Florus tradidit domuisse Alpinos populos *Breunos, Ven-
nonēs* (quamuis ibi corrupte Senonēs legatur) *Vindelicos,*
per priuignum suum Claudium Drusum. Suetonius Tiberiū
fuisse ait qui has gentes debellarit. Attingunt Vennonēs
Athesini à meridie Naunes, & Vennenotes: ab Oriēte Tri-
dentinos: versus Septentrionem Brixentes, & contra Oc-
cidentem Alpes Venusti montis, & eorum populares Vē-
nonēs Aenanos. Vallem Curienti Archipresbytero, do-
nauit Otho I. Imp. precibus Adelhaide Rudolphi Burgū-
diæ regis filia. *Otho Imp. Augustus, &c. Interuentu Adelheida
Imperatricis coniugis nostra, &c. Victori Curienti Archipresby-
tero.* Concessit terram quandam que dicitur *Norticorum, sit-
tam in Comitatu Rhetie, in vallibus Venusta, & Ignadine*
(ita vocat quam Oennonēs Aenani colunt) *Data VIII.
Id. Iulij Anno Domini L D. CCCC. LXVII. Imperij VI.
Indict. X. In comitatu Lucēsi in villa Marila.* Vocabatur hæc
quoq; vallis Tuberis, vt ex donatione monasterij, in ea
valle siti, (Vnde nunc nomen vulgatum Munsterthall.) ab
Arnolfo Imp. facta, patere potest. *Arnolfus rex. &c. Dietolfo
Episcopo Curienti Ecclesie sue bona videlicet monasterium Tu-
beris, &c. Data XI. Kal. Feb. An. Domini L D. CCC. LXXXVIII.
Ind. V. Regni Primo. Actum in Rheganesburg Ciuitate.*

XIX. Mals ad Athesim, infra Galsam. Præsidet Am-
manus.

XX. Schantza, eadem regione & situ, magistratuq;

Tertij, & postremi fœderis sunt Cōmunitates decem,
quas ludicia nominant, aut iurisdictiones. Quarum prima,
& capitalis Aetuatium, siue vicus Antuatius, (Taus) in

Lib. I V.
Lib. III.

Lib. I V.
In Tib. c. IX.
Nausberger, anti-
vallis opti-
me. Velt-
liner.

Munster-
thaall.

Tertium fœ-
deris, siue ex.
Iurisdiclio-
num.

summis, & altissimis montibus, prope lacum amœnum, & vberem. Summus magistratus Ammanus.

II. Aluum nouum. [Alfenau] thermis nobilis, & quondam arce Belfort Rhætis nominata, ad Albella fl. sita, qui ex monte eiusdem nominis ortus, aliquot vicos, & vallem Tomeliacam perlabitur, & in Rhœni dextram se præcipitat. Præest Ammanus.

III. S. Petri nomen habet, in valle Scanauica (Schanfic) ex qua fluit Plessura. Fuit hæc Communitas Dominorum olim, de Subuia, (Vnderuuegen) quorum ibi adhuc arx, Ammanus regit.

IV. S. Georgij, in eiusdem vallis recessu, qua per montem Stræler, breui compendio, iter Aetuatium est. Administrat Ammanus. Duæ hæ Communitates sunt vtriusque linguæ, Rhæticae, & Germanicae.

V. Curientium vallis Churualden, supra Curiam, in valle secreta, vbi monasterium Churualle, quo pertinet hoc iudicium. Sicuti & Porponium, & vici plures. Olim dominium Strasburg dictum, vbi arx eiusdem nominis, vel potius ruinae. Præsides Ammanus.

VI. Monasterioli est (zum Closterlin) in extremis recessibus vallis Rhæticae, Prættigeu, Germanis dictæ, vsitato loquendi more, per antipositionem elemēti p. vt fenestra, pfenster: fundamentum pfulment, &c. Multi in ea vici. Lāgarus totam permeat, ex Rhæticone monte altissimo, cuius Mela meminit, exortus, qui inter hanc vallem, & Drusianam [Valgeu] situs, & ex altero latere. Illū effundit, qui eandem Drusianam secat. Sed inter vicos nobiliores huius Rhæticae vallis sunt Crusca [Grusch] Sceria [Schiers] Iunatum [Iunatz] Federicium [Fidris] Seuissum (Seuuis) Coblitium, (Colblich) omnia Rhætica nomina, quamuis

Rhætica
vallis.
Langarus fl.
Rhætico
mons.
Lib. III.
cap. II.
Illus fl.

ipsa tota Germanico idiomate vtatur. Arces quoq; Solaz uersa, Stadio, Castellum, Seuifia, alia; præter Castellum; omnes euerfæ. R. emp. administrat Ammanus.

VII. Iunatum (Iunatz) iudicium Castellum etiam nominatum, propter arcem in eo Castellum. Hac in communitate celebres aquæ Federicæ, tota Germania frequētata. Iudicio præest Ammanus.

VIII. Sceria (Schiers) ad Langarum. Regit Ammanus.

IX. Malantium [Malans] loco vberè, & vini ferace eius in antiq. Cur. mentio crebra. Iudicem vocant qui gubernat.

X Lupinum [Meyensfeld] quasi Campus Maiæ, quòd, eo in loco, idolum eius mulieris cultu diuino habitum. Summus magistratus Aedilis est. Opidum ad Rhenum, planicie patentiore, frumenti, viniq; iuxta, amcena, & delectabili. Decem hæ Communitates à principio Baronibus Vatiensibus paruere à quibus ad Toggenburgenses Communitates peruenerunt. Sed cùm Fridericus demum Comes Toggenburgensis, sine herede masculino, obiisset, vt eius ampla, & superba dominia in varias manus translata, ita Rhaticam vallem, & decem hæ iudicia Mattienses Communitates tenuere. His pariter deficientibus, Gaudentio ultimo, Austriaci possederunt; tenentq; octo primas Communitates, siue potiùs earum vsum fructum: saluis priuilegiis fœderibus, reip. administratione. Mittunt Præfectum ex incolis lectum, cuius Castellum sedes, iusq; rebus Capitalibus dicit. Malantium, & Lupinum emerunt tria fœdera, & in societatem adsumserunt. Hæ sunt Rhatorum Communitates, hæc fœdera. Respublica in hanc fermè modum. Suus primò cuiq; Communitati Magistratus, vt vidimus, suum regimen. Fœderum quoq; certa capita. Superioris,

Aque Federicæ.

Campus Male.

Decem harum Communitatum conversiones A. D. N. 15. cccc. xxxvi.

A. D. N. 15. cccc. xxxix.

De Rhatorum republica.

siue Cani, summus magistratus Iudex Prouincialis vocatur. Secundi fœderis, Burgimagister, siue Præfectus Urbis Curia. Tertij, Ammanus Antuatiensis, Magistratus annuus est, leguntq; Burgimagistrum quidem, Episcopus Curienfis, Ammanum Antuatiensem duces Austria: Iudicem vero Prouincialem primò quidem anno supradictus Episcopus, altero Abbas Desertinensis, tertio qui Rhætiensem iurisdictionem obtinent. Atq; hi III viri primò res quæ totam gentem attinent, cognoscunt decernuntq; si videantur posse; sin minùs Conuentum generalem indicunt. Ad eum omnes Communitates suos legatos mittunt, qui ex mandati publici, suæ quisq; Communitatis, formula, sententias dicunt. In eodem conuentu de bello, & pace, de legibus, & edictis publicis, de amicitia & fœdere regum, principum, Ciuitatum, de legationibus agitur; adpellationes ex Communibus Præfecturis audiuntur. Et quotannis semel ad minimù circa VIII Kal. Feb. celebratur Curia, aut Illantij, & subinde Aetuatiij. Præfecturæ diuersi generis. Nam aliæ transalpinae, aliæ Cisalpinae. Cisalpina vna Lupis num, & Malantium. Reliquæ transalpinae, & contra Italiam Clauennatum aliæ, aliæ Vennonetium. Clauennatum duæ, Pluriensis, & Clauennensis. Vennonetium regio, vt amplior, nêpe longitudine p. m. LX. plures per valles distributa vini, frumenti, omnis ad oræ feracissima, & Augusti Imp. tempore iam celeberrima, ita eius præfecturæ plures. Mediam secatur * Aduas, vt vocat Strabo, nam Plinius Abduam scribit, ex Rhæticiis iugis, vt nominat Tacitus, vulgò Vormserioch, à Bornio proximè subiecto vico, etiam montem Braulium, à sacello S. Braulij, nominant, exortus, non autem ex Adula, vt, per errorem, suprà tradidit Strabo, in Larium, & demum in Padum descendit.

Vtraq;

Præfectura
Rhetorum.

Suetonius
Augusto. c.
lxxxvii. Vir-
gilius I I.
Georg.
*

Ada, & eius
ortus.
Lib. IV.
& V. Geog.
Lib. II. &
III. hist.
nat. lib. I.
hist.

Vtraq; regio quondam Maximiliani Sfortiæ Mediolanensis Ducis liberalitate Rhætis possessa, cum eorum quoque auxiliis paternam hereditatem recepisset. Sed Rhætorum omnium antiqua cum Heluëtiis amicitia, præsertim vicinis Glaronensibus, Tigurinis, Vraniis, & ea ex causa vtrinq; fœdera. Demum perpetuum fœdus Rhæti Superioris fœderis percusserunt cum Ciuitatibus septem, Tiguro, Lucerna, Vrania, Suitia, Siluania, Clarona, Tugio; quo postea quoque fœdus secundum, siue Domus Dei inclusum. Eius articuli pauci, qui mutuae amicitiae, & auxiliij contra quamcumq; vim, leges promittunt. De controversiis inter vtrumq; Helueticorum, & Rhætorum populū, per III viros, non Marte, & armis decernendis, tum de litibus particularibus, quibus constituitur, Actorem reum sequi teneri, ad eum quo degit locum. De transitu securo, com meatu, mercimoniis, vectigalibus, &c. Et postremo vtramq; partem nouo posse se cum quouis, fœdere illigare, sine tamen huius fraude. Literæ data die Mercurij ante festum Ioannis Baptistæ, Anno Domini CLCCCCXCVII.

A. D. N.
cl. lxxiii.
Rhætorum
cum Helu-
etis fœdera.

Eorum ar-
ticuli.

DE VALESIANIS,

CAP. III.



Valiansi, vti nunc nominamus, antiqui Valensani, aut Valinsani. Regio Valinsa, Romanis quoque temporibus, ostendit hæc inscriptio cui facta, per sua merita, quæ inter Verutium, & Geneuam legitur,

Valinsa, &
Valinsani.

D. M.

L. AVR. RESPECTO. IVVENI.
ERVDITO. CAVSIDICO.
BIS CIVI. VALINSÆ.

ET. EQVESTRI. DEFVNC
TO. ANNORVM. XVIII.
L. AVREL. RESPECTVS.
PATER. PONENDVM.
CVRAVIT.

Et liber Prou. *Ciuitas*, inquit, *Valensium*, id est *Octodurus*. Antiqua præterea Concilia quibus subscribere Episcopi. Ipsi à principio in Sedunos, & Veragros distributi, (Nunc Valeianos Superiores, & inferiores nominant) quibus proinde suæ metropoles: horum quidem Octodurus; illorum Sedunum. Et vtriq; suus Episcopus. Nam maturè per quotidianos Alpium transitus Christum agnouère. De bello quod Serg. Galba cum Veragris, & Sedunis gessit, utq; demum regione ab iis expulsus fuerit, disertim, ut omnia, Cæsar Iulius. Vicit tamen, & debellauit, qui successit Cæsari, Augustus. Vnde in tropæo inter subactas Alpium gentes referuntur *Seduni*, *Veragriq;*. Octodorensibus postea ius Ciuitatis datum. Testatur Plinius, qui eos *Alpium incolas* adpellat. Credo ab Augusto. Et sanè, ut patrone hoc monumentum posuère Seduni vicini, septimo ante Christum saluatorem natum, anno.

IMP. CAES. DIVI. IVL. F.
AVGVSTO. COS. XI. IMP. XIII.
TRIBVNICIA. POTEST. XVI.
PATRI. PATRIAE.
PONTIFICI. MAXIMO.
CIVITAS. SEDVNORVM.
PATRONO.

Valesiæ limites constituunt, quidem contra Septentrionem, & Heluetios montes altissimi, qui modo Sanctij, nunc Gemmij mox Grimselij, aliisq; nominibus, adpellantur.

Aduers

Comment.
III. Vale-
siani ab Au-
gusto domiti.
Plinius lib.
III.
Lib. IV.
A. V. C.
15. cc. xlvj.

Valesiæ li-
mites.

Aduersus meridiem Salassorum, & Lepontiorum Alpes, ab iisdem gentibus & Italia, Valesianos distinguunt. Ab Oriente habent Furcam montem, ex quo, & regionis capite, & summitate, natalē ducit Rhodanus, totamq; sccat Valesiam, donec ad Tarnadam perueniens, inter claustra montium, qui eam ibidem cludunt, versus Occidentem, se in Heluetios Antuates, & Lemannū precipitat; qui Furca Valesianos à Lepontiis Viberis, quorum Plinius meminit, siue Vrsariis, separat. Ita vndiq; altissimis montibus, Alpibusq; Valesia, in longitudinem circiter passuum mil. XCVI. ab ortu Rhodani, ad Tarnadam inclusa, vini optimi, frumenti, pecoris feracissima, omniumq; earum rerum quæ vel necessitas, vel luxuriam expetere possint, & velut naturæ quoddam opulens secretum. Burgundi, vt Heluetiæ eam partem, quæ vicina, ita Valesiam tenuerūt: postea Franci, & postremò iterum Burgundiæ reges. Nam apud Agaunum Veragrorum coronatum Rodolfum I. Burgundiæ regem, tradidit Rhegino. Vbi hi quoq; defecerunt, & ad Germanorum Imperium, deuolutum Burgundiæ regnum, traditione Rodolfi vltimi, Cōradus Cæsar. II. Equestres, & Verogros Umberto Sabaudia Comiti II. Beroldi Saxonis filio pro suis in eum meritis, quod videlicet Romanam vsq; comitatus esset, sumtusq; fecisset magnificos, donauit, cum Sedunenses Episcopo suo parerent, & subiecti essent, nescio cuius munere, nisi Caroli Magni. Episcoporum antiquissimos reperio à Damasi Pontificis, & Gratiani Imp. tempestate. Concilio Aquileiensi, Siagrii, & Euchariorum interfuit Theodorus Episcopus Octodorensis. Vandalorum mox Strage, per Galliam, & immanitate, martyrio adfectum ab iis Florentinum Episcopum Sedunensem, tradidit memoriæ Sigebertus, quem Ado

Rhodani origo.

Eod. lib. III. Valesia longitudo.

Vbertas, & felicitas. Quibus primo subiecta.

In chronicis. A. D. N. l. ccc. lxxxviii. Veragri Comitibus Sabaudia attributi. A. D. N. cl. xxxv. Valesiano Episcopi A. D. N. ccc. lxxx.

A. D. N.
ccccc. xi.
Vterq; in
his chron.
A. D. N.
l. v.

A. N. D.
l. xv.

A. D. N.
l. lii.
A. D. N.
l. lxxxvi.
A. D. N.
l. c. xviii.
Lib. IV. cap.
V. I.

A. D. N.
l. cc. xi.
Ottodori se-
des Episco-
pali, anti-
quata, &
quare.

Episcopus
& Comes,
& Praefectus
Valesia.
Valesiano-
rum respubl.
Et diuisio in
Communi-
tates.

Florentium nominat, aitq; cum Hilario, martyrio coronatum *V. Kalend. Octobris in Castro Seduno*. Sub Sigismundo Burgundiae rege Theodorus, aut vt alij scribunt, Theodolus, Episcopus Sedunensis Ecclesiam S. Mauritij Agauni consecrauit, dedicauitq;. Non multo post, concilio Epasonenfi, in Comitatu Burgundiae, [Besme] sub eodem rege, adfuit Constantius, subscripsitq;. *Constantius Octodorensis, hoc est, Valensium Episcopus*. Eadem formula vsus Rufus, concil. Aurelianensi V. sub C. Hildeberto Francorum rege, & regina Huldruta. *Rufus Octodorensis, hoc est Valensium Episcopus*. Anno Guntrami regni XXIV. Concilio Matisconensi. II. adparuit *Eliodorus Episcopus Sedunensis*. Tempore C. Lotarij Francorum regis. C. Hilperico nati, vivebat Leudemundus Episcopus Sedunensis, de quo Aimo. Abbas Ursbergensis nominat Vilimarium Episcopum Sedunensem sub C. Hildeberto II. Francorum rege, & Pipino. Caroli Martelli patre. Episcopalis sedes Octoduri, multis ante seculis, antiquata, cum per nimbi ruinam opidum propè corruisset, & Sedunensi vnita Quidam arbitrati sunt, & Sedunos, & Veragros, vnum tantum Episcopum habuisse, qui tamen sedes mutaret, ita quidem, vt si, qui diem obiisset, Seduni egisset, successor Octoduri sedem collocaret, & vice conuersa; donec, vt diximus, per nimbi tempestatem Drausa fluuius, facto impetu, opidum euerteret, Cathedram deinceps Seduni remansisse. Praest in utroq; iure, Ecclesiastico, siue diuino & humano Episcopus, cuius proinde titulus *Hilibrandus Episcopus Sedunensis, Comes, & Praefectus Valesiae* regitq; totam prouinciam cum concilio ex popularibus Sedunorum cōfecto. Eorum paraciae XXX. in Communitates VII. diuisae,

Decumas vocant, quod vnaquæq; Communitas suas Decumas ex ordine particulares debet.

Communitas prima Sedunum opidum max. & caput Sedunorum, non procul à Rhodani dextra, ad fluum, qui etiam Sedunus vocatur, & ex monte Rauino in Rhodanū descendit, Seduno deinceps auerso Rhodano ascēdendo

II. Communitas Sidertium.

III. Leucū, thermis sua sponte calidis, & salutaribus prænobile ad fl. Damam qui ex Gemmio cadit.

IV. Raronia, Baronibus eius nominis celebrata.

V. Vispium ad fl. Visbach.

VI. Brigium propter Salginam fl. qui ex monte Sempronio in Rhodani sinistram labitur. Aquis ex ingenio etiam calidis frequentatum. Eiusdem Communitatis est & Natricium.

VII. Gompfa, cuius caput Armum, & in ea Rhodani origo.

Episcopum legunt Canonici, & harum VII. Cōmunitatum legati. Ipse rebus in politicis ex quauis Decuma, per vices, sibi vicarium sublegit, Capitaneū regionis nominant, cuius magistratus biennalis. Vnicuiq; verò Communitati suum Caput, alii Maiorem, nonnulli Castellani vocant, qui non solum cum adfessoribus ex eadem Communitate lectis, res ciuiles cognoscit, sed etiam capitales iudicat: Ad Episcopum tamen, & Capitaneum adpellari potest. Exordus Valesiani primum cum Bernensibus fecēte post mortem Friderici I. Dein verò cum tribus Ciuitatib. Lucerna, Vrania, Siluana, in annos, certos & postea cū Bernatibus iisdem perpetuum. Demum inter religionis mutationes perpetuum etiam cum tribus supradictis Ci-

Sedunum fl.

Capitaneus
Valesis.

Valesiano-
rum cum Hel-
ueticis federa.
A. D. N.
cl. cc. li.
A. D. N.
cl. cccc
xvii
A. D. N.
cl. cccc.
lxxv.

De Religione
Catholica
vtriusq; con-
seruanda.
foederis ar-
ticulus.

Seduni Ve-
ragris impe-
rant: & quo-
modo ab ijs
separentur.

Veragrorum
distributio

Octoduri
antiquitas
vulgo Mar-
tenach.
Com. III.

uitatibus Lucerna, Vrania, & Siluania, sed quo clauderen-
tur Suintia, Tugium, Friburgū, Salodorum. Eadem fermè
foederis formula, quæ ceterorum, de mutuo auxilio con-
tra vim quamcumq; , de homicidijs, iudicijs, pignoribus,
vedtigalibus, commercijs, &c. Additus nouus articulus,
quo pro conseruatione religionis Catholicæ, & Romæ
næ, se sanguinè, opes, viresq; profusuros vtrinq; promit-
tunt, adeoq; nullum foedus esse, vel futurum, quod huic
de religione articulo damno aut detrimento esse possit.
Literæ hac dere factæ Anno Dni. CLD. L. XXVIII.
festo die D. Catharine, quæ postea sæpius repetitæ, & in eā-
dem formam iuratæ.

Sedunenses, siue VII. Communitates Veragris, siue
Valesianis inferiorib. imperāt, & ab iis, ex vna parte Mur-
sa, qui in Rhodani dextram funditur, ab altera, eo rupium
angulo, qui sese ex Penninis alpijs in eiusdem Rhodani
sinistram ripam porrigit, separātur. Veragrorum XXIV.
paræciæ, quæ pariter in Communitates VI. siue Præfectu-
ras, ipsi vexilla nominant, distribuuntur.

Prima est Contegium, vel Cōdate, haut procul à Rho-
dani dextra, 8. infra Sedunum p. m.

I I. Ardonia siue Ardonium ad fl. cognominem, qui ex
Sanetio monte oritur, ex opposito Sanæ fl. Auenticorū.

I I I. Scallonium, vel Sallium.

I V. Octodurus op. max. Veragrorum 3 circiter p. m.
à Rhodani sinistra, ad Drausam fl. qui prætersuit, ortum
ex Pennino trahens. 18. p. m. procul ab Seduno. Cæsar
vocat *Octoduram vicum Veragrorum*. Historia S. Mauritij
Octodorum tradit ab Agauno distare p. m. 12. quod se ita
habet. Antoninus cōstituit à summitate Pennini p. m. 25.
& Tarnada, siue S. Mauritio p. m. 12. supra opidum fuit

arx, & propugnaculum, cognomento Martiniacum vigēte & florente Octoduro, vbi aquarum vi defluxit, etiam nomen antiquum pariter aboleuit, restante solo nomine Martenach ab arce. Octoduri sunt plures inscriptiones R. quæ alibi passim insertæ,

v. Intramontium.

V I. Tarnada, Agaunū prius Celtis nominata, Am gād, hoc est, ad rupem, seu saxorum, & montiū prærupta. Nam & vita D. Mauritij, vt superioribus annis in eius gloriosissimi martyris basilica legebamus, ait Agaunum corruptè ita dici, pro, am gand, quod Gallica lingua, hoc est Celtica, ad saxa significat, quod multa eo loco saxa, & rupes altissimæ, quæ Valesianos ab Heluetiis, tamquàm claustro, & arce deiungunt. Octoduri quidē primò Thebææ legionis imperata cædes, sed maior pars Agauni trucidata. S. Sigismundus Burgundiæ rex præclarum ibi monasterium condidit in honorem SS. martyrum. Sunt verò Agauni plurima R. monumenta. Veragros sibi subiecerunt Seduni, bello, quod Carolus Burgundus Heluetiis attulit. Cū Heluetij enim primo Friderici III. Imp. mādato eius Ducis terras, & prouincias bello inuasissent, Geneuam inter cetera deditioe acceperunt, non sine Valesianorū opera, quod partibus fauere diceretur, & auxilium dare. Id ægerimè tulit Ioannes Ludouicus Epif. Geneuensis, Philippi Sabaudia Ducis frater: Itaq; cū postea Carolus Heluetiam ingressus esset, & pleraq; ad eum defecissent, reliqui contra arma pararent, idoneum tempus Geneuensis Episcopus, quo etiam priuatas inimicitias vlcisceretur, in Sedunos exercitum duxit, obfessoq; Sedano, cū iam in eo esset vt potiretur, Friburgensium, & Bernensium auxiliis, qui, re inopina, & desperata fortè successerant, Valesiani

Agauni etymum nunc S. Mauritij.

A. D. N.º
15. 14.

Quomodo Veragri Sedunis subiecti.

A. D. N.º
15. 135.

non solum hostem à mœnibus repulerunt, sed tota penitus regione profligarunt, Veragros, euerfis plurimis arcibus, sacramentum adegerunt, quibus deinceps Præfectos mittunt.

DE ROTTVILLANIS.

C A P. IV.

Rottuilla, Glareanus Erythropolin interpretatus est; Imperialis vrbs est, multa, tota Germania, propter Curiam in ea Imperij, auctoritate. Vnde Valafridus. *Rottuilla, inquit, in pago* Perachtaltespara, regia possessio est.* Nunc Comitatum Baar nominant. Baarentes videtur vocasse Ptolemæus Vargiones: Eam regionem postea Cimbrum tenuere, Heluetiis annuentibus, & Cimbrorum Rottuilla, credo, caput. Sita ad Nicri fl. sinistram, ipse ex Harcinnia ortum ducit 8 p. m. à fontibus Danubij, & totidem supra Rottuillam, quam perstringit; & inde per Vitenbergensem agrum, & Palatinum in Rheni dextram descendit. Nicri meminerunt Fl. Vopiscus: Panegyris ad Constantinum M. Ausonius, Ammianus sapius. Cunradus III. Imp. Curiam eam statuisse, & in perpetuum confirmasse dicitur, Anselmo Valerio teste. In ea adpellationes audiuntur, decreta contra Imperij rebelles, contra Sacrilegos, publicantur; leges feruntur, &c. Vrbi inde pro insigni, Imperialis Aquila simplex. Primò sœdus temporale Rottuillani cum VIII. Ciu. Tiguro, Berna, Lucerna, Vrana, Suitia, Siluania, Tugio, Clarona: postea perpetuū cum omnibus percusserunt. Literæ ea de re factæ *Tiguri. v. i. Ap. A. D. N. CLD. LXXIX.* eorumq; forti, & fideli opera semper Heluetij vsi sunt: Numerantur etiam inter Socios Bienna & Mulhusiū. Sed hætenus de Sociis, nunc de Fœderatis videamus:

In paneg.
Helu
Lib. I I.
cap. VIII.
Berchtol-
desbaar.
Vargiones
olim, nunc
Baarentes
Tab. I V.
Rottuilla
Cimbrorum
caput.
Eius situs.
Nicri origo.
Excursus.
In Probo.
Mosella.
Lib. xxvii.
A. D. N.
cl. c. xlv.
Curia Rott-
uillana.
Rottuillano-
rum cum
Heluetijs
fœdera.
A. D. N.
cl. cccc.
lxxii.



FRANCISCI
 GVILLIMANNI DE RE,
 BVSHLVETIO-
 RVM.
 LIBER V.

De Fœderibus, & Fœderatis Helueticorum.

Fœderum, vt alibi ostendimus, fermè tria genera, quibus reges, principes, Ciuitates inter se amicitias, & societates paciscuntur. Vnum, cùm bello victis dicuntur leges: Vbi enim omnia ei qui armis plus potest, dedita sunt, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius ius atq; arbitrium est. Alterum cùm pares bello, æquo fœdere, in pacem, & amicitiam conueniunt: Tunc repetuntur, reddunturq; per conventionem res, & si quarum turbata possessio est, eæ aut ex formula iuris antiqui, aut ex vtriusq; partis commodo componuntur. Tertium genus est, cùm qui hostes numquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeunt. Helueticorum societates, & fœdera omnia pleraq; ex horum trium generum vno: Sed inter ea facile princeps, quod cum Sigismundo Austriaco serierunt, vtpotè perpetuum, & iuris hereditarij, de quo proinde primùm, eius causis, & condicionibus, tum de ceteris peragemus.

Lib. I.
 Fœderum
 tria genera.
 I.

II.

III.
 Helueticorum
 fœdera.

De fœdere Austriaco, & hereditario.

C A P. I.

A. D. N.
cl. cccclx.
Fœderis he-
reditarij
principia,
caussa.

Sigismundus
dux Sequano-
rum Brisacis,
Rheni opida
pignori Caro-
lo Burgun-
die dux tra-
didit, &
quare.

A. D. N.
cl. cccc.
Lix.

Sigismundum Friderici f. Austriae Ducem, anathemas te percusserat Pius II. Pont. max. Heluetiisq; sub eadem poena, ut bello persequerentur, mandauerat, feceruntq;, & Turgouiae Comitatum nobilissimum, quando in Heluetiae finibus alia non habebat, primò occuparunt. Accesserunt alia causa. Nobilitatis aduersus Mulhusianos, & Schaffhusianos insolentiae, & iniuriae. Ipsi cum nonnullis ex Heluetiorum Ciuitatibus fœdere, & amicitia iuncti. Vnde victricia arma per totam Alsatiam circumtulere, Principemq; obsesso Valdshuto opido, ad eas quas vellent pacis condiciones adegerunt. Quare multò iam commotior, instigante maximè nobilitate, quæ omnia mallebat, quàm se inultam, quia impar esse videretur, Comitatum Ferretensem, & Rheni opida, & quaecumq; in Heluetiorum finibus tenebat, Carolo Burgundiae Duci, cuius opes, belliq; fama ante omnes principes, ea tempestate, florebat, pignori tradidit, pro certa auri summa, ratus pro Burgundi insita superbia, & dominandi cupidine, crudelitateq;, ex Leodiensium excidio, toto orbe vulgata, facillè, ut inter vicinos, & sui iuris tenaces, rixas fore, & inde bella. Nec animi falsus est. Cum enim Carolus Petrum ab Hagenbach Equitem, Praefectum earum regionum, & opidorum constituisset, ea est, non iam solum contra Heluetios, sed in omnes subditos sibi tyrannide, & crudelitate usus, ut Sigismundum optimum Principem, & qui pater pauperum, viduarum, & pupillarum vulgò alias nominaretur, deniq; precibus, & lacrimis, sese tam iniquo imperio reuindicaret, cõpulerint. Sed cum redemptionis precium, ex pactis cõuentis, Basileae deposuisset, pignore absee-

dere

dere tamen Burgundus negavit, bellumq; vltro minatus est. Et ad illum longè etiam Austriacus inferior. Vnde sollicitatu maximè Ludouici XI. Gallia regis, qui Burgundum magnoperè exhorrescebat, adeoq; in quoscumque, & quacumq; de causa, dum in aliquos, eius arma à suis ceruicibus repelleret, nihil pensi habebat, de pace firma, & foedere inter Sigismundum, & Heluetios agi ceptum est. Non quòd sic quoq; resistere posse arbitraretur, sed quòd Carolum ad Imperium Germanicum aspirare, nonnullos ex Italia Principes ad id fauere, & auxilia ostentare, rex callidus non ignorabat. Ipsum interea aut Germanorum oppibus subactum, detritumq; iri, aut si vincat, tamen aliò arma conuersurum, nam & Statum Mediolanensem iam antè animo conceperat, & deniq; fortè, aut fato periturum, interea procul à se & regni sui finibus futurum. Sed vt faciliùs Heluetios rex adduceret, qui non minùs Burgundum pertimescebant. Austriaci verò amicitiam, & societatem, vt semper suspectam suam, ob memoriam acceptæ apud Basileam cladis, & iniuriæ, vt parum fidam, repudiaturi videbantur, non solùm auxilia priuatim, publiceq; se suppeditaturum, sed pensiones exinde annuas daturum promisit. Agitatum primò Basileæ negotium, tum Constantia, Iodoco Sillinio præposito Beronensi, qui inde laboris, & mercedis loco administrationem Episcopatus Gratianopolitani à rege accepit, & Ioanne Comite ab Herbstein regis consiliariis, & legatis præsentibus, diu, & variè: donec tandem controuersiam omnem sibi in manum dari, committiq; instantissimè rex flagitaret, impetraretq;: Ex eius arbitrio foedus in hanc formam conceptum. Pax, & amicitia æterna esset: Commeatus, & mercimonia tuta, & libera: Controuersias iure, & iudicio disceptarent: Hel-

P generatas regiones liberavit. Ludouici Gallie regis sollicitatio pro foedere inter Austriacum, & Heluetios, & quas ob causas.

A. D. N. clo. cccc. xlii.

Idem primus regum Gallie Heluetijs pensiones promisit, deditq;.

Foederis hereditarij capita.

uetij Sigismundo militem, si ex dignitate, & per antiqua
 fœdera possent, darent, eodem quo inter se viuunt stipē-
 dio: idem Sigismundus Heluetiis præstaret. Multa præter
 ea de restituendis Scripturis, Instrumentis, Protocolis, &c.
 quæ ad Domum Austriacam pertinere possent: de agro-
 rum, urbium, castellorum, vicorum, vti tenerent, vlu, &
 possessione, de subditis in tutelam, amicitiam, fœdus non
 accipiendis: de hostibus neq; hospitio, com meatu, neu
 qua alia re iuuandis: de portoriis, vectigalibus, feudis, ab-
 olitione & extirpatione omnium præteritarum inimiciti-
 arum, bellorum, iniuriarum, &c. quæ inter eos, aut maio-
 res esse potuerunt, absq; dolo malo, & omni exceptione,
 hisce fœderis, & amicitia literis, quæ sigillo regio cōfectæ,
 & Ciuitatum Tiguri, Bernæ, Lucernæ, Vrania, Suiuiæ, Sil-
 uania, Tugij, & Claronæ signis firmata. *Sala, XI. Iunij.*
A. D. N. CL. CCCC. LXXIV. Ista fuit regis Ludouici
 arbitratio, hæc prima fœderis hereditarij formula. Cum
 verò bis victo, profligatoq; Gransonij, Muratiq; Helueti-
 orum opibus, & virtute Carolo, demumq; tertio prælio,
 apud Nancium Lotharingia interfecto, non solum obli-
 gatas regiones, opida, castra, nullo omninò sui dispendio,
 sed etiam pignoris pecunias recepisset Sigismundus, iam
 in admirationem, amoremq; gentis raptus, cum qui om-
 nes Imperij Germanici vires antè contēserat, Gallia regē
 quasi ex arbitrio tenebat, omnes Europæ Principes suspē-
 sos habebat, Heluetiorum singulari fortitudine, & gloria
 victum, euersumq; cōsideraret, se, suasq; pariter opes in
 solido, eadem opera, collocatas, quod antè Ludouici re-
 gis suasu, sponte sua demum confirmare, arctioriq; fœde-
 re Heluetios sibi adiungere constituit. Itaq; conuentu
 Tiguri habitò Sigismundus, Ciuitatesq; Tigurum, Ber-

A. D. N.
 cl. ccc.
 lxxviii.

Caroli Bur-
 gundia du-
 cis potentia
 omnibus for-
 midabilis.

na, Lucerna, Vrania, & Salodorum, cum auctoritate reli-
 quæ vt si vellent, pariter tenerentur, non solum perpetuū
 fœdus antè factum rursus iurarunt, sed mutui auxiliij ita les-
 ges sanxerunt, vt exceptionem, nisi quantum antiquiora
 fœdera monent, nullam omnino admittant, adeoq; quo-
 cūq; se deinceps partes fœdere, aut societate noua obligēt,
 hoc excipiant, & absq; eius fraude sint oporteat, decreue-
 runt. Literæ super hac re datæ, *Friburgi mense Octobri, die
 Luna ante festum S. Galli, A. D. N. CLD CCCC LXXVII.*
 Nec multò post paternam hereditatem, cum liberis care-
 ret, tradidit Maximiliano Imp. Sigismundus. Is cum bellis
 contra Gallos Mediolanensibus teneretur, magnamq; in
 Heluetio milite, quem tot antè præliis expertus erat, spem
 haberet, nihil prius habuit, quàm vt hanc confederatio-
 nem hereditariam renouaret, sed cui adiungeretur Caro-
 lus nepos, Hispaniæ Princeps, qui postea magna gloria, &
 & Christianitatis bono imperauit, quatenus auita heredi-
 tate Burgundiæ Comitatum, Heluetiæ coniunctum pos-
 sidebat. Et fermè eadē fœderis, & perpetuæ amicitia; les-
 ges, & condiciones, nisi quòd probra, contumeliæ, con-
 uicia, ex quibus iam olim ad verbera, & arma ventum erat
 curatius prohiberentur, hocq; fœdere Ciuitates omnes
 XIII. itemq; opidum, & monasterium S. Galli includun-
 tur: pensiones præterea annuæ, nomine Comitatus Bur-
 gundiæ, in singulas Ciuitates adsignantur. *Actum Badae,
 VII. February, A. D. N. CLD. LXXI.*

De fœdere Mediolanensi.

CAP. II.

Post Duces Austriacos, & Comites Burgundiæ, primū
 inter Heluetiorum fœderatos locum tenent, Duces

Fœderis he-
 reditarij con-
 firmatio.
 A. D. N.
 clv. cccc.
 xc.
 Maximilia-
 nus Imp.
 suo nomine
 & nepotis
 Caroli, His-
 paniæ prin-
 cipis fœdus
 hereditarium
 renouauit.

Mediolanenses, imò cum his quàm cum illis fœdus antiquius, & nescio an primi Mediolanenses, cum quibus, vt externis, amicitia. Nec sic quoq; faciliè explicauerim, quis Ducum ab initio cum Heluetiis fœdus & societate inierit. Galeatius verò Maria Sfortia, Dux eius familiae Mediolani II. cùm non multò antè, VIII. scilicet Martij, Franciscus parens, qui eum nobilem statum per virtutem, & fortitudinem acquisierat, vita egressus esset, inde ipse opes suas vndiquaq; firmare vellet, eodem anno XV Augusti Lucerna fœdus cum VIII. Ciuitatibus Tiguro, Berna, Lucerna, Vrania, Suitia Siluania, Tugio, Clarona fecit, siue potius antiquas pacis, & amicitiae leges, quae vulgò Capitula Mediolanensia, restituit, adprobante, & subscribente Bianca Maria, ex illustri Vicecomitum familia, matre, & Francisci vidua. Prima eius societatis, & fœderis ad Vranios attingunt, & Lepontinam vallem, cuius liberam possessionem eis tradit, iureq; suo cedit. Quae Archiepiscopi Mediolanensis esse videbuntur, ad arbitros remittit. Ciuitatum antiquum priuilegium de vestigalibus, aut portoriis confirmat. Adduntur de controuersis inter Ducem, Heluetiosque, item priuatis disceptandis: de nomibus exigendis, liberoq; mercatu, emtione, vèditione, amicitia, societate, hostibus com meatu, hospicio, aliaue ope prohibendis. Hæc postea decreta, vt pluriens mutauit hic Ducatus dominos, ita aliquotiens renouata. Demum cùm Carolus V. armis Imperio reuindicasset, Gallosq; Italia expulisset per Ferrandum Gontzagam eius status gubernatorem, confirmauit, iisdem propè condicionibus, nisi quòd frumenti, salisq; mercimonia paullo explicatiùs traduntur, quiq; hoc frui possint priuilegio determinatur: Adiungitur & de transfugis redhibendis, itemq; de redditibus, censibus,

A. D. N.
cl. ccc. l.
A. D. N.
cl. cccc.
xvi.
Galeatius
Sfortia fœ-
dus cum Hel.
fecit.

Eius fœde-
ri capita.

Carolus V.
Imp. reno-
uauit.

sibus, possessionibus, bonis mobilibus, & immobilibus, & quo ea sint vtrinq; iure: Heluetiorum in agro Mediolanensi, & Mediolanensium in Heluetia ditione, tempus quoq; huius fœderis, & societatis finitur. Omnes verò Ciuitates XIII. eo cōprehensæ, cuius rei literas, illæ quidē *Bada VII. Mai.* Imperator verò *Carolus. XXVIII. Iulij. Brissoni.* Ferrandus demum *Gontzaga II. Aug. Mediolani, A. D. N. CLJ. Lj. LII.* Superioribus annis, cū per Europæa discidia, ita rerum, & orbis status mouisset, vt probis omnibus, fidei, & antiquæ pietati exitum, & ruinā cuncta propè minarentur, Philippus II. Hispaniarum rex Catholicus, &c. Mediolani Dux, ad maiorem SS. Trinit. gloriam, & laudem Ecclesiæ Catholicæ, & Romanæ incrementum, & protectionem, & vtriusq; partis bonum, & conseruationem, fœdus cum VI. Ciuitatibus Catholicis *Lucerna, Vrania, Suintia, Siluania, Tugio, Friburgo* fecit, sanxitq; in quo pleraq; antiqua, sed omnia præterea pro defensione Catholicæ, & Romanæ religionis auxilia, opes, vires promittuntur, &c. Literæ ea de re datæ, & stabilitæ, *Lucerne XII. Mai. A. D. N. CLJ. Lj. LXXXVII.* Sollemniter verò iuratæ, & confirmatæ *Mediolani in Cathedrali Ecclesia XVI. Mai. A. D. N. CLJ. Lj. LXXXVIII.* In eandem societatem venēre, superiori anno, Abbatifcellanorum Catholici.

De pace perpetua, & fœderibus Gallicis.

CAP. III.

GAllorum cum Heluetiis prima amicitia, & fœdus, vt Galia rerum, ex iniuria, & bello est. feroq; Galli, tamquā nulla in parte Heluetiam attingentes, sed ab eius finibus remotiores, Heluetiis noti, nec ante illud prælium

Item Philippus II. Hispaniarum Rex.

A. D. N. clj. lxxvii.

A. D. N.
cl. ccc.
xliv.

Quando pri-
mum Galli
Heluetiis
noti, aut
Heluetij in
Gallia visi.

A. D. N.
cccc. lxxv.
Commisens
in Ludouico. §
cap. xl.

A. D. N.
cl. cccc.
lxxvi.

Fœdus pri-
mum Ludou-
ici regis
cum Helue-
tis.

A. D. N.
cl. cccc.
lxxxiii.

A. D. N.
cl. cccc.
xcix.

A. N. D.
cl. l. ix.

A. D. N.
cl. l. x.

A. D. N.
cl. l. xii.

A. D. N.
cl. l. xv.

quod Ludouicus Delphinus prope Basiliã cum iis pugna-
uit. Heluetij pariter Gallis tum quidẽ per virtutem cogni-
ti. Sed in Galliam primũ duxit Comes Campobachus,
sub Ioanne Duce Calabriae vnico Renati Siciliae regis filio,
o, bello quod proceres regni habuere cum eodem Lu-
douico XI. tum rege, pro bono publico, ductore, & con-
citore Carolo comite Carolensium, Philippi Burgundiae
Ducis filio. Inde Heluetiorum in eo regno, fama, gestorũ-
que, & fortitudinis gloria. Sed cum illi postea Carolo
Burgundiae Duci idem Ludouicus, omnia sinistra machi-
naretur, vnicũq; in terris præcipuè timeret, nec palam,
propter fœdus quod intercedebat, auderet, in Heluetios
impulit: cum rursus per legatos, promissa, numos con-
tra eum, gentem illam animasset, fœdusq; inter ipsos, &
Austriacum, vt supra vidimus, conciliaisset. Victo demum
apud Moratum Burgundo, ingenti prælio, fœdus rex in
annos decem cum Heluetiis fecit, & pensiones annuas,
primus Galliae regum, dedit, eiusq; amicitia comiter Hel-
uetij vsi sunt. Paternam* amicitiam, & necessitudinem
renouauit Carolus VIII. & post eum Ludouicus* XII.
Sed quam deniq;* renunciaret, magno sui, regniq; detri-
mento, quam proinde postea, plurimis opibus redemptã
frustra voluit. Cũ enim sese cum Iulio II. Pontif. max.
fœdere iunxissent Heluetij, Gallos nõ Mediolano solum,
sed tota ad eò Italia expulerunt, proffigaruntq;, & Maximis-
lianum Sfortiam tandem patriis opibus, & Ducatui resti-
tuerunt. Secuta deinde pugna Marigniana, in qua, primo
prælio, contra Franciscum regem Heluetij victores; Se-
cundo non tam victi, quàm destituti, qui latera tegeret,
equitatu, nusquam interruptis ordinibus, tormentis etiã
bellicis conseruatis, loco celsere, frustra; expectato Cæ-

faris

faris Maximiliani promisso auxilio, & summi Pontificis,
 deniq; domos quisq; abiēre, quo pacto rursū Mediola-
 num, & cetera Insūbrīe in Gallorum potestatem vene-
 runt. At verò Franciscus eo modo victor, susceptiq; belli
 ex animi sententia compos, omnia tamen parum tuta, &
 duratura existimabat, si Heluetios hostes haberet: Quam-
 tum enim soli possent ingenti suorum strage bis expertus
 erat. Quòd si opes iunxissent, aut cum Cæsarianis, aut Pō-
 tificiis, quo in periculo futurus esset prudentissimus prin-
 ceptis non ignorabat. Nec ea de causa cessauit, donec pa-
 cem quidem perpetuam cum Heluetiorum gente, & co-
 rum Sociis Abbate S. Galli, Rhætis, Valesianis, &c. paci-
 sceretur. Fœdus verò in certum tempus percuteret. Paz-
 cis æternæ legum prima omnia discidia, contentiones,
 bella inimicitias exterminat, & restinguit cetera contro-
 uersa ex æquo & iure dirimit, ex legum formula, quæ in-
 ter Ludouicum XII. & Heluetios latæ, & confirmatæ.
 Multa in iis de captiuis absq; lytro dimittendis, de querel-
 lis priuatis, mercatorum Lugduni, & Mediolani priui-
 legiis: de debitis, & ære alieno, de contumeliis vtrinq; e-
 uitandis, hostibus comæatu, hospitio, auxilio non adiu-
 uandis; de vectigalibus, pensionibus, exceptionibus, aliis,
 quæ memorare longum. *Acta hæc Friburgi, vigilia S. An-
 dreæ Apostoli, A. D. N. CL. L. XVI.* Fœdere, de mutuo
 vtrinq; auxilio, siue hostes premant, siue premere libeat,
 constituitur: de militum numero, stipendio, &c. pluribus
 aliis quæ fœderibus vsitata, vt de pensionibus tempore
 fœderis, &c. *Litera Lucernæ facta, A. D. N. CL. L. XXI.*
 Fœdus hoc paternum renouauit Henricus II. ceteriq;
 Reges, Carolus IX., & Henricus III. paucis adiunctis,
 pro tempore, aut immutatis, quibus omnibus iam qui-

Pax perpetua inter
 Gallia reges,
 & Heluetios.
 A. D. N.
 cl. l. xvi.
 Pax eius
 capita.

Fœderis leges.
 A. D. N.
 cl. l. xxi.

A. D. N.
 cl. l. xlix
 A. D. N.
 cl. l. lxx.
 A. D. N.
 cl. l.

dem finitis, nullo foedere, aut societate Heluetij Gallis
coniuncti perpetuam inter se pacem agitant.

De foedere Sabaudico.

C A P. IV.

A D. N.
cl. l. xxx.
Philiberti
Comitis cū
Bernensibus,
& Fribur-
gensibus,
perpetuum
fœdus, &
eius leges.

Caroli III.

Emmanue-
lis Philipersi.

S Abaudia Ducum prisca cum Heluetiorum aliquot
Ciuitatibus amicitia, sed præcipuè Friburgensibus, &
Bernensibus. Aeduardus, credo, fuit primus Sabaudia tūc
quidem Comes, qui cū Bernenses sibi subditos liberz
tati restituisset, foederatos habere maluit. Eadem foedera
sæpius postea repetita. Philibertus demum cognomento
per elegantiam, & decorem corporis, Formosus, cum iis-
dem duabus Ciuitatibus fœdus perpetuum fecit, multis
condicionibus, quæ præcipuè de mutuo auxilio, tribus
in Episcopatibus propriis vtrimq; sumtibus, Lausanensi,
Geneuensi, Sedunensi, de mercimoniis, vectigalibus, subdi-
tis, controuersis publicis, priuatis, adeoq; omnia, quæ-
cumq; futura post istuc foedera, sine huius fraude, & per
eius exceptionem fore, cuncta disertim, & luculente. *Acta*
in urbe Bernensi, die XXVI. Martij, A. D. N. CLD. CCCC.
XC VIII. Fœdus Carolus III. Philiberti Frater renoua-
uit, paucis clariùs explicatis, quæ de auxiliis: Nempe duas
quidem Ciuitates, suo stipendio, militaturas Duci intra
trium Episcopatum dictorum fines, extra verò eos Du-
cis sumtu, sed in quoscumq;, dummodo per foedera pos-
sint. *Berne XIX. Martij, A. D. N. CLD LD IX.* Sed postea
cum omnibus Ciuitatibus societatem, & fœdus in annos
XXV. idem Carolus inijt *Bada mense Nouembri, A. D. N.*
CLD LD XII. Multis deinceps rerum, & annorum con-
uersionibus, patriis restitutus hereditatibus Emmanue-
Philibertus, nouo fœdere, se deuinxit cum sex Ciuitatibus

Lucerna,

Lucerna, Vrania, Suitia, Siluania, Tugio, Friburgo duraturo dum ipsi vita, & filio Carolo Emmanueli suppeteret, & deinceps quadriennium. *Actum VIII. Mai. A. D. N. CLD. LD. LXXVII.* Sollemniter dein *Taurini iuratum, XVIII. Septembris, A. D. N. CLD. LD. LXXVIII.* Patriam amicitiam, & societatem, cum, superiori anno diem supremum XXX. Augusti Philibertus obiisset, Carolus filius confirmavit, *Bada XV. Febr. A. D. N. CLD. LD. LXXVI.* Multa fuerunt Heluetiorum varias ob causas alia, præter quæ memorauimus, & nunc quoq; durant, cum Romanis Pont. Imperatoribus, regibus, Angliæ, Hungariæ, Ducibus Virtenbergæ, Florentiæ, Burgundiæ, Episcopis, & Ciuitatibus Constantiæ, Argentiæ, Basileæ, aliis, fœdera, & societates (Fœdus cum Epif. Basiliensi, & VII. Catholicis Ciuitatibus etiamnum in vigore est,) sed de quibus agere animus non est, nec ad meum iam institutū arbitror. Liber mihi sub manu crescit, de virtute antiqua, & moribus, dictis, factisq; Heluetiorum memorabilibus, in quō inter alia fœdera pleraq; explicantur, disputantur, cumponuntur, si tamen vniquam his rerum, & omnium bonarum disciplinarum corruptionibus, manu mittatur.

Sed hætenus quidem Antiquitates Heluetiorum inuestigasse, tradidisse, finisse iuuat.

Finis huius Libri.

Caroli Emmanuelis.

Heluetiorum varia cum variis fœdera.

Errores & mendas lector sic corriges: Primus numerus paginam
significabit, alter versum, in verò litera marginem.

Pagina 1. versu 27. lege Sic. 9. 16. Vegim est 18. m. 23. ccxciv. 19. 18. C. Hildeberti 20. m. 13.
 clxxxvi. 24. m. 6. lxxxviii. 25. m. 1. adde 111. 27. 14. vii. 29. m. 8. lxxxix. 31. 23.
 pass 18. 50. 14. Ambarris. ib. 30. Suidā. 52. m. 28. restituisse. 54. 5. armorū. 67. 20. millia. pro muro
 69. 14. dedita 70. 11. Luc. Cas. 72. 17. nomini nationes. ciuitatem. hoc. 73. 25. EQ. 82. 23. ciues.
 88. m. 10. Cimili. 91. 17. quā. 93. 1. Romam. 96. 8. toleratum. 100. 3. dele no in fine. ib. 5. oppressū.
 101. 25. vt alia Caesaris. alie senat. 107. 27. vlulat. 116. 19. focum. 121. 3. delegatur. 125. 22. VIR.
 140. 1. meruerint. ib. 25. dixi. 152. 6. agmine. 154. m. Imp. m. vii. 159. 20. Traiani. ib. 12. XLV. 161.
 vlt. plurima. 163. vlt. XXIII. 170. 22. agitarat. 175. 18. cum Constatio. 182. II. ceruice. 186. 21.
 pretrinxit 196. m. 4. cccix. 202. 1. Sarmaticos. ib. 24. dele Cap. II. ib. 26. vicinas & suas. 205.
 6. metuendos 210. 14. secessere. 211. vlt. nuptijs. 221. 18. orationē. 236. 27. vsa. 241. 22. canam. 254.
 5. tonsuram. ib. 19. Lothario Fracia rege Erchebaldo Eb. 261. 22. Imp. VII. 258. 8. lxxxv. 269. 1.
 Rudolpho. ib. 25. Belgica. 273. m. 5. in Saxon. 275. m. 10. clxxxvi. 276. vlt. CLXXXIII. 279.
 19. cognomini. 282. 10. illa. ib. m. vlt. clxxxv. 296. 26. Nassō. 298. 18. siluam. 300. 1. mulie-
 remq; 302. 22. Sachsen. ib. 30. vocabant. 319. m. 7. lxxxix. 329. 5. circum. 339. 10. Ebroino.
 342. 27. Morbacens. ib. vl. XXXVI. 346. 6. Turgaug. ib. m. II. lxxxix. ib. clxxx. 349. 19.
 memor. ib. 22. fratre. 350. 21. Stauff. ib. 26. exfestucaret. 353. 24. quae procl. ib. m. 12. Theuet. 357. 21.
 feire. ib. 27. Brixens. 366. 12. XXV. ib. 30. abuerarentur. 368. 12. CLCLXXIX. 374. m. 6.
 clxxx. 375. 30. Antoninum. 382. 1. Auguste. 388. 30. ortum. 398. 10. Tribunos. 405. m. lxxxviii.
 407. 1. frustra. ib. penul. abund. 411. 2. regnarē. 416. 3. Drusiana. ib. 4. Sarunet. 422. 5. Mar-
 tello Fr. 423. 23. veteres sine q; 425. m. 6. lxxxii. 426. 3. Victor II. 433. 25. ortus Aeni. 435. 17.
 Vennones. 445. m. 5. lxxxv. ib. clxxxv. 451. 8. data Tiguri. 452. m. clxxx. dele itē sequen-
 tem. ib. 21. nomibus. 456. m. 2. clxxx.

